LIBRARY OF CONGRESS
0000361072A

THE LIBRARY OF CONGRESS
1800

Class PA6792
Book .A3
1826

Varro, Marcus Terentius

M. TERENTI VARRONIS
DE
LINGUA LATINA
LIBRI QUI SUPERSUNT

183
1762

EX
CODICUM VETUSTISSIMARUMQUE EDITIONUM
AUCTORITATE
INTEGRA LECTIONE ADIECTA

RECENSUIT

LEONHARDUS SPENGEL
MONACENSIS

ACCEDIT INDEX GRAECORUM LOCORUM
APUD PRISCIANUM QUAE EXSTANT
EX CODICE MONACENSI
SUPPLEMENTUM EDITIONIS KREHLIANAE

BEROLINI
SUMTIBUS DUNCKERI ET HUMBLOTII

MDCCCXXVI.

PA6792
A3
1826

G.B. 12-2-22

FRIDERICO THIERSCHIO

D.

EDITOR.

PRAEFATIO EDITORIS.

Scripti Varronis libri de lingua latina rari atque diversae sunt notae; alii enim negligenter descripti ut plurima desiderentur, alii miro modo interpolati, tertii qui et vetustissimi et optimi, haud raro quidem corrupta praebent et difficilia explanatu, ubique tamen veritatis prae se ferunt vestigia, quibus facilius integram lectionem eruere valeamus. Eiusdem generis sunt editi, ex variis illis excusi; nam editio princeps et secunda omittunt multa, plura falsa exhibent; optimos libros sequitur Rholandellus; multo minoris auctoritatis, quam nunc fere omnes manibus tenent est Augustini recensio. Libros emendatricem perpessos manum nactus, qui ulcera magis tegunt quam iis medentur, cum multa non improbabilia praestent, qualem nemo ante viderat Varronem, emisit. Tres omnino sunt viri qui codicum auxilio multum ad Varronis haec fragmenta restituenda contulerunt. Rholandellum supra laudatum Adr. Turnebus et in adversariis et in notis postumis

priores ternos libros diligenter enodans excipit. Tertius est Gasp. Scioppius sive ut verius dicamus, Fulv. Ursinus, qui bonis exstructus copiis veterem lectionem ab Augustino exulatam, saepius feliciter emendatam reduxit. Sed singula iam perlustremus.

Codex Florentinus.

Praestantis huius codicis varietatem magna cum cura enotatam Petri Victorii debemus diligentiae, qui in fine editionis principis *) quam ad libri lectionem describendam adhibuit, haec monet:

Petrus Victorius ac Jacobus Diacetius contulimus cum vetusto codice ex divi Marci Bibliotheca literis longobardis exarato, tanta diligentia sive potius morosa observatione, ut vel quae in eo corrupte legebantur, in hunc transtulerimus.

Die XIIII. Aprilis M.D.X.XI.

Codex membranaceus saeculi XI, praeter hos Varronis libros continens Ciceronis pro Aulo Cluentio orationem fol. 316—40 et libros ad Herennium fol. 50—83. Hieron. Lagomarsinius apud Bandinium in bibl. Laurent. catal. tomo II, pag. 529 seqq., hunc Victorii codicem Marcianum

*) Asservatur in bibliotheca Monac. unde et hunc librum et omnes veteres editt. quas qui illarum copiaram curam gerunt, pro sua humanitate et bonas litteras promovendi studio mihi utendas benignissime concesserant, in usum nostrum convertimus.

alium atque Laurentianum esse multis docere studet exemplis, quae nihil probant; Victorius enim in Var. lect. codicis scripturam non ubique diligenter notavit quo factum ut ille falleretur; quae vero in editionem principem transtulit, omnia cum Lagomarsinii varietate conveniunt, si eximis locum qui exstat pag. 380 *clamore bovantes;* ibi enim Florent. autore Lagom. quod Victorium fugit, cum Havn. et Paris. a *clamorem*, idque nobis erat reponendum, et pag. 324 Victorius ex Flor. *Argiris cibum*, ex quo Lagomars. *Argiris et apte cibum* affert; etenim Edit. princ. habet *argivis et aptius cibum;* Victorius media delevit, ex Florent. fortasse alteram adscribere lectionem *et apte* oblitus. Multo maior est ratio quam idem profert, librarium verba (pag. 123.) *in lavatrinam aquam fundunt* cum illis ex libro sexto (pag. 238.) *sic enim aedis sacra a magistratu praeeunte dicendo dedicatur* perpetua scriptione in eadem pagina ut media omnia desiderarentur, coniunxisse. At nihil deest in Victorii codice. Quod quale sit, qui librum non inspexi nescio; notandum tamen eundem Lagomarsinium paulo supra, alia manu saeculi XVI in calce fol. 7 b adnotatum legi: *Hic multa desunt quae in codicibus impressis habentur*, monere, ut haud sciam an post Victorii aetatem folia illa exscissa fuerint. Denique nec Bandinio iusto harum rerum auctori, qui Laurentianum codicem

ad Marcianam pertinuisse olim bibliothecam certa ostendit ratione, persuasit.

Hunc Florentinum omnium esse parentem et antiquissimum Angelus Majus in praefat. ad Cicer. de Republ. pag. XX prodit; codex tamen Havn. et Paris. a, qui cum hoc Flor. optimi sunt, ex alio vetustiore fonte fluxisse videntur; saepius enim discrepant antiquiorem scribendi rationem servantes, ut *quom*, *quoi*, *quoius*, quae raro in Florent. offendas. Item graeca quaedam vocabula in hoc latinis exarata sunt litteris quae partim integra, partim mutila in Paris. a et Havn. graeca leguntur, atque e contrario ille multa habet graeca quae in his desiderantur. Tum lacunae varie notatae v. c. pag. 313 in Paris. a et Havn. *Hic spatium decem linearum relictum erat in exemplari*, in Flor. hiatus quidem plurium versuum, sed quot desint versus animadversum non exstat; pag. 454. in Florent. magna folii pars vacua est; at Paris. a margo haec praebet: *Hic spatium IIII chartarum relictum erat in exemplari;* sic solus Florent. verum librorum numerum tenet, Havn. et Par. a nullum, alii falsum dant. Haec et multa alia diversam ostendunt horum codicum manum, a quibus ceteri libri mirum quantum desciscunt. At in omnibus eaedem lacunae inveniuntur ut magnam horum partem iam dudum intercidisse appareat.

Ex Florent. Victorius saepius litteras .*T*. et

Θ apposuit; conf. Villois. Prolegg. ad Hom. pag. XX. Littera .*T*. non nisi in quinto libro occurrit pag. 124, 127, 131, 134, 142, 145, 146, 147, 149, 153, 158, 168, 170, 174; haec fere omnia loca paucis exceptis minime sana et restituta, sed corrupta et mendosa sunt. Altera autem littera Θ primum libro septimo et deinde saepius addita pag. 308, 330, 355, 365, 373, 403, 406, 419, 470, item conf. pag. 521; utrumque medio in versu est pag. 144. Littera .*d*. legitur pag. 262, fort. *dubium*, et pag. 401: *Hic error non parvus.*

Ante Victorium hunc codicem excusserant Ang. Politianus, (conf. pag. 63,) et Franc. Puccius (pag. 89.). Turnebi lectiones in postumis interdum cum Florent. consentiunt et ad V, 10. *Victoriani* libri varietatem a Victorio ipso nusquam prolatam commemorat; itaque videtur exemplum ab hoc commodatum accepisse.

Huius fidem nos ut certissimam vel in iis quae aperte sunt falsa, sequi non dubitavimus; magis enim auctori conducit, corruptam quidem in textu servare lectionem, at ex antiquissimo expressam, quam novelli cuiusdam libri interpolatam scripturam quantumvis speciosam recipere. Facile in iis sagaciores quod verum sit indagent, hi vitium magis occultant quam tollunt, et infelices semper eorum invenies conatus, qui ceteris libris neglectis, quod in Varrone accidit, emendatos codices denuo studeant emendare.

Codex Havniensis.

Chartaceus forma quam dicunt quadratam minorem fol. 108 constans, sub finem ut videtur saeculi XIV scriptus. Contulit in usum Koehleri beati novam Varronis editionem parantis magna cum cura B. G. Niebuhr V. Cl.; pars quaedam varietatis edita in *Archiv für Philologie und Pädagogik* tom. I. fasc. I. et tom. II. fasc. I. a Seebodio V. D. quem ut integram libri boni lectionem nobis concederet cum precibus adiissemus, pro humanitate sua benignissime transmisit. Interdum librarii negligentia cuius oculi ab uno ad alterum simile vel idem aberrarunt vocabulum, quaedam desiderantur. Plura desunt in hoc codice pag. 242, ubi haec leguntur *Item ab legendo leguli qui dicam, ut non spondet ille* posteriora excipit pag. 248, 6, nec ullum lacunae apparet vestigium; totam igitur in foliis vertendis paginam omisit librarius. Ad VIII, 6. pag. 404. in margine libri scriptum: *nota, semper hic dativum genitivo anteponi*, quod sane tam ex Varronis est more ut quae contraria sint exempla emendatione indigere videantur. Pag. 570: *quod sit primo versu hic albus, huic albo, huius albi; secundo haec alba, huic albae, huius albae; tertio hoc album, huic albo, huius albi*, quod omnes servant libri, ex nostra dicendi ratione Scioppius dativum genitivo postposuit; fortasse quod supra pag. 556 legitur: *transversi sunt qui ab recto*

casu obliqui declinantur, ut albus, albi, albo; malim et hic *albus, albo, albi.* Saepius quoque varietas veterem illam distinctionem commendans accedit, ut pag. 481; et quae pag. 589 scripta sunt *quod dicamus hic nequam et huius nequam et huic nequam; quom enim dicimus hic nequam et huius nequam, tum hominis eius quem volumus ostendere esse nequam dicimus casus* aliter quidem in aliis libris; sed *et huic nequam* ab aliena manu esse adiecta, ex iis quae proxime sequuntur ubi deest dandi casus, coniicias. Plurimis exemplis repugnat unus locus qui exstat pag. 438 ipse fortasse ad recentiorum morem correctus.

Parisiensis a. nro. 7489.

Ex Bibliotheca Regia *) nro. 7489, saeculo XV exaratus chartaceus. Varronis libri usque ad folium rectum 56 pertinent, sequunturque quatuor folia vacua atque inde geographia incipit Pomponii Melae usque ad finem codicis. Libri Varronis magnis spatiis et ingenti littera initiali rubricata distinguntur; tituli omnino desunt, nisi quod in septimi (vulgo *sexti*) libri principio, tertio eorum qui supersunt notatum: *Hic deest in exemplari fol.* 1. *in quo est principium libri IIII.*

---

*) Parisienses codices a b c, quo magis haec nostra editio in re critica esset exstructa atque utilis, auctore Hasio V. Illustr. redemptores conferendos curarunt. Varietatem calci adiectam, qna in textu reddendo, tum iam excuso, me uti non potuisse valde doleo, diligentissime ut nihil desideraremus, enotavit Donndorfius.

Codex hic accurate descriptus, ex eadem qua Florent. et Havn. origine optimae est notae; his interdum praestat, ut pag. 260:

Ab audiendo etiam Auscultare declinatum quod hi auscultare dicuntur qui auditis parent, a quo dictum poetae

audio aut ausculto

ubi *aut* quod delendum esse monui in notis, re vera in Par. a desideratur; similiter pag. 274 in loco corrupto quem vix integrum reddere valemus, solus servavit litteram *i*, scribens *cum e i*. Interdum glossemata quae nimium hos Varronis libros augent, omittit ut pag. 242 *legere quod leguntur* etc.; reliqui omnes *legere dictum quod leguntur*. Pag. 133 hic codex *speculum ... quod ibi se spectant* ut Turn. et Sciopp., quos ex libris, non conj. illud dedisse docemur; nolim tamen lectionem *ibi espectant*, vel *exspectant* mutari. Pag. 171 loco *in proportione* unus hic Paris. cum Prisciano *et sic proportione* reddit, quod erat recipiendum, ut paulo supra pag. 170 sensu flagitante, et Paris., qui *vigessis* exhibet, suadente ex eodem Prisciano *vicessis* pro *bicessis* reponas velim.

Graecis vocabulis omissis vacuum relictum est spatium; multo frequentius quam in Havn. *quom*, *aliquoius* aliaque similia occurrunt nusquam non Varroni reddenda. Idem hic liber morem fere constantem servat ut praepositioni *a* apostrophus adiectus sit, v. c. *a' modo*, *a' quo*, *a' cibo*,

et *e' o.* Geminatae litterae interdum semel scriptae sunt, ut *atributum*, *efervescat*, *mitere;* sed cod. Paris. b scribit *actributum*, *mictere*, *scilentium* saeculi illius more; inde *Actius*, *Cocta* alia derivanda.

Parisiensis b. nro. 6142.

Chartaceus saec. XV. exaratus continet tres libros priores, qui in nostra editione vocantur quintus, sextus, septimus. Initium rubricatis litteris est:

Marci Varronis viri peritissimi ac prestantissimi Liber primus de lingua latina ad marcum tullium feliciter incipit. Amen.

Libri octavi initium subiungitur usque ad pag. 396, ubi desinit excerptum his verbis:

ut illuc essent future quo declinarentur. Amen.

FINIS: deo gratias.

Graeca vocabula ad unum omnia sunt omissa, et codex hic tam multis refertus est mendis ut vix ullam e verbis sententiam elicere valeas, ideo tamen minime negligendus; ex vetusto enim libro descriptus est, nec raro lectionem ceteris meliorem suggerit, v. c. pag. 181. *Stipa ab στοιβὴ fortasse graeco verbo* quod conieci *stips*, solus hic exhibet codex, item pag. 251 *canere et canit et succanit*, ubi medium verbum corruptum est; flagitatur enim compositum, ex Havn. *a canit* facile quidem quisque emendarit *accanit*, quod dilucide in hoc codice scriptum est.

Pag. 312 *in multis verbis in quod antiqui dicebant S, postea,* ut veteres exhibent libri, alii *in quo.* Delendam esse praepositionem censui, ut ex Varronis more sit quod alii dicunt, *quod antiqui in multis verbis dicebant;* Paris. b, *in* omittit, pro *quod* tamen *quo* exhibens. Pag. 267 *solitum esse iubere* hic liber cum Victorio et Scioppio; reliqui *solitum tum esse iubere.* Pag. 257 *dictum cerno a cereo id est a creando* in cod. b *cereo id est* desunt, spatio plurium vocum capace relicto, ut nescio quod graecum vocabulum Varro scripsisse videatur. Inprimis quod libri ostendit notam, desiderantur glossemata ab aliis addita ut pag. 139 *Falces sirpiculae vocatae ab sirpando id est ab alligando* omissa sunt in cod. b *id est ab alligando,* ex seqq. *sic sirpata dolia quom alligata etc.,* haud dubie inlata; pag. 302, *deos geminos id est Apollinem et Dianam* deest *id est* item pag. 337; pag. 214. *de hinc quintus Quintilis et sic deinceps usque ad Decembrem a numero* omittit *deinceps* et ibidem *Februarius quod* pro *februarius appellatur quod* ut ceteri omnes servant; posterius a Varrone cum praecedat *Januarius appellatus* commode omissum, pag. 365. *in Graecia commota mente quos λυμφολήπτους appellant, ab eo Lymphatos dixerunt nostri.* deest in hoc libro *dixerunt.* Talia explanandi causa a lectore supra versum notata sensim textum occupabant; plura quibus magis id elucescat infra dabimus

exempla. Pag. 215 *hactenus sit satis dictum*, cod. b om. *satis* quod si auctor dedisset, non *hactenus* scripsisset. Pag. 229. *hinc effari templa dicuntur ab auguribus*, codex om. *dicuntur;* pag. 308 *dictum fretum*, codex b *fretum dictum*, ut Varronem *fretum* solum sine verbo scripsisse non iniuria coniicias; eadem varietas alibi quoque haud rara, ut pag. 323 *Tartarino a tartaro dictum;* alii *t. dicta a tartaro*, codex b *dicto;* repone *Tartarino a tartaro;* pag. 327 *orator ab oratione dictus*, alii et meliores quidem *orator dictus ab oratione*, fort. *orator ab oratione* et quae sunt plura id genus loca. Sic alia exstant vel non exstant in hoc codice quae cuivis hos libros emendare studenti apprime attendenda. Duplex lectio occurrit pag. 273 *augur consuli adest tunc cum adest tu cum exercitus*, est enim varietas *tum cum* et *tunc cum.* Codex cum negligentissime sit descriptus, quod ad casus aut tempora attinet, cautione opus est, ne quae librarii sint, Varronis esse tibi persuadeas, sic *coius*, *conis*, *quo vis* alia pro *quoius* leguntur; pag. 188 *unde veniunt crepusci nominati Amiterno qui eo tempore erant nati, ut Lucii prima luce in creatione* Cod. b *prima luci* unde facile corrigas *primo luci* Varroni non inusitatum; nullam tamen huic libro his in rebus fidem praesto; sic pag. 200 genitivus *die* occurrit: *aliquot huius die vestigia* quem alibi frustra in Varrone quaesiveris, sed

recte idem liber pag. 337 in verbis ex XII tabulis *solis occasu die suprema tempestas esto*, reliqui omnes *diei*. Verum videtur quod in hoc pag. 363 *numen dicunt esse imperium* invenitur: *numen dicunt antiqui imperium*.

Parisiensis c. nro. 7535.

Est fragmentum librorum de lingua latina; habet librum quintum incipientem fol. 1 recto; desinit imperfecte fol. 20 recto et imo his verbis: *in poculis erant patere ab eo quod Latini sic dicte* quae incidunt in pag. 127. Sequuntur folia quatuor vacua; reliqua codicis satis spissi alia prorsusque diversa continent. Graeca vocabula cum in hoc codice, tum in proxime superiore omnia praetermissa sunt. Titulus libri quem in scripto legi negavimus hic est:

MARCI: TERENTII: VARRONIS:
DE: LINGVA: LATINA: DEDISCI-
PLINA: ORIGINV̊ VERBORVM: AD
CICERONEM: LIBER QVARTVS:
FELICITER: INCIPIT

quae nostram de librorum divisione sententiam refutare videantur. Notandum vero hunc codicem saeculo decimo sexto, fortasse post Aldi editionem exaratum esse, et prima auctoris verba, quicunque inscriptionem illam dederat, eadem ratione qua Aldini libri editorem et omnes qui postea secuti decipere poterant, ut de suo qui quin-

tus

tus esset, quartum diceret librum, nec quae monuimus ullo modo his infirmantur.

Codex hic nullam perpessus emendatricem manum, praecedenti non diligentius descriptus, est quando solus veram praestat lectionem; sic pag. 113 *succidia ab suibus caedendis; nam id pecus primum occidere coeperunt domini et ut servarent salire* postremum verbum in omnibus reliquis et scriptis et excusis usque ad Augustinum invenitur; ex Diomede vero *sallere* (ita enim mihi erat reddendum; male Augustinum secutus *salere* exhibui) Varronem dedisse docemur, quod dilucide in codice c servatum legitur. Pag. 43 vetusti libri omnes *Stagnum a graeco στεγνόν, quod nomen habet primam;* emendati infeliciter, Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. cum *primam* in mendo cubare perspexissent, *primum* corrigunt. Si quem alium auctoris locum, hunc certissime restituit Scaligerus: *quod non habet rimam;* nos ut ubique in iis quae misere corrupta sunt, si de emendationis veritate ambigi potest, ex lege nostra veterem retinuimus lectionem; minime tamen hic nimis fuisse religiosus nego; coniectura illa et sensum integrum reddit et vetustos libros proxime accedit; nam in codice c vere exstat *non* loco *nomen*, quae verba eodem modo in codicibus notari solent.

Codex B.

Contulit Petrus Victorius eiusque lectionem in Gryphii editione notavit usque ad pag. 511 in

qua desinit collatio. Liber valde interpolatus et correctus, quo eodem vel eiusdem familiae simili in Varrone edendo usus est Antonius Augustinus. Censuram et emendationis exempla infra exhibebimus.

Editio princeps

[Romae excusa anno 1471]

Desideratur et anni et loci indicium; conf. Dibdinus in Bibl. Spens. tom. III. pag. 116 nro. 585, qui aliorum refellit dubitationes. Est in forma quam dicunt quarta maiori; folium primum rectum editoris Pomponii Laeti praefationem continet, quam cum et ad nostram faceret rationem, integram descripsimus:

POMPONIVS. PLATINAE. S.
M. TERENTIVS. VARRO.

togatorum Literatissimus Inter innūabilia volumina ingenii sui: Vir romanus et qui solus Asinii Pollīois Iudicio uiuēs statuā ī bibliotheca palatina meruit: XII libros de lingua latina scripsit In pirmis tribus de Ethimologia: In secundis tribus ūde vocabula sīt imposita ī līgua latina et de poetarum consuetudine: a septimo ad decimū de analogia: In postremis tribus de copia verborum: quorum omnium etate nostra sex corrupti in manibus habentur. Eos monitu Lelii Vallensis magne et singularis doctrine: legi summa cura ac diligentia. Vbi librarii litteras mutaverūt correxi: In his que inscitia penitus corrupit

non ausus sum manum imponere ne forte magis depravarem: addidi tamen indicem per ordinem litterarum: ut qui nō nimis curiosi sint facilius inveniant. Tu qui castigatissime omnia inspicis si laborem hūc laudaveris habebunt mihi gratias qui legerunt: Sin minus: calamo non parcas: quoni am ego et scio non fallor in hac fece hominum tanti te facio quanti. M. Tulli cui dedicavit hos libros seculo eruditissimo fecit Varro: Vale.

Libri dicuntur *primus, secundus, tevtius;* tum *M. Terentii Varronis Analogie liber primus*, deinde fol. LI, *Liber Quintus;* ultimus titulo caret, et spatio duorum versuum relicto, quo a superiore distingueretur libro, ad finem usque pertinet, cui editoris epilogus hic adhaeret:

Finis eius quod invenitur Marci Varronis. Parce qui legeris: si aliqua minus polita inveneris. Nam ita ex omni parte· siue seculum fecerit siue librarii Volumē quodvis corruptū erat ut necesse fuerit aucupari hinc inde sententias ideo sine rubore venīa dabis et Errori manū inponas Pōponius tuus orat Vale.

Graeca omnia desunt; quaedam latinis litteris expressa ut *cleptin*, et plura negligenter exciderunt in hoc codice, qui haud raro emendatricem perpessus manum, de qua re vide infra, non magni est pretii.

Commentarios in Varronis libros scripsit Pomponius Laetus nunquam quod scio in lucem edi-

tos; laudantur Bandinio in Catalogo Bibl. Laurent. tom. II, pag. 398 et in Anton. Augustini bibliotheca Nro. 513.

Editio vetustissima fol.
[Romae excusa anno 1474]

De hoc rarissimo libro, vid. Dibdinus l. l. pag. 118 nro. 587. Calci exemplaris nostri, quod in Regia Bibliotheca Monacensi asservatur, folium de editoris nomine eiusque in Varronem cura certiores nos faciens adhaeret, quod in omnibus exemplis, quibus ad describendam editionem bibliographi sunt usi, cum desideretur, quaecunque in illa leguntur pagina integra, ut ibi exstant, huc transferamus:

ANGELVS. Tifernaſ Alexandro Iustino. S. D. Compēdiosa Varroniſ breviraſ pauciſ tecum monet agere mi Alexander. adde etiam sperate letitie magnitudinem. Que noſ distrahere paululum: non divertere omnino a litteriſ debet. Quam magnum: dii boni: gaudium conceptavimus: postquam nuntiatum est Laurentium genitorem tuum posci a toto populo. ut ille qui possit: ac velit mederi plagiſ nostriſ. quaſ seculo pene uno tifernatibus tyrannus intulit. de hiſ aliaſ: quandoquidem in perspicuo Laurentium ipsum pro fide pōtificis: et urbe nostra pace pugnasse ac vicisse. nunc ad Varronē? Cuiuſ libelloſ de lingua latina seculorum vitio depravatos tum no-

stra: tum aliorum cura pro parte emendatoſ curavi imprimerentur vigiliaſ meaſ tibi dedicanſ. In quibuſ arbitror: multa comperieſ digna tenello ingenio tuo. Tu vale: et eoſ lectita mei non imemor.

VITA. M. T. VARRONIS.

VArrones comperio tris: unum qui favente plebe creatus consul bello punico. Secundo ita copiaſ duxit in aciem: quod fusuſ: fugatuſque miserabilem: ac communem maximam Romaniſ cladem prebuerit: philosophum et poetam alium: Tertium ut aliqui sentiunt illum ipm de quo pauca dicere institui.

M. T. Varro narbone natuſ Annum ageſ QVintum et Trigeſimum didicit Grecaſ litteraſ: meruit bello pyratico. ſub. Pom. victor navali Corona donatuſ exstitit. Sed fortuna favente Cesari exuit omneſ militiaſ. desperatiſ itaque rebuſ rediit ad litteraſ. In quibuſ quantum profecerit eiuſ opera accedunt testimonio. Que scripsit de antiquitate patrie: teporiſ descriptione: ſacriſ bellica discipline: regionibuſ: lociſ humanarum: divinarumque rerum. offitiiſ. Annus ageti Octuagesimuſ spiritu eius et operu egregiorum cursum extinxit.

Textum dedit Angelus Tifernas Pomponii Laeti, cuius vestigia vel in iis quae facilia erant emendatu quaeque aperte sunt falsa, secutus est;

sunt tamen quaedam quae ab illa principe distant; sic optimum codicem interdum editorem in auxilium vocasse inde apparet quod pag. 48 *quod post aedem Saturni in aedificiorum legibus parietes postici muri sunt scripti* in hac sola excusum: *legibus privatis*, quae altera vox in reliquis usque ad Scioppium deest: pag. 35 Editio princ. *Ager dictus in quam terram quid agebant fructus causa* omissis *et unde quid agebant*, quae in Florent. Havn. Paris., et ita haec editio supplet, ex scripto libro ut apricum est; Rholandellus ex suis dedit: *et unde quidem agebant*, quod in reliquas inde fluxit: pag. 33 Edit. princ. *ideo humatus;* Editio vetust. cum Florent. *ideo is humatus:* pag. 34. Edit. princ. *oppidis cognominatis*, Edit. vetust. *oppidum cognominatum:* pag. 37 omnes *ager cultus* praeter hanc edit. in qua *ager angustus cultus:* pag. 83 Edit. princ. *si reme*, Edit. vetust. *si rene*, Florent. *sirene:* pag. 93 Edit. princ. *cum ideo*, Edit. vetust. cum Florent. *cum id ideo;* ibidem Edit princ. *terma*, Edit. vetust. cum Florent. *terima:* pag. 95 Edit. princ. *medicinave sit*, cum Rholand. et Venetis, Edit. vetust. cum Florent. *medicina ut sit:* pag. 137 Edit. princ. *pagendo*, Edit. vetust. cum Florent. *pangendo;* ibidem Edit. princ. *aravit*, Edit. vetust. cum Florent. *aruit:* pag. 146 Edit. princ. *cum fuisset*, Edit. vetust. cum Cod. B. optime *cum fugisset;* pag. 147 Edit. princ. *venderet vellent*,

Edit. vetust. *vendere vellent:* pag. 150 Edit. princ. *Metum*, Edit. vetust. cum Flor. *Metium:* pag. 184 Edit. princ. *oremus morem*, Edit. vet. *gerimus morem:* pag. 196 Edit. princ. *liberi hedera*, Edit. vetust. *liberi annua hedera*, i. e, ut Flor. habet *anus:* pag. 217 Edit. princ. *principio*, Edit. vetust. cum Florent. *principia.*

Et haec quidem ex eorum numero quae ex codicibus hausta sunt, suo quodque loco notata. Emendare marte suo ausus est editor pag. 31 ubi Edit. princ. sic: *non terminus sed termen hoc greci euander* spatio multorum verborum relicto; audacter Tifernas et sine felici successu *greci* ορον *Euander* reposuit. Item emendationi, non scriptis debemus libris quod pag. 23 exstat; Edit. princ. *motus. eius a nimi intervallum tempus*, Edit. vetust. *motus. eius perenni Intervallum tempus.*

Denique notandum, quos nulla in alia Varronis invenias editione, novo cuique capiti titulos praefixos esse ut V, 11 principio:

☾ *Que attinent Mortalibus primum de Avibus.*

et V, 12

☾ *De vocabulis aquatilium.*

et sic porro. In scribendi ratione ubique sequitur Pomponium Laetum Tifernas Angelus, nomine *Iuppiter* excepto, quod duplici p in Edit.

principe, simplici in vetustissima nostra Editione, licet haec ex illa *Appollo* retineat, excusum.

Editio Rholandelli fol.
[Venetiis excusa 1475.]

Qua nos utimur editione, ut utraque praecedens et anni et loci indicio destituta est; a vetusta vero manu in folio primo Venetiis eam esse excusam anno 1475. notatum legitur. Parmensis igitur editio anni MCCCCLXXX, ceterum eadem atque haec nostra, descripta a Dibdino in Biblioth. Spenser. tom. III. Nr. 588. nil nisi repetitio nostrae est, et si verum eam Venetiis esse impressam, codices quibus usus editor ad emendandum Varronem, in Venetis exstare bibliothecis valde probabile. Recto folio primo Pomponii Laeti legitur praefatio, iisdem verbis, expulsis operarum erroribus, quibus ex Principe Editione eam supra exhibuimus. Ultima verba leguntur folio XLVI. quo extremo duo versus hunc Editoris laudem pronuntiant:

> *Si quispiam tertio loco fragmētis Varronis tantum addiderit quantum Pomponius primo. Deinde Franciscus Rholandellus Trivisanus Secundo suo uterque studio ac diligētia cōtulit: nimirum. M. Varro reviviscet. Vale.*

Minime vana et jactantia quadam prolata haec verba; optimo enim jure de suis in Varronis libros vigiliis haec affirmare potuit Rholandellus. Editio ad emendandum Varronem pror-

sus necessaria; prima ubique praestat graecas voces, in princ. et vetust. neglecta; quaeque in illis sunt lacunae aut desiderantur, sive singula quaedam verba, sive totae sententiae librariorum incuria omissae, in hac integra et ex bonis restituta Codicibus, quos optimos excussit Rholandellus leguntur. Pleraeque omnes lectiones paucis fortasse exceptis librorum nituntur auctoritate, secutique huius editionis fidem editores usque ad Anton. Augustinum. Ex ingenio ea tantum fluxisse puto, quae prorsus necessaria sunt visa, neque sine sermonis vitio stare poterant. Sic V, 1. non ex libris, sed de suo primus dedisse videatur: *Quas CONTRA EAM dicerentur, volumine primo; quae pro ea secundo, quae de ea tertio.* Codices, Edit. princ. vetust. nescio quam recte *CONTRA EA* exhibent. Eiusdem fortasse farinae, quod ibidem constat: *ostenditur esse a PERTENDENDO* pro *PERTENDO;* et ibidem pro *περὶ σημαινομένων* quae ex Florent. primus restituit Victorius, Rholandellus de suo emendavit *ἀναλογίαν*, de qua multa apud Varronem in posterioribus libris: pag. 255. Edit. princ. et vetust. *quinque enim sensuum maximus est oculis*, Rholandus dedit *est oculus*, an ex libris dubito cum codices nostri *est in oculis.* Nomina quae interpolata in editione principe invenit, in sua reliquit, quod unum est quod fortasse quis reprehendat. In foliis vertendis operarum incuria interdum quaedam omissa esse ad pag. 100 monuimus.

Editio Veneta I. fol.
anni 1492.

Titulus libri in quo primo tres excusi sunt gramatici, hic est:

NONIVS MARCELLVS
FESTVS POMPEIVS
VARRO.

Nonii capita folia LII. implent, praecedente verborum indice, quae in grammatico explicantur, quem haec sequitur inscriptio:

NONII MARCELLI PERIPATETICI TIBVRTICENSIS
COMPENDIOSA DOCTRINA AD FILIVM DE PROPRIETATE SERMONVM.

et in fine:

Nonii Marcelli peripatetici tiburticensis compendiosa doctrina
ad filium de proprietate Sermonum feliciter finit.

Nonium excipit folio sequente Festus, omisso auctoris nomine his verbis:

augustus locus sanctus etc.

continet folia viginti tria, quo verso:

Finis Festi. Pompeii.

quae superest huius folii pars, item sequens supplementa ex litteris I et M. quorum primum *incomitiare*, postremum *mecastor* addit. Jam sequuntur Varronis libri.

Liber primus.

M. VARRONIS DE LINGVA LATINA.

et sic in sequentibus eadem quae in edit. princ. vetust. Rholand., nisi quod qui his *liber quintus* audit, in hac editione dicitur:

Marci Terrentii Varronis analogiae Liber secundus incipit.

usque ad decimi finem, ubi haec notantur:

Finis analogiarum.

Impressum Venetiis per Nicolaum de Ferraris de Pralormo MCCCCLXXXXII die VIII Iunii.

Editio Veneta II. fol.
anni 1498.

Inscriptio primi folii haec est:

Nonius Marcellus
Festus Pompe
ius Varro.

et in fine Varronis:

Finis Analogiarum
Impraessum Venetiis per Magistrum Antonium de Gusago
Brixiensem Anno domini 1498 *die* 12 *Februarii.*

Reliqua omnia cum priore conveniunt Veneta, nisi quod haec splendidissime est excusa, illa vero non optimam pulchritudinis praebet speciem. Rholandelli editionem utraque exprimit Veneta, sed ita ut neque inter se, neque cum auctore suo, Rholandellum puta, ubique conveniant; sic pag. 73 *ut ex eo deo dies sit* utraque Veneta *eo* omittit: pag. 75 *luna enim nascentium dux*, Venetae *Lucina:* pag. 99 Rholand. *ut inde elegerint;* recte

Venetae *eligerent:* pag. 280 Rholand. *inde si post aliqua*, Venetae cum Florent. *si* omittunt: pag. 312 Rholand. *iam cussianes*, Venetae *iam cusianes:* pag. 353 Rholand. *quo tempore nil agitur*, Venetae cum Florent. *nihil:* pag. 479 priores editiones *neget . . . naturam similitudines proportione constare;* in Venetis ex conjectura *naturam similitudinis* repositum; scribendum erat quod in Florent. *natura similitudines*; nunc illud ex Venetis in omnes propagatum editiones.

Haec Venetas non negligendas esse docent, sed valde advertendum, ut quid codici, quid conjecturae, quid operarum errori sit tribuendum probe prospicias, quod cum a nobis varietas editionum, quae has aetate praecedant, sedulo sit enotata, nullum lectori facesset negotium.

Editio Paptistae Pii fol.
Mediolani 1510.

In praefatione ad Guidottum Magentem Editor de sua in tres grammaticos cura haec, quae ad rem nostram, affert:

Excipis . . . Marcum Varonem undecunque eruditissimum: Marcellum et Pompeium labore et palestra nostra in pristinam faciem restitutos abstersa omni vitiligine et faeditate: qua ante nos ruidi: laceri: et strumosi: ut danaidum urna fertur et crus philoctethis: circunferebantur: mera ramenta: et proiectitia secamenta: horum potius autorum umbras ne dicam cadavera. In-

tegritatem nos illisce reddidimus vitam integerrimam et absolutissimam tuo nomini dicantes ut tutiores exeant in publicum.

In Varronis quidem libris Pium nullo adjutum fuisse Codice, qui priores inspexerit editiones, facile intelliget: expressit Venetam, sive aliam, quae illam secuta, tanta diligentia, ut librorum tituli, folia et versus optime ubique convenirent, operarum errores, qui exstant in Venetis, propagarentur, novorumque haud parvus numerus nunc primum accederet. Sed tamen in quibusdam locis corruptis quid posset in emendandi arte praestare, ostendere conatus est, et haec sunt, quae ut restituta in pristinam faciem etc. satis luculenter exponit. Idque non injuria: modo ne esset emendatorum numerus tam exilis, ut tanta corruptorum multitudine prorsus evanescerent. Palmaria est emendatio, quae Pio debetur libr. X, 3. pag. 566.

sic cum dicimus, eandem rationem habere assem ad semissem, quam habet in argento libellam ad simbellam.

Ita primus de suo correxit: qui praecedunt libri, exhibent: *in argumento* pro *in argento* et *ad singulam* loco *ad simbellam.* Prius facile ex seqq. erat restituendum; sequuntur enim: *cum utrobique et in aere et ARGENTO esse eandem rationem* —

Libro IX, 40 pag. 520.

Numeri antiqui habent analogias, quod omnibus est una novenaria regula, duo actus, gradus, sex decuriae.

Pius edidit primo *duo actus*, quod et in Codice Florent; priores libri omnes *duactus* mendose legunt. —

In fine libri haec leguntur:

ℭ *Impressum Mediolani per Magistrum Leonardum Pachel Anno dn̄i M.CCCCC.X. Die. XXI. Aprilis.*

Ex hac editione non nisi ea quae a Venetis distant in nostra laudavimus.

Editio Aldina fol.
Venetiis 1513.

Praecedunt Nic. Perotti cornucopiae paginis in duas divisis columnas. Varronis libri incipiunt col. 1057 hoc praemisso titulo quem primum hic invenies:

M. TERENTII VARRONIS DE LINQVA LATINA ET DE VERBORVM ORIGINE AD CICERONEM LIBER QVARTVS.

item ultimum librum in prioribus praecedenti adiectam editionibus primus Aldus his verbis distinxit col 1113: *M. TERRENTII VARRONIS DE ANALOGIA. LIB. III.* in cuius fine col. 1120 *ΤΕΛΟΣ* legitur.

Varronem sequitur Festus Pompeius, quem cum vetustissimis illis schedis contulit Petrus Victorius, hunc Nonius Marcellus; columna extrema 1476.

VENETIIS IN AEDIBVS ALDI ET ANDREAE SOCERI M. D. XIII MENSE NOVEMBRI.

Aldinam qui curavit editionem, Pium est secutus; quod si prima Rholandelli editione usus esset, plura exstarent emendatiora; nunc leve operarum mendum editorem non uno in loco, ut aliud et quidem multo deterius reponeret decepit; sic pag. 308 *Aegeum dictum ab insulis, quod etc.* in Venetis et apud Pium *infulis* legitur, unde Aldus *inulis*, hoc est quod Paris. et Gryph. dederunt: *hinulis* correxit; recte Rholand. *insulis* servavit. Quare caute utendum auctoritate huius editionis, idque non solum de Aldino Varrone, sed de omnibus fere latinorum scriptorum Aldi libris alte tenendum, ne omnia, quae a prioris saeculi editionibus diversa in his exstant, verissima esse, quaeque ex conjectura reposita, membranis niti vetustis censeas; plerosque enim editorum libidine, de quorum temeritate non iniuria queritur Muretus tom. II. pag. 71. 715. 861. 870, Rhnk. licet corruptis in locis codices consulerent, mire inveneris interpolatos. Nullius est pretii Plautus Aldinus, cuius textus tam corruptus, tamque emendatus sine codicum auxilio, ut, qui hac sola usus

editione, vix Plautum legisse dicas. Simile quid perpessi Catullus, Tibullus, Propertius Avantii audacia, Lucretius Candidi, Gellius Egnatii, alii aliorum studio et labore justo plus emendati. Res dijudicatu tanto difficilior, quod editores haud raro scriptis libris uti solebant, ut nos ubique fere haereamus, sitne ex Codicibus lectio restituta, an editoris ingenio; et in Varrone codicum auxilio usum fuisse editorem, docent exempla, ut pag. 97 *et qui fundamentum restituit, pedem ponit.* Alii *posuit;* Aldus primus *posuisse*, et ita Codex Florent.: pag. 115. primus dat graeca verba, quamvis corrupta *τυφλὸν τέκον*: pag. 117 inserit cum Florent. *bulbum*, inter verba *ovium lana:* pag. 148 cum Florent. primus dat *quod is*, quae in praecedentibus desunt: pag. 187 primus cum Florent. inserit verba: *Solarium dictum id, in quo horae in sole inspiciebantur:* pag. 345 *nugario unguento:* pag. 392 *rusticos dicere se adduxisse* primus dedit Aldus cum Florent.; quae eum praecedunt aetate editiones omnes verbo *dicere* carent: pag. 308 optime cum Florent. Aldus omittit *Pacuvius*, item pag. 291 cum Florent. ante *dextrum*, omittit praepositionem *in.* — Haec quidem magnam probitatis produnt speciem, ut injuria editorem audaciae videamur accusasse; at multo plura exstant in Varrone, quae ingenio illum valde indulsisse aperte docent, quale est quod legitur pag. 128 *et etiam poma, quod haec poscunt potum, quod πότος*

τος potio graece; ubi vid. nota. Eiusdem farinae est VII, 1. *si extrinsecus* addita conjunctione, quae in omnibus desideratur libris, et V, 1. *ubi, cur et unde sint verba, scrutatur* loco *scrutantur* ut alia innumerabilia; qua factum ratione, ut nisi addicente Codice Florentino, ab Aldi partibus stare non auderemus.

Aldinam exprimit paucis mutatis Basiliensis editio fol. anni 1521, ut et ordo et numerus versuum respondeant; in fine totius operis:

BASILEAE, APVD ANDREAM CARTANDRVM, MENSE SEPTEMBRI, ANNO M.D.XXI.

Editio Parisiensis apud Colinaeum 1529. 8.

Haec editio, ni magnopere fallor, Aldinae secundae anni 1527, quae nobis non ad manus erat, mera est repetitio; continet enim item Mich. Bentini textum et emendationes, de quibus in titulo: *libros nitori pristino restituendos curavit Michael Bentinus multa veterum codicum collatione, postpositis castigationibus eiusdem ad Varronis intelligentiam apprime conferentibus;* neque negligenda sunt quae vir ille doctus ad Varronem contulit; primus enim Nonio et Festo in auxilium vocatis egregias inde dedit emendationes. Codicum mentio fit V, 22. *in quibusdam*, inquit, *scri-*

ptum inveni: macte ab eo quod graeci μάγδαν; quae frustra in nostris codicibus quaesiveris.

Editio Gryphiana
Lugduni 1535. 8.

Varroni liber Catonis originum adhaeret; textus ex Bentini castigatione multis tamen correctis expressus: pag. 47 *imaginem ex aere Pythagoras Tarenti fecit:* exstat in hac editione *Pythagoras pictor*, quod et falsum et omnes libri scripti et excusi *pictor* recte ignorant.

Editio Antonii Augustini
Romae 1557. 8.

Haec recensio novum plane Varronis textum exhibet; interpolatorum enim librorum auctoritate omni scriptoris quam valde sectatur antiquitate delecta vulgarem dicendi rationem Augustinus reposuit; itaque nunquam *fortasse an* sequente conjunctivo, sed *fortasse* vel *forsitan*, nunquam *alterum utrum*, quomodo vetustissimos locutos esse Priscianus I. pag. 208 Kr. tradit, et quae alia id genus plurima, apud hunc invenies. Turnebus quod dicit Adversar. libro XXIII, 16 Augustinum Varronis vindicem, assertorem patronumque unicum habendum, imo vero eius potius Aesculapium esse existimandum, cave ex animi sententia prolatum putes, qui quanti pretii esset illius recensio optime perspexit, nec raro tacite in eam invehitur, v. c. Advers. XXIV, 29:

Amictui et circumiectui more veteri a Varrone dictum elegantissime censeo; huius elegantiae ignari has exterminaverunt locutiones et seculi nostri balbutiem invexerunt.

quod verissime monitum; *amictui*, *circumiectui*, similia, Varroni non declinantur, sed Augustinus primus *amictus*, *circumiectus* invexit; et ibidem

Recte legi arbitror: Parapechia, chlamydes et per summam iniuriam hinc ablegata arbitror.

at primus ablegavit Augustinus, *παραπλεκεία*, *χλαμύς*, male inferens; item ad V, 23

Lego antiquitatem secutus, non istorum recentium exemplarium novitatem: Ut thrion et placenta.

et sic saepius. Fefellerunt doctum Archiepiscopum, quae in codice nostro B apparent emendationes, quas cum et sensum interdum non inepte enodent, et nostrae loquendi rationi quam priscae et horridae auctoris magis conveniant, nec probabilitate carere videantur, primo aspectu veras facile censeas; accuratius vero si evolveris, fictas neque praeter veterum codicum lectionem, hic illic leviter inquinatam, aliam e Varronis manu venisse agnosces.

Exstant tamen quaedam et ipsius Augustini et amicorum, ut Faerni, Pantagathi cura, (conf. pag. 169, 190, 253 Bipont.), bene ut videtur, re-

stituta, quaeque fini adhaerent paucae emendationum plagellae, optimae sunt notae; in his enim corrupta ostendit loca, et sanandi viam docere conatur. Margini quoque adiectae et librorum lectiones, et quae ab his semicirculo notatae distinguuntur, conjecturae.

Textum huius recensionis diligenter exprimendum curavit Henr. Stephanus, quem Dionys. Gothofredus, Popma, Editor Bipontinus secuti sunt.

Editio M. Vertranii Mauri
Lugduni apud Gryphii haeredes 1563. 8.

Hic quoque Augustinum plerumque sequitur, ita tamen ut et editionum priorum lectionem saepius revocaret, nec raro ipse auctoris verba emendaret. Scribendi ratio Augustino illata *omneis*, *quom*, *vocandei*, *heis*, *populeis* aliaque apud Vertranium exulat. Quaedam vera coniectura divinavit nec notae eius indoctae (conf. Brisson. de ritu nupt. pag. 323 Trck.) et quales ab homine qui codicibus destitutus erat, in his Varronis libris exspectare possis; quod enim pag. 175 tradit se *notas Florentiae et Romae Pontificiis libris veteribus collatis exarasse*, nisi fortasse excusos intelligit, merum est mendacium; nam praeter lectiones Augustino editas, quae in Vertranii editione primum appareat, ne unam quidem invenies et in illis utendis mire lapsus est. Quae ibi con-

jecturae addito semicirculo margini adscriptae sunt, ex codicibus haustas censuit, v. c. pag. 326

dixi de lana] *in quibusdam etiam veteribus libris perperam est: de lucerna; ipse nanque Varro supra eodem scripsit: Lana Gallicana videtur imperito similis propter speciem.* sed nulli exhibent veteres libri *de lucerna*, quod primum legitur in marg. editionis Augustini addito semicirculo, id est ex coniectura.

I. Scaligeri coniectanea primum lucem aspexerunt anno 1563 ex Henr. Stephani officina, postea appendice aucta, in qua se ipsum corrigit, et apud hunc et alios saepius excusa. Textus ut supra monuimus ex Romana expressus, quod vel Bipontinum editorem qui ubique Scaligeri marginem, qui Augustini est, dicit neque codicum lectiones a coniecturis separat, non vidisse miror. Maior commentarii pars in veterum poetarum fragmentis concinnandis et cum graecis auctoribus conferendis versatur, qua in re, etiam si Scaligerum interdum ingenio abusum dixeris, princeps est et unde latinorum fabulae essent translatae, certissimis docuit exemplis. Neque ante neque post eum alium hac provincia functum invenimus; nunc enim praeter ea quae vir ille sagacissimus indagavit, non modo poetarum fons ignoratur, sed membra ipsa pleraque foede inquinata, ut vix sanum quid elicere valeas, disiecta sunt, cui malo tum demum, si grammaticorum scripta

qui illorum frusta nobis servarant, ex codicibus restituta sunt, medearis.

In Varrone perlustrando usus est Augustini recensione quam, ut Turnebus, male emendatam esse bene perspexit, acriterque Romanum librum perstringit; conf. v. c. pag. 36, 61, 63, 74, 131, 158 Bip. aliaque. Itaque in difficilioribus ad antiquitus excusos, apud quos, ut ipse dicit pag. 76, semper certior exstat lectio, rediit. Quod si Rholandelli editionem quae ubique proxime verum accedit, secutus esset, sagacitate sua multo plures integros reddidisset locos; nunc Venetarum vitiis interdum emendationem firmare studet: praeterea paucas codicum lectiones ad priores ternos libros, in Turnebi posthumis editas, cuius emendationes plerasque probabat, consuluit. His auxiliis adiutus egregie quaedam restituit, plurima vero quae probabilitatem non excedunt, imo hanc raro attingunt, et quorum partem in addendis ipse recidebat, coniecit seseque in his commentariis (vid. pag. 132 Bip.) non κριτικὸν agere, sed σκεπτικόν, et omnia arbitrario iure decidere, non certo, fateri nihil moratus est.

Editio Gaspari Scioppii
Ingolstadii 1602. 12.

Lectiones ex antiquis codicibus Gabrieli Faerno excerptas a Fulvio Ursino qui suas librorum addebat, missas accepisse in praefatione editor monet; sed haud scio an qui huius viri mores

cognitos habent, quod Giphanio in notis ad Symmachum, idem in Varrone Fulvio accidisse censeant. Quod qualecunque est, novam hanc atque egregiam recensionem Ursini magis ingenio quam Scioppio deberi certissimum est; omnia enim quae vir ille doctissimus modo lectorem certiorem faciens, modo veterum more emendationes tacens ex Varrone cui restituendo bonis adiutus codicibus (conf. pag. 268) multum tribuerat tempus, variis in libris correcta protulit, a Scioppio recepta legis, in cuius editione et vetustorum librorum scripturas et optimas quarum magnam partem veram Varronis manum reddidisse puto, etiamsi in multis et inprimis in sententiis transponendis modum tenere auctor ignoravit, emendationes deprehendimus. In margine raro Turnebi vel Ursini apparent conjecturae et litteris *q. V. C.* notatae lectiones, quibus non magna fides praestanda est. vid. pag. 347.

In his Varronis fragmentis qui artem criticam exercere student, duas contrarias prorsus rationes alte in memoria teneant, unam ut et ubi et quae exciderint verba, exquirant atque lacunae locum ostendant, alteram ut glossemata et interpolationem quae quantum in hos grassata sint libros vix credas, sedulo expellant. Nunc pauca quaedam de interpolationis genere addamus. Tres manus diversas hoc opus explanasse et emendasse inve-

nimus, quarum prima vetustissimos iam occupavit codices casu magis quam de industria nata; quae enim margini erant apposita in textum venerunt, sic pag. 65.

Itaque Epicharmus de mente humana dicit istic:

Est de sole sumptus ignis, id est sol est isque totus mentis est.

laudavit supra Ennii verba et hic Epicharmum fabulam eiusdem poetae cognominem ad partes vocans pergit: *Ep. dicit istic;* qui sequitur iambicus tetrameter justo longiorem esse metrum, gravissimum his in rebus argumentum, convincit. Nullo negotio glossema reperias; nam cum boni libri codd. Havn. Paris. a, Rholand. alii, exhibeant *id est sol est*, dilucide explanatio qua eiecta integer erit versus, ante oculos posita est; quod enim Paris. c, Edit. princ. vetust. et ut videtur Florent. *idem solem* vel ut Paris. b *idem solesisque*, nihil nisi *id ē sol ē*. Neque haec enodatio, quum facile quis pronomen *isque* ad *ignis*, non ad *de solē* pertinere sibi persuadeat, supervacanea atque inutilis est. Sic omnia plana sunt neque auctoritate destituta. Sed nec illa priora dubitatione carent; exstat enim in Paris. a et c: *itaque Epicarmus dicit: de mente humana ait: istic* etc. quae Varronem dedisse equidem non spondeam, et mihi certe verba *dicit de mente humana*, vel potius *de mente humana ait istic*, (quisque enim Ennii

Epicharmum cognitum habuit) similiter aliena manu assuta videntur. At quid impudicus iste corrector codicis B, quem vulgata sequitur recensio?

Itaque Epicharmus Enni de mente humana dicit: Istic est de sole sumptus ignis. Idem solem adserit: Isque actus mentis est.

ubi *istic* δεικτικῶς addito *de sole* non minus, quam si solem adserit, *isque* .. *est* ridiculum; talia si de codicum non constat auctoritate, ut saepius multum fluctuemus nos cogunt.

Alia versus explicatio textum ingressa est pag. 245.

Spondeo a sponte; nam id valet et a voluntate. Itaque Lucilius scribit de Cretea

cum ad se cubitum venerit,

sua voluntate sponte ipsam suapte adductam ut tunicam et cetera reiceret.

Sic omnes libri; *sua voluntate* et sensui et metro contraria delenda esse iam Scaliger monuit.

Hac ratione item in versu explanando, glossemate ex margine in textu collocato, ipsa poetae verba exciderunt pag. 316; nam in libris scriptis et multis excusis ἐπιγραμμάτιον nulla facta versuum distinctione sic legitur:

fecerat cascam ridiculum est cum te cascam tua dicit amici fili potoni est qui senex puerum dicit pusum puellam pusam sic fiet mutuam mulinam vere pusus tu tua amica senex.

verba *puerum dicit pusum*, *puellam pusam* sine ulla varietate omnes servant libri et scripti et editi; itaque viri docti quibus metrum restituere conarentur, varias excogitabant vias; leg. nota. Frustra si quid video, cum aperta in his sit glossatoris manus nec integrum reddere valeamus epigramma. Verba enim *pusum* et *pusam* poetam dedisse inde docemur, sed qualem totum scripserit versum quis indagabit?

Aliud apertum glossema codices vetustos invasit pag. 186 seq.

Meridies ab eo quod medius dies. D antiqui, non R in hoc dicebant ut Praeneste incisum in solario vidi, (Solarium dictum id in quo horae in sole inspiciebantur) quod Cornelius in basilica Aemilia et Fulvia inumbravit.

verba *solarium . . . inspiciebantur* pessime reddidi ex Florent. Havn. Par. a b et qui primus haec edidit, Aldo; nunquam sententiam Varro tam incommode et importune dirumpit; quae verba cum et in minoris notae desiderentur codicibus, expellenda sunt.

Quae cum ita sint, si multa alia a Varrone non scripta, quae certo arguere nequimus, in his inveniantur libris, non erit mirandum; succurrit tamen interdum grammaticorum omnibus scriptis superius testimonium. A Prisciano locus satis longus laudatur pag. 169—174 ad hanc rem ap-

prime idoneus; nam in nostro Varrone leguntur pag. 170

In denario numero hoc mutat; quod primum est ab decem assibus Decussis, secundum ab duobus decussibus Bicessis, quod dici solitum a duobus decussibus Bicessis.

alienam manum vel sine auctoritate prehendas; posteriora enim *quod ... bicessis* nihil nisi priora continent, neque Priscianus, apud quem recte *vicessis* scriptum, haec verba agnoscit. Et pag. seq.

Aeris minima pars Lentula, quod sexta pars unciae. Semuncia quod dimidia pars unciae. Se valet dimidium ut in selibra et Semodio. Uncia ab uno.

Priscianus totam sententiam *Se ... semodio*; ex interpretatione vocis *semunicae* natam postea Varronis verbis affictam ignorat.

Haud raro una voce adiecta et sensus et totus sententiae nexus interiit, v. c. pag. 180 ubi vulgo haec:

Et hinc dicuntur milites aerarii ab aere quod stipendia facerent. Hoc ipsum Stipendium ab stipe dictum, quod aes quoque stipem dicebant. Nam quod asses librae pondo erant; qui acceperant maiorem numerum, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est componebant, quo minus loci occuparet. a stipando Stipem dicere coeperunt.

omnia hic dissipata quae arcte cohaerent, nec

nisi optimi libri Florent. Havn. Paris. a b *libras pondo* servassent, facile quis restitueret; dicunt veteres *libra pondo*, *libram pondo* etc. unde verbum *ponebant* ad illa pertinere docemur, et sic recte quae conjungenda, conveniunt, modo deleas *erant* verbum male adiectum quo factum ut libri plerique omnes *librae pondo* emendatum exhibeant. Eadem ratione corrupta censeo quae pag. 323 leguntur

Tartarino a Tartaro dictum. Plato in quarto de fluminibus apud inferos quae sint, in his unum Tartarum appellat.

miro modo auctor si haec scripsit memoria lapsus est; an falsa apud Platonem lectione deceptum esse Varronem dicamus? etenim in Phaedonis loco pag. 117 Bkk. *τούτου δ' αὖ καταντικρὺ ὁ τέταρτος ἐκπίπτει εἰς τόπον κτλ.* Bekkeri codex *Δ*, *ὁ τάρταρος*; sed hoc vix dignum quod afferatur. Ab aliena manu quae verborum non intellexit sensum, assuta sunt *in his unum;* et certissime ex cod. Havn. et edd. reponendum *in IIII*, id est *in quatuor*, ut hoc dicat Varro: Plato qui quatuor de fluminibus apud inferos laudat (plura enim sciens omittit. vid. Phaed. pag. 116 Bkk.) de his cum loquatur, Tartari quoque mentionem facit, quare graeca est vocis origo. Et sic illa de tetralogiis Varronis auctoritas evanescit. Similiter pag. 228

Fatur is qui primum homo significabilem

ore mittit vocem. Ab eo antequam ita faciant, pueri dicuntur Infantes; quom id faciant, iam Fari. Cum hoc vocabulum a similitudine vocis pueri ac Fatuus Fari id dictum.

locum mendosum esse dixit iam Augustinus, et quisque videt; verba enim *ac fatuus* reliquis non congruunt. Videtur aliquis etiam fatuum eiusdem esse originationis in margine adnotasse unde haec loco valde importuno versui illata sunt. Pag. 537 Varro postquam dixerat

Utrum in secunda forma verborum temporale habeat in extrema syllaba AS an IS, ad discernendas dissimilitudines interest,

sic pergit

quocirca quare ibi potius index analogiae quam in prima? quod ibi abstrusa est dissimilitudo ut apparet in his Meo, Neo, Veto.

Ita ineptissime sensu perverso scribitur; inest enim glossema quo sublato nihil est quod requiras. Inducendum *quare* voci minus usitatae *quocirca* adiectum et dicit auctor, ideo in secunda magis quam in prima persona esse analogiae indicem, quod verum est. Et revera in Havn. et Paris. a glossema istud desideratur, etiam ut equidem non dubito, in Florent. a Victorio neglectum; quod cum desit in codicibus vetustis, exemplum hoc ad secundam potius referendum interpolationem de qua nunc dicamus.

Altera recensio ex Pomponii Laeti codice unde primus hos Varronis emiserat libros, omnes deinceps invasit editiones, cuius auctor cum in explicando, tum in emendando operam suam perdidit. Pauca illius exempla, ne falsa praedicare videar, haec sint; ut pag. 103 *Cervi quod magna cornua gerunt, Gervi mutata G in C ut in multis*, additum post *multis* in illo codice et inde in omnibus editionibus *quasi gervi:* pag. 115 *Hila ab hilo dicta* adiectum *id est minimo:* pag. 122 *Tubae a tubis quos etiam nunc ita appellant tubicines sacrorum* pergit ille liber et qui hunc secuti *id est sacri tubicines tubi vocantur:* pag 127 *a poculo cylice* sequitur ibi *id est calice:* pag. 202 *Consualia dicta a Conso quod tum feriae publicae ei deo et in circo ad aram eius ab sacerdotibus ludi illi quibus Virgines Sabinae raptae;* Codex ille addito verbo *fiunt ludi:* pag. 223 *tremuisti, timuisti;* ille *tremuisti id est timuisti:* pag. 224 *Curiae, ubi senatus rem publicam curat, et illa ubi cura sacrorum publica;* illi omnes *curia ... curat, illa etiam curia dicitur ubi cura ...* pag. 230 *hinc Profanum est quod ante fanum, conjunctum fano;* illi ... *id est conjunctum fano:* pag. 233 *hinc dicuntur* quibus inserunt *etiam amplius:* pag. 235 *Nuntius enim est ab iis* [*novis*] *rebus nominatus quod a graeco verbo potest declinatum; ab eo itaque Neapolis illorum Novapolis ab antiqui*

nostris vocitata; pro *ab eo itaque* illi legunt *ab ea quidem graeca voce:* pag. 262 *Mantelium ubi manus terguntur* addunt illi *quasi manutelium:* pag. 297 *tuesca dicta* pergunt *tuesta post testa facta:* pag. 325 *Nam et in C. Aelii commentario erat: Ab Libycis Lucas, et in Virgilii: Ab Lucanis Lucas* illi ex superiori *in Virgilii commentario:* pag. 375 *Osmen, s quod extritum* illi *Osmen Omen extrito s:* pag. 554 *ea dividitur in partis quattuor in unam quae habet casus neque tempora ut . . . in alteram quae tempora neque casus ut . . . in tertiam quae utraque ut . . .* in quibus item secunda ista manus plura supplevit; scripsit . . . *in unam primam videlicet quae . . . neque tempora habet ut . . . tempora habet neque . . utraque habet ut . . .* Hanc eandem emendationem legimus pag. 424 ubi ex his interpolatis libris nunc exstat:

> *Oratio secanda ut natura in quattuor partis; unam quae habet casus, alteram quae habet tempora et tertiam quae habet neutrum, et quartam in qua est utrumque*

Quid vero veteres codices istam emendatricem manum aetate praecedentes?

> *Oratio . . . partis, in eam quae habet casus, et quae habet tempora et quae habet neutrum, et in qua est utrumque*

Quod ad explicandi morem quem his in libris deprehendas, attinet, satis iam dictum; nunc rem

multo maioris momenti, emendandi videamus pruritum:

Pag. 79 *Sabinum linguam olent quae Tati regis voto sunt Romae dedicatae*, vulgarem posuit corrector formam *Sabinorum:* pag. 187 *Meridies ab eo quod medius dies. D antiqui, non R in hoc dicebant*, correxit emendator non satis perite *in hoc loco;* erat potius dicendum: *in hoc verbo:* pag. 47 ubi plura disiecta, *nominatum ab*, correxit, *sunt et nomina ab:* pag. 50 *huic vecturae qui ratibus transibant Quadrans*, ille *hinc vecturae quas solvebant ii qui ratibus transibant Quadrans* loco ne recte quidem intellecto: pag. 60 *quod in hac regione scriptum est*, ille quae non sana esse Turnebus iam vidit, *quod in hac regione sacriportus est et in ea sic scriptum est:* pag. 198 *Palilia dicta a Pale, quod et feriae* scriptum invenit, unde subito *quod et feriae ei deae fiunt* correxit; verum *quod ei feriae* iam Victorius coniectura assecutus est: pag. 199 *Dies Vestalia ut virgines Vestales aut Vesta*, quae quidem non sana, sed facile restituenda; legendum *ab Vesta;* at ille *Vestae sacrificent* de suo intulit; ut pag. 202 *quod tum Veneri dedicata aedes et orti ei deae dicuntur*, (ubi cave corrigas *dicantur*,) egregius iste *et orti eius tutelae adsignificantur* divinavit. Pag. 450 invenit in suo codice haec:

In hoc genere vocabulorum quoniam multa de-

desunt, dicendum non esse in eo potius sequendam consuetudinem quam rationem.

totius sententiae nexus cum contrarium flagitet, correxit *in eo, sed potius* quo iustus existit sensus, et Scioppius hunc secutus *in eo analogiam, sed potius sequendam consuetudinem quam rationem* dedit; quas omnes turbas optime removent vetusti libri Flor. Havn. Paris. a, modo valde simplici et eleganti, verbis sic transpositis, *dicendum non esse in eo potius sequendam quam consuetudinem, rationem.*

Pag. 310 *Dictas apparet infulas quod velamenta, his e lana quae adduntur, infulae* quibus addit corrector *intra hostiarum cornua velamenta erant.* et pag. seq. medio in versu

frondem ac flores addidit,
Non lanas sed velatas frondentis comas

scripsit, *non lanas. Ideo Naevius ait sed velatas;* priora quoque metro non carere ignorasse videtur. Fort. Naevii sunt verba, equidem nescio, sed Varronem ita non scripsisse certo scio; et omnino correctoris diligentia maxime in nominibus addendis versatur; itaque multa poetarum nomina ut tunc temporis cuivis nota auctori omissa, hac ratione partim recte, partim falso suppleta inveniuntur. Sic pag. 321 *In Medo Ennius Caelitum* etc. est enim Pacuvii versus, et optimi libri Ennii nomen ignorant. Contra pag. 308 ex praecedenti additum seqq. *Pacuvius.* Pag. 314

In carmine Priami apud Accium quod est omittunt vetusti et meliores codices Florent. Havn. Paris. a, b, item Scioppius *apud Accium* et emendator cum saepius sit falsus, ne scimus quidem an Accii sint verba. Varro vero ex more fere constanti si carmen aut fabulam poetae nuncupat, auctorem omittit, quem si laudat, operis nomen desideratur; itaque *apud Ennium*, *apud Naevium*, vel *in Medea*, *in Corollaria*, rarissime utrumque v. c. *apud Ennium in Medea*, *apud Accium in Philocteta*, *Naevius in corollaria*, *apud Plautum in parasito pigro* conjunctum legimus, ut de horum veritate non iniuria dubites; sic pag. 338 *in Menaechmis Plauti: Inter est* scriptum, at deest *Plauti* in Havn. Paris b; fort. etiam in Florentino, quod facile Victorium effugere poterat. Alia res est si de industria utrumque notare voluit ut pag. 339 *idem est hoc verbum in Cementria Naevii.*

Frequenter in his libris auctoris nomen a Varrone datum accuratius notatum exstat ut pag. 213 *secundus ut Fulvius scribit et Iunius a Venere*, *quod ea sit Ἀφροδίτη;* manus secunda emendatrix dedit *et Iunius Gracchus;* voluit *Graccanus*, et, ut prius huic posteriori conveniret, tertia manus, quam in Codice B. videmus, correxit *ut Fulvius Flaccus scribit.* Sed Varro ubique nude *Iunius* dicit: pag. 236 Aelium haec librorum familia in Aelium Gallum mutat; falso,

non enim hunc, sed Aelium Stilonem ubique auctor noster intelligit; illum tamen manus tertia saepius intulit: pag. 28 *scribit Aelius quod* Codex B *Aelius Gallus:* pag. 72 *Aelius Dium Fidium dicebat* Codex B *Aelius Gallus,* quem vulgata sequitur recensio. Hoc vitium iam ab Hadr. Iunio in animadvers. perstrictum est. Idem libri pag. 27 Ciliciae nomen inculcant.

Ex paucis his congestis correctorem non singula tantum verba mutasse, sed si res ferret, interdum plura de suo finxisse, ni magnopere fallor, cuivis lectorum constare puto. Nunc maius eius molimen indicabo. Septimi libri initium in vetustis et melioribus codicibus, Florent. Havn. Paris. a b, totum enim exciderat folium, desideratur. Principium tamen in libris interpolatis, Edit. princ. Codice B. et reliquis qui omnes ab horum parte stant, his verbis apparet:

Temporum vocabula et eorum quae coniuncta sunt, aut in agendo fiunt, aut cum tempore aliquo enuntiantur, priore libro dixi. In hoc dicam de poeticis vocabulis et eorum originibus, in quis multa difficilia; nam

quae et loquendi rationi Varronis eiusque ingenio egregie conveniunt, atque facile fieri potuit, ut quae in aliis novo adscripta folio cum multis interciderent, in codice quodam verso praecedentis libri folio adiecta servarentur. At si accuratius illa verba aspicimus, dubitare licet; nihil enim

quod non alibi auctor iam prodiderit, ut sine ulla difficultate aliquis componeret, continent. vid. finis pag. 182

Ad vocabula quae pertinere sumus rati, ea quae loca et ea quae in locis sunt, satis arbitror dicta, quod neque parum multa sunt aperta, neque si amplius velimus, volumen patietur. Quare in proxumo ut in primo libro dixi, quod sequitur de temporibus dicam.

et initium proximi libri

Origines verborum quae sint locorum, et ea quae in his, in priore libro scripsi. In hoc dicam de vocabulis temporum et earum rerum quae in agendo fiunt cum tempore aliquo ut Sedetur, Ambulatur, Loquuntur

cuius libri finis ad septimi initium pertinet qui talis est

Quod ad origines verborum huius libri pertinet, satis multas arbitror positas huius generis. Desistam et quoniam de hisce rebus tris libros ad te mittere institui, de oratione soluta duo, de poetica unum; et ex soluta oratione ad te misi duo, priorem de locis et quae in locis sint, hunc de temporibus et quae cum his sunt coniuncta; deinceps in proximo de poeticis verborum originibus scribere institui.

e quibus quis non septimi initium quale Varronem dedisse probabile est, sine magna opera divinaverit? et quod imprimis notandum, illa cum

his quae sequuntur *repens ruina aperuit* etc., ut omnis evanescat hiatus, arcte coniunguntur. Itaque nullum lacunae signum, quod cum fide tenent veteres libri, in novellis istis reperitur, neque pauca illa verba quod in animo habuisse videtur emendator, totum quod excidit folium compensant. In novis procudendis, quod memoratu dignum et altius est disquirendum, illius aetatis homines recentiorum criticorum solertiam et audaciam longe superant. Exstat in Bibl. Monac. volumen quod inter alia Ciceronis scripta libros tres de oratore et qui quartus ibi audit, oratoris partem continet. Scriptum fere sub saeculi XIV initium, negligentissime ut nihil intelligas; dialogi de oratore multis lectionibus, plerumque falsis, impleti et libri II, cap. 10. §. 39. post verba *tum laudare copiosissime. Q* unius versus lacuna relicta; tum pergit codex *sed qui primarum et ceterarum genera ipsa didicerunt* etc. quae cap. 16. §. 69. leguntur, mediis omnibus omissis. At lacuna et margo litteris minutioribus sic suppleta:

quod quidem ei dicendum esse de rebus maximis et graviter et ornate quasi munus proprium constituisti, sed illud nimium a te dici miror duobus illis generibus instructum oratorem sine illis praeceptis posse ad cetera facile per se accedere. cum ea permulta sint non solum genere, sed et varietate et magnitudine tum inter se tum multo magis ab his causis

quae et in senatu et in foro tradantur differentia. Tum Antonius magna quidem inquid illa sunt oratori maxime propria et in quibus summa cum laude ac dignitate eius ipsius omne versari officium statuo, sed velut

et in calce notatum:

„ab illo loco: Ei dicendum esse deficiebat usque ad illum locum: Sed qui primarum et magister gasparinus addidit de suo id quod est in textu"

de quo Gasparino conf. Petri Victorii praefatio ad Cic. Rhetor.

Sequitur tertia quam haec fragmenta perpessa sunt recensio. Hanc qui curavit, (cognovimus autem ut saepius dictum, ex codice nostro B, et vulgata Augustini editione) qualem modo descripsimus librum, usus est; quae enim ibi reperimus, in hoc usque recurrunt, sed dilatata atque in immensum fere aucta. Et nominum quidem supra iam quaedam produximus exempla; alia haec sunt: pag. 382 *Mutius Scaevola* pro *Mutius* quod et pag. 16, dedit; Tatio regi praenomen *T.* propositum in hoc codice pag. 57, 151. pag. 165 *a Numa Pompilio* Codex B; ceteri omnes *a Pompilio:* pag. 331 *eundem Pompilium Numam* Codex B; ceteri omnes *eundem Pompilium;* semel tamen pag. 157 *Numae Pompilii* et vetusti servant, sed et hic *Numae* cum Varronem uno nomine ubique conten-

tum esse legimus, aliena manu adscriptum puto. Nude dicit *Tatius rex*, *Pompilius rex*, *Hostilius rex*, *Tullius rex*, aliaque plurima quibus quantum memini duo refragantur exempla, unum pag. 87 *ut Scaevola Quintus Pontufex Maxumus dicebat* sic enim Florent.; *a Scevola Q.* Havn. Paris.; alii cum Paris. b *Scevola qui*, ut de veritate lectionis dubitari possit, neque postpositum praenomen negligendum: alterum pag. 148 *nam et Procilius non idem prodidit quod Piso, nec quod is, C. Aelius Stilo* et pag. 150 *C. Aelius et Lutatius scribunt* et pag. 325 *nam et in C. Aelii commentario erat.* Tu vero scias haec in solo Codice B eiusque pedisequis, quorum in numero ego quoque sum, exstare; veteres libri omnes non *C. Aelius*, sed *Cornelius* cuius me poenitet non recepti. Alia quidem, cum uno in loco vetusti retineant *Stilonis* nomen, quod ipsum emendatorem ut *C. Aelius* corrigeret, induxisse videtur, difficultas existit; sed ne huic quidem fidem tribuo. Quid enim per deos Varronem brevitati haud parum studentem ut semel iterumve *C. Aelius* vel *C. Aelius Stilo*, centies vero *Aelius* simpliciter scriberet, moverit? A quo discernendum si res quaedam necessario additum nomen flagitaret, ut pag. 150 *a Curtio Consule quoi Marcus Genucius fuit collega* vel pag. 419 *Dissimile Plautus et Plautius, et commune ut huius Plauti et Marci.*

Sed corrector in addendo omnem excedit modum; nam in loco supra laudato, cum *C. Aelius* (debebat *L. Aelius*) dedisset, quod sequitur *et Lutatius* ne suo esset praenomine destitutum, scripsit *et Q. Lutatius;* pag. 148 *Piso* intactum reliquit; infra pag. 149 *L. Calpurnius Piso in annalibus;* vetusti codices omnes et hic solum Pisonis nomen agnoscunt: pag. 153 *scripsit poeta* mutavit corrector in *scripsit Ennius*, at totius sententiae nexus *Naevium* poetam a Varrone intelligi clare ostendit.

Quod ad nomina ab emendatore de suo adiecta, satis iam dixi. Nunc alia quaedam perlustremus loca in quibus ingenii sui periculum fecit corrector. Pag. 51

a Caelio Vibenno Tusco duce nobili qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra latinum regem

hic cum *latinum* corruptum esse vidisset, correxit acute *Sabinum;* debebat vero ex Varronis usu *Tatium* reponere. Pag. 13

Priorem illam partem ubi, cur et unde sint verba, scrutantur, Graeci vocant ἐτυμολογίαν; illam alteram περὶ σημαινομένων, de quibus duabus rebus in his libris promiscue dicam.

exciderant graeca *περὶ σημ.* in eius codice, ut desunt in Paris. a b Havn. Edit. princ. vetust. itaque novum aliquid quod redderetur, erat quaerendum; infeliciter invenit: *illam alteram syn-*

thesin de quibus. Pag. 237 invenit *Ennius in Medio*, unde *Medea* correxit; debebat *Medo.* Pag. 408 *partim quom alii putarent in loquendo ea verba sequi oportere quae a similibus similiter essent declinata quas appellarunt ἀναλογίας; alii cum id negligendum putarent ac potius sequendam dissimilitudinem quae in consuetudine est quam vocant ἀνομαλίαν* corrector scripsit: *sequendam συνηθείαν. dissimilitudinem . . . quam etiam vocant ἀνομαλίαν* multo melius quam Augustinus qui *dissimilitudinemque* edidit; verba enim quae sequuntur mera essent latina graecae vocis explicatio, nec conjungi possent. Sed Varro non ita loquitur; tamen multi nisi de emendatoris *συνηθείᾳ* graeca inculcandi vocabula certissime nobis constaret, interpolationem illam veram putarent. Nunc ubique hanc ut nemo possit negare prodit; sic pag. 126 *id videtur declinatum a graeco Cyliceo a poculo cylice* Codex B. *declinatum a graeco τοῦ κύλικος* et inde Vulgat. Vertran. Sciopp. *ἀπὸ τοῦ κύλικος;* cuius esset generis *κύλιξ* ignoravit, neque genitivus stare potest; nunquam Varro derivat dicens *ἀπὸ τοῦ κτλ.* posito genitivo (quod tamen corrector etiam pag. 106 admisit) sed nominativo servato, *a graeco*, vel solum *a*, quod cum viri docti ex emendatis libris perspicere nequissent, haud raro coniecturas a Varronis loquendi ratione nimium abhorrentes in lucem mittebant. Graecarum vocum

tanto adducitur amore manus emendatrix ut vel varietatem his significaret; nam pag. 116 est: *augmentum* supraposito *καὶ agmentum.*

Saepius articulum Varroni omissum adiecit, neque auctor duo graeca verba voce *καὶ* sed latino *et* conjungit; at corrector v. c. pag. 41 *nisi potius quod Aeoles dicebant τὸν πύθιον καὶ πατέμον. Sic a potura a potu non ut nunc απώσω.* Locum hunc Boeckhius sic scribendum censet: *nisi potius quod Aeoles dicebant πύτεον; ut ποταμὸν sic poteum a potu, non ut nunc φρέαρ:* pag. 38 *ἄλσεα καὶ νομάς,* pag. 81 *τὰ γέργερα* dedit, pag. 117 *μάτιαι καὶ μάπιαι,* pag. 111 *ut θρύλλον καὶ τρύφον* pag. 167 *φέρτρον καὶ φέρετρον,* pag. 220 *τά τινα* pro *ἔτυμα* (supra pag. 219 pro *Etymologos* quod verissimum est, *ἐτυμολογία* scripsit), pag. 457 *περὶ τῆς ἀνομαλίας;* et haec omnia in hoc solo inveniuntur codice, prorsus alia, nempe vera, ea quae vetusti exhibent libri, sunt.

Unus tantum est locus quem recte graeco vocabulo corrector auxisse videatur, pag. 235 *Nuntius enim est ab iis rebus* [id est: *ab novis rebus*] *nominatus quod a graeco verbo potest declinatum*; ubi codex B . . . *verbo videri νεὸς declinatum;* graecam vero hanc vocem quam in animo habuit Varro, ut omnibus notam, facile supprimere potuit neque necessario addendam esse cum nulla in codd. exstet lacuna, puto.

Variae quas modo perlustravimus recensiones doctissimi viri de lingua latina fragmenta multum quondam lectitata fuisse demonstrant, neque fieri potuit quin hac ratione quamvis plura quae integra essent corrumperentur, et pauca speciosa emendarentur, quaedam interdum recte restituta sint; quod quidem in secunda manu emendatrici reperire non menimi, sed saepius in tertia, in Codice B offendimus, ut auctori laude sua non defraudando gratias sit habendum; sic pag. 41 in Pacuvii senario solus metrum servavit, sive conjectura, sive codice adiutus: *Terra exhalabat auram atque auroram humidam*, reliqui ad unum omnes *exhalat;* pag. 231 plurimi libri *populus romanus urbis* quae ex male intellecta nota originem duxerant; recte codex B *praetor urbanus;* pag. 212 in solo hoc libro verborum notae quas sententia flagitat inveniuntur; pag. 37 *ut tribus actibus multiplicatae idem tenent nomen* optime delevit *actibus* ex superiori male translatum; pag. 146 bene *ex utraque parte* correctum pro *dextraque parte.* Lacunae signa apparent pag. 227, 242, 318, 343 in vetustis libris neglecta, et semel locum librariorum incuria qui ab uno *cur* ad alterum media transgressi sunt, in omnibus omissum integrum fere servavit pag. 397, qui ipse ut de secundo quod critico Varronis maxime attendendum est, officio loquamur nos monet.

Alterum vero hoc genus totum in eo ut ubi

et quae exciderint verba, quod frequenter evenit septimo in libro, investigemus consistit; Varro enim poetarum laudans loca ut difficilia inde explanaret vocabula, quam explicare studebat vocem, versui cum supposuisset, factum ut describentium oculi multis omissis ab uno ad alterum idem recurrerent vocabulum; sic pag. 312

Musae quas memorant nosce nos esse casmenarum priscum vocabulum ita natum ac scriptum est.

priora poetae nescio cuius sunt verba non integra; *casmenarum* ex versu ductum, non Varronis dependens ab *priscum vocabulum*, ut pag. 292

Contempla et templum Cereris ad laevam aspice.

contempla. et conspicare id esse etc.

et sic ubique. Nunc vero non modo versus nullus est, sed vox ipsa *casmenarum* desideratur; corrector codicis B, ut sensus esset et malo illi mederetur, *nosse vos esse casmenae casmenarum* dedit; at ex tenebris in lucem productus nemini qui verum putet, persuadebit. Pag. 320 Varro veteres *canis* et *canes* in singulari numero dixisse tradens pergit: *Sic dictum a quibusdam ut una canes una trabes remis rostrata per altum*, ut omnes habent libri. Ennii esse verba putat Ach. Statius ad Catull. 4, 3; et Columna ad Ennii fragm. pag. 79 sic legens:

Labitur uncta trabes remeis rostrata per altum

nos, inquit, *priorem dictionem addidimus et sequentem immutavimus pro una uncta legentes imitatione alterius versus eiusdem poetae qui ait*

Labitur uncta carina per aequora cana Celocis

Virgil. libro 8.

Labitur uncta navis abies

libro 4.

Natat uncta carina

sunt tamen qui Varronis locum restituant addito tantum verbo Sulcat fide codicis manuscripti:

Una trabes remeis sulcat rostrata per altum.

Vix credas doctum et cautum Columnam ubi omnia plana sunt tantopere lapsum esse; post *una trabes* alia quibus nominativum *trabes* firmaret cum poetae nescio cuius nomine et verbis (dimidiatus restat versus) Varro dederat. Haec librariorum negligentia non legimus neque quisquam conjectura assequi audeat. Nos itaque repetita voce *trabes* lacunae dedimus signa.

Pag. 364 libri omnes scribunt:

Apud Pacuvium Flexanimat aquam lymphata dicta a lympha etc.

ex quo versu voce *lymphata* enodata aliam *Bacchi* explicat; at haec deest, et frustra esset auxilium ferre nisi aliunde poetae versus integer servatus exstaret:

Flexanima tanquam lymphata et Bacchi sacris Commota.

quae iam Turnebus in ordinem suum restituit. Pag. 339 Codex B legit: *in Romulo Naevius appellat osca. osca ab oscis* ut haud sciam an hic quoque totum versum Varro scripserit; nam si vox quam explicat versum incipit, omnia exciderunt, si medio in versu legebatur, retenta quaedam sunt ut supra vidimus. Illud factum pag. 382 *In Colace nexum Mamilius scribit* etc. at nihil omnino, quod describentium diligentiae debemus, ex colace restat.

Utrumque genus quantum valuimus in textu reddendo usum in nostrum convertimus nec pauca inde vel restituisse vel si plura desunt, ab aliorum arbitraria emendatione vindicasse videmur, minime ut fieri solet abusi, imo cum meliorum codicum lectiones praeter Florent. tum non ad manus essent plura huius modi loca me effugisse et interdum deteriores libros melioribus iniuria praelatos esse mihi persuasum habeo. Sed lectores benevoli qui veram me ad Varronem restituendum viam munisse confiteantur, facile illud mihi ignoscant.

In verborum scribendi ratione valde inconstantes nos deprehendes, hoc est, ubique veterum codicum auctoritatem secuti sumus; itaque modo *analogiam*, modo, si est in Florent. vel Havn. Paris. a, *analogian* quod graecis litteris a Varrone (conf. Par. var. lect. ad pag. 457, 545) exaratum videtur; semel *balineum* pag. 130, alias

quod verum censeo, ubique *balneum*, exhibuimus. Magnam difficultatem multitudinis praebet numerus; nam et *eis* et *es* et quod utroque magis frequentatur *is* in libris apparet. Formam *eis* minime usitatam Florentinus codex in his vocabulis habet: *amboneis* pag. 120, *amneis* pag. 44, *aureis* pag. 467, *genteis* pag. 70, *hosteis* pag. 93, *immortaleis* pag. 80, *posterioreis* pag. 281, *laudeis* pag. 351, *mediocreis* pag. 16, *naturaleis* pag. 480, *omneis* pag. 71, 184, 415, 494, *parteis* pag. 31, 61, 62, 119, 186, 390, 476, 511, 547, 555, (hoc verbum igitur omnium saepissime veterem servavit scripturam), *pareis* pag. 489, *plureis* pag. 58, *simileis* pag. 486, *tricliniareis* pag. 489, *umboneis* pag. 120; alii libri in his modo *es*, modo *is* tenent, quae Varronem priscae formae in *eis* non ubique adhaerentem, haud improbasse, ipsius ostendunt verba pag. 490 seqq., (ubi veteres *dentum*, non *dentium* dixisse docemur) et quod pag. 585 tradit; deniquc Plinius auctor est apud Charisium pag. 104, ubi haec:

Fonteis. Quorum nominum genitiuus pluralis ante UM syllabam I litera terminabatur, accusativum inquit Plinius per EIS loquuntur, Montium Monteis, licet VARRO, inquit, exemplis hanc regulam confutare tentarit istiusmodi: Falcium Falces, non Falceis facit, nec has Merceis nec hos Axeis, Lintreis, Ventreis, Stir-

peis, Urbeis *), *Corbeis, Vecteis, Nepteis, et tamen manus dat praemissae regulae ridiculae ut exceptis his nominibus valeat regula.*

in re nobis tam incerta et vix unquam disceptanda, frustra enim aures nostras surdas appellamus, neque paucis illis exceptis, semper *eis* Varronem scripsisse credendum est (conf. pag. 442.); quid aliud quam ut diligenter vetustos codices observet, ab editore optimo cum iure exspectes?

Secundae declinationis nominativus multitudinis quomodo scribendus sit, Varronis locus docet pag. 515

Item negant esse analogias, quod alii dicunt Cupressus, alii Cupressei; item de ficis, platanis et plerisque arboribus, de quibus alii extremum US, alii EI faciunt; id est falsum, nam debent dici E et I.

ita codices, nisi quod libri ad unum omnes *cupressi;* sed seqq. quod primus reposuit Augustinus *cupressei* verum esse declarant, et Varronem *ei*, non *i* scripsisse ostendunt, cuius rei vestigia aperta sunt haec: pag. 419 Flor. *Terentiei*, pag. 444 *hei rei*, *ferei*, quorum non receptorum me poenitet, pag. 457 *hei libri*, pag. 475 *hinulei*, pag.

*) *Urbeis* tamen habet Florent. pag. 145 *et ideo coloniae nostrae omnes in litteris antiquis scribuntur URBEIS, quod item conditae ut Roma* etc. Varro vero ubique *urbes* quod et supra et paulo infra apparet, dixisse videtur.

pag. 573 *Boebiei*, pag. 481, *quoniam IEI non*, conf. pag. 458, Codex B pag 264 *tribuneique;* et fortasse in his si ubique diphthongum reponimus, non fallimur, quamvis et hic aeque atque in illis supra dictis ad rationes nobis ignotas auctor distinguere potuerit. Alia res est in casu ablativo, ubi — *eis* rarissime apparet, in nominibus bis Florent. pag. 419 *Terentieis* et pag. 574 *Boebieis;* tum idem *ieis* pag. 459, et Codex B pag. 204. semel, qui saepius *hieis;* quod nisi fictum vix aliud quam *ieis* esse potest. Antonius vero Augustinus in nominativo praeter *hei* raro diphthongum scripsit, in ablativo autem et dativo, plerumque, non tamen semper, v. c. *multeis, loceis, certeis* et alia qua de re in litteris ad Latinum Latinium (Opp. August. tom. VII. fine) haec legimus: *Hac ratione scribendi plerisque in locis Verrius Flaccus in Fastis est usus, quem nos imitati sumus in editione Varronis libri de lingua latina secutique sumus in plerisque locis exemplum vetus Achillis Maphaei.* Equidem vereor ut nisi locis ex Florent. laudatis, si vetus est codex alibi diphthongum servarit. At Augustinus ex codice B, ut videtur, antiquitatem mentiente, vel simili eiusdem familiae libro etiam in genitivo singulari dedit *appellandei, vocandei* aliaque contra Lucilii, Nigidii et omnium veterum leges qui in multitudinis numero *ei*, in simplici genitivo *i* solum agnoscunt.

Alia certius investigare possumus. Ciceronem et Virgilium *cassum*, non *casum* scripsisse ex Quintiliano discimus, quibus Varronem esse addendum ex Florent. perspicimus qui pag. 421 *de cassu in cassum*, et quod pag. 400 pro *una quae adsignificat casus* Florent. Havn. atque cum mendi signo Par. a, *capus*, nihil est nisi *cafsus;* itaque Varroni ubique ut *caussa, cassus*, non *casus* erit reddendum. Ex eodem est *quom* et quae huic affinia, *quoius, quoi* quae non frequenter in Florent., saepius quem secuti sumus in Havn., leguntur; nunc vero Paris. a ubique fere *quom*, rarissime *cum* praebere relatum invenimus, ut hanc veterem formam Varroni constantem fuisse non amplius sit dubitandum. Haec et alia si codices vetusti addicerent, recepimus; si minus, ne in levioris momenti rebus nova sectari videremur, vulgatam servavimus.

Veterum quaedam testimonia suo loco non laudata, hic addenda sunt. Locum qui pag. 51 legitur ante oculos habuit Servius ad Aen. V, 560 his verbis:

> *Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra Tatium a Lucumonibus, id est Tuscis auxilia postulasse, unde quidam venit cum exercitu, cui recepto iam Tatio pars urbis est data, unde in urbe Tuscus dictus est vicus.*

inde Servium *Tatium regem*, non *Sabinum regem*, vel *latinum* in libris suis invenisse doce-

mur. Quae exstant pag. 125, laudat Charisius pag. 43:

Mensam sine N litera dictam Varro ait quod media poneretur, sed auctores cum N litera protulerunt, Virgilius saepe; sed et Mensam cum N posse dici item Varro ait quod et mensa ἄβρωτα edulia et esculenta ponerentur.

Pag. 195 Macrobius Saturn. I, 4 his allegat verbis:

Feralium diem ait Varro a ferendis in sepulcra epulis dici.

Naevii verba Varroni pag. 387 ex bello Punico laudata, etiam apud Festum, et Paulum pag. 480 leguntur, ubi haec:

PAULUS. *Sardare* [corr. ex Varr. *sarrare*] *intelligere. Naevius: quod bruti nec satis sardare queunt.*

FESTUS. *Sardare* intelligere *significat Naevius* belli Pu*nici* libro *quod* bruti nec satis *sardare queunt* . . .

Corrigenda

in textu.

Pag.	24,	6	scribe	*ad agricolam*, et sic in notis
—	27,	5		*quem demonstrat dicit*
—	43,	3		*quod non habet rimam*
—	48,	1		*hic mons*
—	54,	2		*Exquilinae*
—	71,	1		*omneis*
—	80,	8		*a volatu*
—	128,	7		*deorum*
—	137,	6		*quod manu*
—	143,	4		*muniebat moenia, quo*
—	163,	6	del.	*porta*
—	168,	4	scribe	*ut sagum*
—	195,	4		*februum*
—	307,	1		*adulescentem*
—	316,	1		*locis aliis*
—	346,	5		*sic adsignificat*
—	365,	1		*commota mente quos*
—	431,	2		*bovile non*
—	471,	1		*Sed inductis*
—	485,	1		*muliebris*
—	496,	6		*ut Terentium et Terentiam*
—	522,	4		*minores*
—	554,	9		*rerum quam vocum*
—	583,	3		*Accius haec*

in Notis.

Pag.	7,	10	ab infer.	*agguilla*
—	19,	10	—	*rudentisibibus* (um)
—	22,	8		lectio sensu carere videtur; locum mutato
—	25,	14		*ō terra trita*, Pius.
—	73,	9		*ortus orcus*, Codex B. Vulg.
—	117,	19		*lac.* Havn.
—	123,	19		*trula* Cod. B.
—	142,	6		*quo est*
—	188,	5		*desideratam*
—	204,	12		*hieis* Codex B.
—	232,	3		Edit. princ. vet.
—	281,	12	ab inf.	adde *demunt* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat.
—	311,	4	ab infer.	quas] Sciopp. —
—	316,	9		*epigramatum* Codex B. Ed. princ.
—	616,	14	ab infer.	Cod. Mon. *Manender.*

M. TERENTI VARRONIS

DE

LINGUA LATINA

LIBRI

QUI SUPERSUNT.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD

M. TULLIUM CICERONEM

LIBER QUINTUS.

M. Terenti — quintus] Fidem atque auctoritatem vetustissimi nostri codicis facile vel in limine operis Varroniani agnoveris, qui unus veram eamque a vulgatis prorsus diversam lectionem sive potius librorum distinctionem nobis servavit. Editio princeps et Rholand.:

M. Terentii Varronis. De lingua latina.

Turnebi vetus Codex:

M. Terentii Varronis de lingua Latina, de disciplina originum verborum ad Ciceronem incipit liber primus.

Edd. Venetae I et II.:

Liber primus M. Varronis de lingua latina.

Cod. Havn. Edit. vetust.:

M. T. [*T.* om. Havn.] *Varro de lingua latina.*

Edd. Ald. Bas. Paris. Gryph. Sciopp. Vertr.:

M. Terentii Varronis de lingua latina et [Ald. et Bas. addunt *de*] *verborum origine ad* [*M. Tullium* Vertr. et Sciopp.] *Ciceronem liber quartus.*

Vulgatae Edd.:

M. Terentii Varronis de ling. lat. ad M. Tull. Cicer. liber quartus.

In Florentino vero ita scriptum legitur:

M. Terenti Varronis. De lingua latina. DE Disciplina originum verborum ad Cic. liber IIII explicit, incipit liber quintus.

Et sic deinceps, qui in vulgatis est liber quintus, in nostro sextus, qui nonus, decimus. Indicavit hanc codicis scri-

pturam iam *Petrus Victorius* [1]). Var. Lect. V. 21, ubique Varronis libros ex illius libri fide notare consuetus, quam, quantum equidem scio, praeter *Nicol. Loensem.* miscell. epiphyll. IV, 15, qui ita: *Varro de ling. lat. in quarto, seu quinto, ut alii eos libros numerant*, nemo ne mentione quidem dignam censuit, et videtur vero inepta et verbis Varronis prorsus contraria, qui sic dicit: .... *sex libris exponere institui; de his tris ante hunc feci, quos Septumio misi. in his ad te scribam.* Et in fine libri sexti. *institutis sex libris... tris scripsi P. Septumio... tris tibi, quorum hic est tertius.*

Nullum mihi est dubium quin hoc ipso Varronis testimonio freta editio Aldina, prima, ni fallor, exhibuerit: *liber quartus;* eamque ad unum omnes reliqui secuti; nondum enim in codicibus scriptis haec lectio inventa. Sed falsam esse conjecturam eius qui Ald. editionem curavit, et si illa verissima et Varrone ipso firmata videtur, facillime probabimus; nam refutatur ab omnibus quorum notio ad nos venit, scriptoribus, horum Varronis librorum auctoritate usis.

I. A. GELLIUS, libro X. cap. 21.

Propterea quid M. quoque Varro de ista voce [novissimus] existimaverit, verbis ipsis ex libro de lingua latina ad Ciceronem SEXTO demonstrandum putavi: Quod extremum, inquit, dicebatur etc.

Sed haec in omnibus Varronis libris, non SEXTO, sed QUINTO leguntur libro pag. 67 Bip., excepto nostro Florentino codice. Non tamen reticendum in Aldina Gellii editione re vera legi: *ad Ciceronem QUINTO.* sed haec mera est conjectura Aldi ex Varrone scilicet Aldino hausta. Nam omnes Codd. Gellii, et ille ex Divi Marci bibliotheca, non quidem valde antiquus (vid. Jac. Gronov. praefat. pag. XXXI. Conr.) at ex antiquissimo descriptus (vid. Politiani miscell. cap. XLI) cuius lectiones penes nos sunt, servant *sexto.* et Carrio in Antiq. lect. III, 4. de hac re ita scribit: *Illud autem mihi religio est tacere, utrumque Agellium manuscriptum haec sexto Varronis de Ling. Lat. libro, non quincto, in quo illa leguntur hodie, adscripsisse, quod, quale sit nihil pronuncio.*

II. A. GELLIUS, libro II, cap. 25.

M. quoque Varronis ad Ciceronem de lingua latina liber octavus nullam esse observationem similium docet, inque omnibus pene verbis consuetudinem dominari ostendit.....

1) Ante Victorium Franc. Puccius in notis Mssc. ad Catull. LXI, 138. verba *a cinere cinerarius* (vulg. IV, 29.) tacite ex quinto ad Ciceronem laudat.

Sed idem Varro in aliis libris multa pro analogia tuenda scripsit.

Quae ibi a Gellio ex Varrone laudantur verba, ea cum multis aliis exciderunt; at certum est illa non exstitisse libro qui nunc fertur *octavus*, quemque Gellius affert, sed in illo qui hodie *septimus*, in Codice autem nostro *octavus* numeratur [1]). Nam in hoc Varro contra analogiam disputat, adversarium analogiam esse negantem fingens, quem ipse refellere studet libro sequenti; iam vides quid sit illud Gellii *in aliis libris*, imo in hoc id ipsum refutatur a Varrone, quod *ex libro octavo* protulit Gellius. Ita enim Varro cap. 56. pag. 153 Bip.

Similiter errant, qui dicunt ex utraque parte verba omnia commutare syllabas oportere, ut in his pungo, pungam, pupugi; tundo, tundam, tutudi. Dissimilia enim conferunt etc.

III. PRISCIANUS, sive, ut Barthio placet Adv. I. cap. 15. alius, auctor de ponderibus, tom. II. pag. 393. ed. Krehl.

Varronis quoque auctoritate supradictorum pleraque comprobemus. Varro de Lingua Latina Libro QUINTO. Multa pecuniae signatae etc.

Aelias Vinetus in editione sua ad hunc locum: *In laceris illis et mutilis Marci Varronis reliquiis quae extant liber numeratus quartus, in quo leguntur haec de asse et partibus eius.* Hac Vineti nota motus Putschius *libro quarto* edidit. Veteres quaedam editiones haec verba ignorant; duo vetusti Codd. Monac. *libro quinto* cum aliis servant.

IV. LYDUS, De magistrat. Roman. pag. 116. de tunica et balteo:

φίβουλαν αὐτὴν πατρίως οἱ Ῥωμαῖοι καὶ βάλτεον τὸν ζωστῆρα λέγουσι. Τὴν δὲ ὅλην τοῦ περιζώματος οἱ Γάλλοι καρταμέραν, ἣν τὸ πλῆθος καρτάλαμον ἐξ ἰδιωτείας ὀνομάζει. ὅτι δὲ οὐ ῥωμαϊκὸν τοῦτο τὸ ῥημάτιον, μάρτυς ὁ Ῥωμαῖος ΒΑΡΡΩΝ *ἐν βιβλίῳ* ΠΕΜΠΤΩΙ *περὶ ῥωμαϊκῆς διαλέκτου, ἐν ᾧ διαφθροῦται, ποία μέν τις λέξις ἐστὶν Αἰολική, ποία δὲ Γαλλική, καὶ ὅτι ἑτέρα μὲν ἡ Θούσκων, ἄλλη δὲ Ἑτρούσκων, ὧν συγχυθεισῶν ἡ νῦν κρατοῦσα τῶν Ῥωμαίων ἀπετελέσθη φωνή.*

Egregie iam editor vidit, a Lydo intelligi locum, qui nunc legitur *libro quarto* cap. 24. pag. 33 Bip. valde mendosum: *Lorica a loris, quod de corio crudo pectoralia faciebant; post-*

1) Vertranium qui in notis ad Varronem pag. 326. verba apud Gellium excidisse censet libro vulgo octavo cap. LVI. vulgaris librorum fefellit distinctio.

ea succuderunt Galli e ferro sub id vocabulum ex anulis ferream tunicam.

V. DIOMEDES, libro 1. pag. 371, seq. ed. Putschii.

Salior frequens videtur et tritum ut perfecto tempore salsus, salsa, salsum dicamus. Sed veteres ambiguitatem appellationis vitantes et analogiam sequentes, salitus sum dixerunt a positione sallo, non salio. Ut Varro ad Ciceronem QUINTO. ut servarent, sallere.

Locus exstat in libro *quarto*, non *quinto* vulgatae distinctionis librorum. pag. 32 Bip. cap. 22.

Succidia ab suibus concidendis; nam id pecus primum occidere coeperunt domini, et ut servarent salere.

ita Augustinus ex Diomede puto; codd. et libri omnes *salire.*

VI. CHARISIUS, institut. gramm. lib. I. pag. 56 P.

Pulmentum et Pulmentarium dicitur. Nam Cato originum tertio: Laserpitium pro pulmentario suo habet. In eodem: multo pulmento usi. Sed quidam putant, pulmentum quasi pulumentum melius dici. Varro autem ad Cicer. QUINTO Pulmentum, ait, quod id cum pulte essent et inde pulmentarium dictum.

Sane haec Varronis verba leguntur in Codice nostro, *libro quinto*, sed in ceteris omnibus *quarto*, cap. 22. pag. 31 Bip.

VII. CHARISIUS, libro I. pag. 81.

Bovile vetat dici Varro ad Ciceronem libro OCTAVO, et ipse semper bubile dicit, sed et Cato de abrogandis legibus bovile dixit.

Exstant in vulg. libro *septimo*, cap. 30. pag. 117 Bip.

Primum cum dicatur ut ab ove et a sue, ovile et suile, sic a bove dicitur bubile, non bovile.

His tamen quae firmissima stant duo refragantur loca apud Nonium Marcellum, alter legitur s. v. prolubium. I, 324.

Varro de lingua latina libro QUINTO, prolubiem et prolubidinem dici ab eo, quod lubeat. Unde etiam lucus Veneri Lubentinae dicatur.

Intelligit locum, qui in vulg. legitur libro *quinto*, *sexto* autem in Codice, pag. 63. cap. VI.

Ab lubendo Lubido, Lubidinosus ac Venus Lubentina et Lubitina.

In Nonio *quinto* invenitur in Ald. Basil. Gothofr. Iun. Merc. Sed in editione Veneta anni 1492, item anni 1498 sic exaratum:

Varro in ling. lat. li. IIII.

scrib. lib. VI. Nam ex Aldo fluxit illud *quinto*.
Alter vero locus legitur IV, 384. s. v. protinus.

Varro etiam de lingua latina libro SEXTO vel protinam vel protinus continuatione vel praeteritae vel futurae longitudinis dicit, et tamen quoniam (ut mihi videtur) patet eius adverbii enunciatio varia significantia eius mutata pro locis exemplis testibus designanda est.

Varronis locus, quem Nonius respicit legitur libro *sexto*, pag. 101. cap. VI.

In Lampadione Protinam a protinus continuitatem significans.

Sed ne hic quidem locus valet; nam illa Nonii verba omnino desiderantur in illis Venetis; ceteri autem editores ad Varronis libros correxerunt; quare illi videant, quibus copia est Codicum Nonii, quae nobis deest, an non in illis *libro septimo* appareat.

Testes habes satis locupletes, quibus firmetur codicis nostri lectio. Iam vero ratio quaerenda; et fortasse non inepte cuipiam in mentem veniat primum operis spissi atque ampli librum fuisse indicem omnium viginti quatuor librorum, quod idem in Plinii historia; at hoc invito ipso Plinio factum, qui indicem praefationi subiecit, quo declararet quid quove in libro quaeri invenirique posset, non vero primi libri historiae suae naturalis loco praemisit. Idem fecit Aulus Gellius; nondum enim exstitit qui ex illius viginti libris nobis, indice ut primo libro praemisso, unum et viginti procuderet.

Multum igitur debemus *Prisciano*, qui hac de re meliora nos docet. Ita enim hic loquitur lib. I, cap. VII. 39. pag. 37 Kr. ut vetustissimi exhibent codices:

Et quidam tamen vetustissimi autores Romanorum euphoniae causa bene hoc facientes, ut Agchises, agceps, aggulus, aggens, quod osiendit VARRO in PRIMO[1] *DE ORIGINE LINGUAE LATINAE his verbis: Ut Ion scribit quinta vicesima et littera quam Agma vocant, cuius forma nulla et vox communis est Graecis et Latinis, ut his verbis: Aggulus, aggens, agguissa, iggerunt.*

Jam apparet et satis probatum, primum Varr. operis librum (quod res fere ipsa flagitabat) originem linguae latinae tractasse, tum secutos esse tres ad Septumium et tum demum illos ad Ciceronem, ita ut iure suo, qui vulgo quartus, liber quintus sit inscriptus. Quod si coniecturae locus est, non multum fortasse a veritate abhorrebit, si librum primum ad *Pompeium* scriptum pronunciamus, quod ut putemus maxime

1) vulgo *libro primo*. Prius in Codice Monac. voci *primo* ut glossa suprascriptum et constanti Prisciani mori adversatur.

nos movet locus quidam, qui legitur apud Lydum de magistrat. I. cap. 5. pag. 18.

ὥστε τύραννος ἦν ὁ Ῥωμύλος, πρῶτον μὲν τὸν ἀδελφὸν ἀνελὼν καὶ τὸν μείζονα καὶ πράττων ἀλόγως τὰ προσπίπτοντα. ταύτῃ καὶ Κυρῖνος προσηγορεύθη, οἱονεὶ κύριος, κἂν εἰ Διογενιανῷ τῷ λεξογράφῳ ἄλλως δοκῇ· οὐδὲ γὰρ ἀγνοήσας ὁ Ῥωμύλος ἢ οἱ κατ' αὐτόν, δείκνυται κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὴν Ἑλλάδα φωνήν, τὴν Αἰολίδα λέγω, ὥς φασιν ὅ τε Κάτων ἐν τῷ περὶ ῥωμαϊκῆς ἀρχαιότητος, ΒΑΡΡΩΝ τε ὁ πολυμαθέστατος, ἐν προοιμίοις τῶν πρὸς ΠΟΜΠΗΙΟΝ αὐτῷ γεγραμμένων, Εὐάνδρου καὶ τῶν ἄλλων Ἀρκάδων εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντων ποτὲ καὶ τὴν Αἰολίδα τοῖς βαρβάροις ἐνσπειράντων φωνήν.

Hoc Varro more suo etiam libro quinto, cap. IV. pag. 8 Bip.:

Evander enim qui venit in Palatium e Graecia, Arcas fuit.

Certe si non inanis est conjectura mea, egregie haec habent locum suum, in libro de linguae origine. Sed videant alii. Leve tamen mendum Florentino Codici inhaerere videtur; tres enim libri, qui praecederent, cum ad Septimium essent scripti, ultimum horum: *ad Ciceronem liber quartus explicit* falso notari, negari nequit. Sed maxima operis pars, imo omnes, quantum scimus, reliqui libri unum devinginti ad minimum Ciceronis nomini erant inscripti, quo ut omnes a posterioribus *libri ad Ciceronem* appellarentur, facillime fieri potuit; idque magis erit probabile, si aliud Varronis opus *De Sermone Latino ad M. Marcellum*, in quo eum multa de poematis et metris disputasse fragmenta ostendunt, apud veteres exstitisse meminimus, ita ut *libri ad Marcellum* opus *de sermone latino*, *libri ad Ciceronem* hoc *de lingua latina* significarent. Quare apud Servium si legimus, (ad Virg. Ecl. II, 63. Aen. XII, 139.) *Varro ad Ciceronem tertio*, non qui re vera tertius est liber ad Ciceronem, i. e. septimus; sed totius operis de lingua latina tertium ab eo intelligi puto. Hac de re iam Turnebus aliquid sensisse videtur, qui ad Ciceronis Acad. I, 1. haec scribit: *Horum partes, ut tres primos libros privatim Septimio, aliquos alios Ciceroni, alios Marcello nuncupaverat, opus tamen totum, ut reor, Ciceroni dicarat, quod in multos excreverat libros. Citatur autem a Carisio* (pag. 115, 13.) *Varro ad Ciceronem, lib.* 22.

Terenti.] Hanc scribendi rationem exhibuimus, non quo veram eam esse putemus, sed ne iniuriam faciamus vetusto nostro codici, qui semper *Terenti*, nunquam *Terentii* praestat; accuratius vero ut sententiam nostram declaremus, Varronis ipsius de hac re praeceptum nos movet. Iam ante Bentleium disputavit egregie H. Norisius ad Pisanas tabulas; litteram i non apicari docuit Lipsius de recta pron. ling. lat. cap. 5.

Scaliger ad Varr. pag. 172. Bip. *Videntur etiam tum aetate Varronis duplices non multum in usu fuisse. Itaque quod ille scripserat Eni pro Enii, putarunt enim esse.* Multa nuperus Dawesii editor. Forbigerus in libello de Lucretii carmine, pag. 75. „*Ego hac in re ei adsentiri non possum, quum mihi nondum persuasum sit, regulam illam a scriptoribus Propertio prioribus fere ubivis ita observatam esse, ut, si quo loco aliter scriptum appareat, is statim corrigendus vel spurius censendus sit,*“ et post allatis exemplis, pag. 76. *Altera autem causa, qua motus hos locos non conjecturis sollicitandos esse puto, ipse est seriorum scriptorum ex aevo Augusteo usus. Vix enim intelligitur, quomodo hi scriptores, Propertius inprimis, quem minime novas formas induxisse, imo ad pristinas potius et antiquatas rediisse constat, in illam licentiam incidissent, si ne unus quidem veterum auctorum illa soluta genitivi forma uti sibi indulsisset.*

Haec omnia ex Spohnii accepta doctrina verissime nos docet Forbigerus; quem vero ex Virgilio attulit locum, non est contrarius; loquitur enim Bentleius de nominibus substantivis, non adjectivis, cuius generis plura invenias exempla, quamvis vetusti codices et in his breviorem praestantes formam saepe simplex i servant. Victorius ad II, 1. de R. R.:

Asini Arcadici. In manuscriptis Arcadi. Arcadii ex antiqua scriptura legi posset ut supra Pecuari pro Pecuarii, Statili pro Statilii; nam hoc etiam veteres librarii hic servabant, quod poetae in secundo casu illorum nominum quae geminatam illam litteram haberent, frequenter usurparunt; alterum enim I subtrahebant; ea enim ratione ab optimo poeta Tuguri, Peculi, Patavi, Oti, dictum est. Nam Arcadium etiam ab Arcadia declinari eiusdem poetae versu hoc confirmari potest (Georg. IV. 293. add. Aen. VIII, 573.):

Tempus et Arcadii memoranda inventa magistri.

Conf. Victor. Var. Lect. XVII, 1. idem in Mssc. notis Ciceronis *res mancipi* explicans haec addit: *quam rationem hodie quidam studiosi antiquitatis renovarunt.* Qui illi tunc temporis fuerint, me nescire fateor. Decurtata genitivi forma in quovis fere occurrit scriptore, et quo vetustior est codex, eo frequentius invenitur. Sic in Florentino codice Taciti v. c. Annal. XI, 1. *At Claudius... Crispinum Praetori praefectum misit*, non *praetorii*, XI, 35. *mirum inter haec silentium Claudi: Iulius ignaro propior*, non: *Claudii: Vitellius* et sic saepius. Varronis adhuc aetate usum veterem frequenter dominasse patet ex VIII, 18, de Ling. Lat.:

Dissimile Plautus et Plautius, et commune ut huius, Plauti: et Marci, Plauti.

cui adjungendus Gellii locus III, 3. pag. 270 Conr.:

In eodem libro Varronis id quoque scriptum Plautium fuisse quempiam poetam comoediarum, cuius quoniam fabulae PLAUTI inscriptae forent, acceptas esse quasi Plautinas, cum essent non a Plauto Plautinae, sed a Plautio Plautianae.

Illa superiora Varronis verba ab adversario, analogiam esse qui negaret, non ex auctoris nostri mente, qui eam defenderet, dicta esse tenendum; quem haud scio an ipsa haec analogia alteram ut reduceret formam tum minus usitatam duplici I, commoverit, quae libro IX. de Ling. Lat. inserta cum aliis exciderunt, sed inde fortasse servata a Charisio I, 59 seqq. talia enim aequalibus suis Varro praecepit:

LUCIUS, AEMILIUS et cetera nomina quae ante U habent I, duplici I genitivo singulari finiri debent, ut[1]) *necesse sit adversus observationem nominativo non*[2]) *minorem fieri genitivum; idque VARRO tradens adiecit vocativum quoque*[3]) *singularem talium nominum per duplex I scribi oportere, sed propter differentiam casuum corripi*[4]). *LUCILIUS tamen et per unum I in genitivo scribi posse existimat; ait enim*

servandi numeri et versus faciendi
Nos Caeli, Numeri, numerum et servemus modumque.

Nunquam enim hoc intulisset nisi et Numerium per duplex I huius Numerii faciendum crederet.... PLINIUS quoque dubii sermonis quinto dicit esse quidem rationem per duo I scribendi, sed multa iam consuetudine superari. Varro enim[5]) *opinionem de vocativo*[6]) *casu traditam infirmat, quod hic Pius, huius Pii et vocativo Pii faciat; ideo enim semper vocativus casus eandem scripturam patitur quam genitivus*[7]).

VARRO igitur ut ex hoc apparet loco, primus fuit, qui vulgato tunc usu reiecto alteram formam minime quidem ignotam, sed non aeque frequentatam probaret. Neque desunt similia exempla. Iulius Caesar *Maximus Optimus* etc., et pronuntiavit et scripsit; inde propter tanti viri auctoritatem con-

1) *ut* om. Edit. princ.
2) *non* om. Edit. princ.
3) *tradens adicit quae* Edit. princ.
4) *scribi debere frequentius casum corrupi* Edit. princ.
5) *Varro enim* om. Edit. princ.
6) *genitivo* Edit. princ.
7) *hic pius in vocativo pii faciant, adeo enim non semper vocativus casus eandem naturam patitur quam genitivus* Edit. princ.

suetudo facta, ut huiusmodi verba per I, non per U scriberentur[1]). At non primus erat huius rei auctor. Iam in Duilii Columna Rostr. si fides ei tribuenda scriptum invenitur MAXIMOS. Imperator id quod simili in re et Varro fecit, alteram formam non ab ipso inventam, sed raro usitatam ceteris approbantibus in civitatem recepit.

Itaque minime me offendit Plauti senarius

Eadem latine Mercator Marci Attii,

et quae alia exstant exempla εἰς κενόν mutata. Ad Ciceronem quod attinet, ei scriptura simplici I ubique neque restituenda neque expellenda; in posterioribus libris Varronis praeceptum secutus videtur in hac re ut in alia, cuius mentio apud Charis. pag. 114.

Poematorum in secundo et in tertio idem VARRO assidue dicit his Poematis; tanquam nominativo hoc Poematum sit, non Poema. Nam et ad Ciceronem UNDECIMO horum Poematorum et his Poematis oportere dici ait. Itaque CICERO pro Gallio Poematorum et in Oratore Poematis dixit[2]).

Nos vero si membranae vetustae addicunt, breviorem formam exhibemus; si minus, vulgatam retinemus. Simplex I vel in multitudinis numero scriptum in vetust. Bembi codice Terent. Eun. II, 2, 25.

Concurrunt laeti mi obviam cuppediari omnes
Cetari, lani, coqui

et in nostro Florent. de Ling. Lat. VI, 2. *Luci*, VII, 5. *Cicuri* ubi alii *Cicurii*, alii *Cicurini*, ut non injuria Victorius errorem veterum librariorum nominaverit.

1) Quintil. instit. orat. I, 7. pag. 90. Burm. Recentiores Caligulam falso intelligunt, quorum errorem notavit Schneider Gram. Lat. I, 19. cf. Isidorus I, 37, 839. Vertran. ad Varron. pag. 221. In Velii loco a Schneidero laudato *ut iam in ambiguitatem cadat utrum per I quaedam habeant dici an per U,* lege: *haveant.*

2) mirum *Poematibus* a Varrone damnatum semel apparere in Cod. Florent. et Havn. VII, 3. ceteris omnibus *Poematis* servantibus.

pag. 3 Bip. 1. Quemadmodum vocabula essent imposita rebus in Lingua Latina, sex libris exponere institui. De his tris ante hunc feci, quos Septumio misi: in quibus est de disciplina quam vocant ἐτυμολογικήν. Quae contra eam dicerentur, volumine primo: quae pro ea, secundo: quae de ea, tertio. In his ad te scribam, a quibus rebus vocabula imposita sint in Lingua Latina, et ea quae sunt in consue-

pag. (5) Steph.

Quemadmodum vocabula — Latina] haec omnia desunt in Codice B.
libris] *libreis* Vulgat.
de his] *de heis* Vulgat.
tris] Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Vertran. — *treis* Cod. B. Havn. Ald. Par. Gryph. Vulg. Sciopp.
Septumio] Florent. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. — *Septimio* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Vulgat. Sciopp. — *septimo* Cod. Havn.
ἐτυμολογικὴν] *etymologicen* Florent. Venet. I. — *ethimologicen* Edit. princ. vetust. — ετυμολοHKHN Rholand — ἐτυμλογηκην Venet. II.
contra eam] *contra ea* Florent. Codd. B. et Havn. Edit. princ. vetust.
dicerentur] *diceretur* Venet. I.
in his] *in hieis* Cod. B. — *in heis* Vulgat.
sunt] Havn. omittit

tudine apud poetas, quom unius cuiusque verbi naturae sint duae, a qua re et in qua re vocabulum sit impositum: itaque a qua re sit Pertinacia quom quaeritur, ostenditur esse a pertendendo; in qua re sit impositum, dicitur quom demonstratur, in quo non debet pertendi et pertendit, Pertinaciam esse: quod in quo oporteat manere, si in eo perstet, Perseverantia sit. Priorem illam partem, ubi, cur et unde sint verba, scrutantur, Graeci vocant ἐτυμολογίαν; illam alteram περὶ σημαινομένων· de quibus duabus rebus in his libris promiscue dicam,

apud] *aput* Cod. B.
cum] *cui* Edit. princ. vetust. — *quom* Vulg. Havn.
verbi] *urbi* Havn.
cum quaeritur] *quom quaeritur* Havn. — *quum quaeritur* Paris. — *cum sequitur* Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. — cf. v. l. VIII, 17. IX, 36.
a pertendendo] *a pertendo* Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Victor. var. lect. XVI, 21. Turneb.
sit impositum] *impositum sit* Havn.
cum demonstratur] *quom demonstratur* Havn.
pertendit] *pertenditur* Vertran. ex conj. Scaliger. Sciopp.
pertinaciam] *pertinatiam* Edit. princ. vetust. Rholand.
manere] *monere* Edit. vetust.
perstet] *perstetur* Sciopp.
perseverantia] *pertinatia* Edit. princ. vetust.
partem ubi] *partem quae* Sciopp.
sint verba] *sint illa verba* Edit. princ.
scrutantur] *scrutatur* Aldus, et sic Varro veterum more apud Priscian. libro VIII, 4. pag. 372. *ab amicis hortaretur*, item *imitare* apud Nonium XVII, 46. et infra VI, 6. *recordare* — *scrutamur* Turnebi Codex — cf. Gataker ad Anton. VII, 4. pag. 208.
ἐτυμολογίαν] *etymologian* Florent. — *ethimologian* Edit. princ. vetust.
περὶ σημαινομένων] Victorius Var. Lect. XVI, 22. ex Florent. ΠΕΡϹ ϧΜΛΙΝΟΜΕΝΟΝ Turnebus. Vulg. Sciopp. — *synthesin* Codex B. — ἀναλογίαν Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vertran. — *partem* Havn. — om. Edit. princ. vetust.
his libris] *hieis libreis* Codex B. — *heis libreis* Vulgat.

4 sed exilius de posteriore; quae ideo sunt obscuriora, quod neque omnis impositio verborum extat, quod vetustas quasdam delevit: nec quae extat sine mendo omnis imposita: nec quae recte est imposita, cuncta manet; multa enim verba literis commutatis sunt interpolata, neque omnis origo est nostrae linguae e verna-
(6) culis verbis, et multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant, ut Hostis; nam tum eo verbo dicebant peregrinum qui suis legibus uteretur: nunc dicunt eum, quem tum dicebant Perduellem. In quo genere verborum aut casu erit illustrius, unde videri possit origo, inde repetam. Ita fieri oportere apparet, quod

exilius] *ex illius* Havn. — *ex illis* Edit. princ.

obscuriora] Florent. Havn. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. — *obscura* Codex B. Edit. princ. vetust. Vulg. Sciopp. cf. v. l. V, 36.

extat] *exstat* Bipont. sic semper.

quasdam] *quosdam* Venet. I. II. — *quaedam* Augustin. in marg. ex conj.

sine mendo omnis] *sine modo omnis* Edit. princ. vetust. — *omnis sine menda* Codex B.

imposita] *posita* Havn.

cuncta manet] *cuncta manent* Edit. princ. vetust. — *certa manet* Augustin. in marg. ex conject.

litteris] *literis* Florent. Cod. B. Ald. Bas. Par. Gryph. — *littereis* Vulgat.

commutatis] *comitatis* Havn. — *commutateis* Vulgat.

interpolata] Florent. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *interpellata* Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

vernaculis verbis] *vernaculeis verbeis* Vulgat. et infra *sueis*.

nunc dicunt] *nunc autem* Ald. Bas. Par. Gryph.

verborum aut casu] Florent. Codex B. Havn. Rholand. Ald. Bas. — *verborum tua causa* Edit. princ. vetust. — *verborum ut casu* Venet. I. II. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. — *verbum quo casu* Sciopp.

ita fieri oportere apparet] om. Sciopp.

recto casu quem dicimus Impos obscurius est esse a potentia, quam quom dicimus Impotem; et eo obscurius fit, si dicas Pos, quam Impos; videtur enim pos significare potius pontem, quam potentem. Vetustas pauca non depravat, multa tollit. Quem puerum vidisti formosum, hunc vides deformem in senecta. Tertium seculum non videt eum hominem, quem vidit primum. Quare illa quae iam maioribus nostris ade-

casu quem] Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *casu quae* Havn. — *casu cum* Cod. B. — *casu quom* Vulg. Vertr. Sciopp.

impos] *in eos* Havn.

esse] om. Ald. Bas. Par. Gryph.

quam] *qua* Havn. Venet. I. II. Ald. Bas.

cum dicimus] *quum dicimus* Paris. Gothofred. — *quom dicimus* Havn. Vulg.

impotem] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *impotentem* libri omnes.

obscurius fit] *obscurius sit* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.

pos quam] Codex B. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *postquam* caeteri.

pos] *potis* Havn.

potius pontem] Florent. Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *potius potestatem* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II.

pauca non] Florent. Cod. B. Havn. (hic: *pacua non*) Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. Turneb. et Augustinus, qui in marg. *non pauca;* quod ipsum in textu Stephani ex August. editione impresso Scaligeri ut videtur manu exstat, codicum lectione in marginem reiecta. — *non pauca* cum Stephano Sciopp.

depravat] *deparvat* Havn. — *de pravat* Edit. princ.

hunc vides] *nunc vides* Vulgat. et in marg. Vertran.

seculum] *saeculum* Venet. I. II.

iam maioribus] *iam a maioribus* Havn. Sciopp.

nostris] *nostreis* Vulgat.

mit oblivio fugitiva, secuta sedulitas Muti et Bruti retrahere nequit. Non si non potuero indagare, eo ero tardior; sed velocior ideo, si quivero; non mediocreis enim tenebrae in silva, ubi haec captanda; neque eo quo pervenire volumus, semitae tritae; neque non in tramitibus quaedam obiecta, quae euntem retinere possent. Quorum verborum novorum et veterum discor-
5 dia omnis in consuetudine communi. Quot modis literarum commutatio sit facta qui animadverterit, faci-

fugitiva, secuta] Florent. Havn. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. — *fugit secuta* Cod. B. — *fugiat secuta* Edit. princ. vetust. — *fugitiva si* Turneb. — *ut fugitiva secuta* Sciopp.
sedulitas] *sodalitas* Edit. princ. vetust.
Muti] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. — *Mutii* Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. — *Mucii* Cod. B. Vulg. Sciopp.
et Bruti] *Barbuti* Havn. a pr. manu, in quo fort. *ac Bruti.*
retrahere] *et retrahere* Cod. B. Edit. princ. vetust.
nequit] *nequiit* Sciopp.
si non potuero] *si potuero* Turnebi Cod.
si quivero] *si quaero* Turnebi Cod.
mediocreis] Florent. Vulgat. — *mediocres* ceteri.
in tramitibus] *intrantibus* Turnebi Cod.
objecta] *oblecta* Cod. B.
euntem] *eundem* Gryph.
possent] *possint* Augustin. in Emendat. et ita Scioppius edidit, in cuius editione, iam verba *sed non*, *si non* — *quivero* supra omissa hic sequuntur.
quorum verborum] Florent. Havn. Cod. B. Turnebi liber, Edit. princ. vetust. — *quoniam verborum* Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
omnis] om. Edit. princ. vetust.
communi] Cod. B. Havn. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *omni* Edit. princ. vetust. — om. Florent.
modis] *modeis* Vulgat.
literarum] plurimi cum Florent. — *litterarum* Edit. princ. vet. Venet. I. Vulg.
communtatio] *conmutatio* Florent. Edit. princ. vetust. — *coniunctio* Codex B.
animadverterit] *animadvertit* Havn.

lius se scrutari origines patietur verborum: reperiet enim esse commutata, ut in superioribus libris ostendi, maxime propter bis quaternas causas. Literarum enim fit demptione aut additione, et propter earum adtractionem aut commutationem, item syllabarum productione: quae quoniam in superioribus libris [qui] quoius modi essent, exemplis satis demonstravi, hic commo-

facilius se scrutari] Florent. — *facilius scrutari* Havn. — *scrutari facilius* ceteri.
commutata] *conmutata* Edit. princ.
ut] om. Venet. I. II.
libris] *libreis* Cod. B. Vulgat.
bis quaternas] *quaternas* Augustin. in marg. ex libris. — *has quaternas* Vertran. — *has quatuor* quidam Augustini libri. — *bis ternas* Sciopp.
demptione] Florent. Cod. B. Havn. Vertr. Sciopp. — *ademptione* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *demtione* Vulg.
adtractionem] Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *tractationem* Codex Turnebi et Havn. — *arctationem* Cod. B. Vulgat. Vertran.
syllabarum] *earum* Vertran.
productione] Florent. Havn. Sciopp. — *productionem* ceteri. — *aut additione aut commutatione praeterea syllabarum artatione aut commutatione, item earum productione* Sciopp. — Locus duorum verborum transpositione sanandus; inest enim commutationi notio generalis, cuius diversae ac variae sunt species, ut demptio, additio etc. quare ita legendum videtur: *Literarum enim fit demptione aut additione et propter earum adtractionem et productionem; item syllabarum commutatione.*
in superioribus] *in* om. Havn.
libris] *libreis* Codex B. Vulgat.
cuiusmodi] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *qui quoiusmodi* Havn. — *qui cuiusmodi* Florent. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph., unde Victorius: *cuicuimodi* emendat. cf. Muret. ad Catull. pag. 773. Bosius ad Attic. XII, 18, Pearce ad III, 24, 94 de Oratore. Davis. ad legg. II, 5. — Fort. *qui*, deleto *cuiusmodi.*
exemplis] *exempleis* Vulgat.
hic] *heic* Cod. B. Vulg. — *hinc* Bas. Par. Gryph.

nendum esse modo putavi. Nunc singulorum verborum origines expediam; quorum quatuor explanandi gradus. Primus in quo etiam populus venit: quis enim non videt unde Aurifodinae et Viocurus? Secundus quo grammatica escendit, antiqua quae ostendit, quem-

commonendum] Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *admonendum* Havn. Augustini libri, Sciopp. — *commorandum* Codex B. Vulgat. — *commemorandum* Vertran.

modo putavi] Florent. Havn. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *modo non putavi* Cod. B. Ed. princ. vetust. Vulgat. Vertr. et omisso *modo* Sciopp.

expediam] *expendam* Augustin. in marg. ex libris.

quatuor] *quattuor* Venet. II. Vulg. Sciopp, sic fere ubique.

explanandi] Florent. — *exemplandi* Havn. — *explicandei* Codex B. — *explicandi* ceteri.

primus] *infimus* Havn.

in quo] *quo* unus Sciopp.

etiam populus] *populus etiam* Vulgat. Vertran. Sciopp.

non videt] *non* om. Edit. princ.

Aurifodinae] Florent. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. — *aerifodinae* Codex B. Vulgat. — *undaretofodinae* Havn. etiam Turnebi codex *aretofodinae*, ex quo *cretifodinae* correxit; idem et Scaliger ad I, 2 de Re R. receptumque a Scioppio.

et] Florent. Cod. B. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *etiam* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

Viocurus] Florent. Turnebi cod. Havn. Vertran. Sciopp. — *unoculus* Augustin. in marg ex coniectura. — *viocurrus* ceteri libri omnes. — cf. Turneb. ad Cicer. Legg. III, 4. pag. 710 Cr. et infra V, 32. ubi iterum in Codd. *viocurus* legitur. Brisson. sel. Antiqq. IV, 12. Henninius ad Bergieri librum de viis I, 3, 10. et IV, 43, 1. pag. 781. Graev. item glossar. Isidori pag. 34. Gothofr. In glossar. latino graeco pag. 323. v. 29. ubi legitur *Iecorus* ἀστυνόμος Vulcanius sagaciter *viocurus* restituit.

Secundus quo] Florent. Havn. Cod. B. Vulgat. — *secundus a quo* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. — *secundus gradus quo* Sciopp.

escendit] Sciopp. — *descendit* libri omnes. cf. Victor. ad III, 16 de Re R. Broukhus. ad Propert. III, 3, 67.

admodum quodque poeta finxerit verbum, quod confin (7)
xerit, quod declinarit. Hic PACUVI

rudentum sibilus,

hic

incurvicervicum pecus,

poeta finxerit verbum quod] Florent. Havn. Cod. B. et Turnebi, Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. — *poeta verbum* ex Bentini correctione Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp.

quod declinarit] *quod declinaret* Havn — *quomodo declinarit* Sciopp. — utrumque *quod*, nisi *quodque* corrigis, delendum exemplis, quae sequuntur, flagitantibus, et sic legendum: *quemadmodum quodque poeta finxerit verbum, confinxerit, declinarit.*

Hic] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. — *ut hic* Cod. B. — *hinc* Bentinus ex Criniti commentariis, Paris Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

Pacuvi] ex vestigiis Havn. et Rholand., qui *pacui* exhibent. — *parvi* Florent. (ut videtur) Edit princ. vetust. Venet. I. II. Ald. Bas. — *Pacuvius* ex Crinito Bentinus, Paris. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.

rudentum sibilus] Florent. Cod. B. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. — *rudentisibilus* ex Criniti coniectura Bentinus, Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — In Pacuvii versu apud Cicer. Epp. Famil. VIII, 2. *strepitus, fremitus, clamor tonitruum et rudentum sibilus.* Lambinus ex Criniti scilicet Varrone *rudentisibilus* corrigit; idem et Gothofr. ad Varronis locum. Sed et in Ciceronis libris firma stat illa lectio, nisi quis ingenio abutatur, dicens quod Codex Dresd. II. praestat *rudentium* natum esse ex hac duplici scriptura: *rudentium sibilus.* Tertius accedat auctor Servius ad Aen. I, 87. qui ex *Pacuvio* in *Teucro* laudat: *armamentum stridor et RUDENTUM SIBILUS.*

hic] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. — *et hic* Cod. B. — *hinc* ceteri ut supra.

incurvicervicum] Cod. B. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *incervicervicum* Florent. — *in cervica ruicum* Havn. — *incerviceviretum* Edit. princ. vetust. — *in cervice ruitum* Rholand. Venet. I. II.

hic

clamyde clupeat brachium.

Tertius gradus, quo philosophia escendens pervenit, atque ea quae in consuetudine communi essent, aperire coepit, ut a quo dictum esset Oppidum, Vicus, Via. Quartus, ubi est aditus et initia regis: quo si non perveniam, scientiam ad opinionem aucupabor, quod etiam in salute nostra nonnunquam facit cum aegrotamus medicus. Quod si summum gradum non attigero, tamen secundum praeteribo; quod non solum ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleanthis lu-

hic] eadem quae supra varietas.

clamyde clupeat] *clamydeclupeta* Edit. princ. vetust. — *chlamyde* vel *chlamide* alii, alii *clypeat.*

gradus quo] *gradus que* Edit. vetust.

philosophia escendens] Sciopp. — *philosophie ascendens* Edit. princ. vetust. — *philosophia descendens* Augustin. in marg. ex libris, a Vertranio receptum. — *philosophia ascendens* ceteri omnes. In Terentii quoque Adelph. IV, 5, 69 *navem escendit* pro vulgato *ascendit* legendum; illud enim clare scriptum in Bembino codice, a Faerno nescio quo modo neglectum.

aperire] *apporriri* Havn. — *aperiri* Gryph.

oppidum] *opidum* Edit. princ. vetust.

aditus] *additus* Ald. — *adytum* Sciopp.

et initia regis] *ad initia rei* Augustin. in Emendat. Sciopp. in contextu. — *et initia rerum* Vertran. — *et initia vocis γρ. quidam coniectura* Victor. in Ald. — *et initia regiae* nescio unde Gothofr. affert.

scientiam] *sententiam* Cod. B. — *sientiam* Edit. princ. — *scientiae at opinionem* Sciopp.

in salute nostra nonnunquam] Florent. Havn. — *nonnunquam in salute nostra* ceteri.

facit] *fecit* Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.

tamen secundum] *tantum secundum* Havn.

praeteribo] Florent. Edit. princ. vet. Vertr. Sciopp. — *non praeteribo* Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg.

Cleanthis] *Cleantis* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

cubravi. Volui praeterire eos, qui poetarum modo verba, ut sint ficta, expediunt; non enim videbatur consentaneum, quaerere me in eo verbo quod finxisset Ennius causam: neglegere quod ante rex Latinus finxisset, quom poeticis multis verbis magis delecter quam utar, antiquis magis utar quam delecter. An non po- 6
tius mea verba illa quae haereditate a Romulo rege venerunt, quam quae a poeta Livio relicta? Igitur quoniam in haec sunt tripartita verba, quae sunt aut

lucubravi] *lucubram* Venet. I, inde Erasmus, ut puto, *lucubrem* Adag. I, 7, 72.
volui] Florent. Havn. Turnebi Cod. — *nolui* ceteri.
modo] *more* Havn. *modo* suprascripto.
ut sint ficta] Cod. B. Havn. Vulgat. Sciopp. — *ut significant* Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran.
expediunt] *expendunt* nescio unde Gothofr. in notis.
videbatur] *videbam* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.
quaerere] Havn. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *quare* Florent. — omitt. ceteri.
in eo verbo] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *eo in verbo* Cod. B. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
finxisset] *finisset* Havn.
causam] *caussam* Vulg. Vertr. Sciopp., et sic ubique.
neglegere] Florent. Vulg. — *negligere* ceteri.
cum] *quom* Havn.
poeticis multis verbis] *multis* om. Cod. B. — *poeticeis multeis verbeis* Vulgat.
antiquis] *antiqueis* Cod. B. Vulgat. — *antiquius* Venet. I.
magis] *et magis* Ald. Bas. Paris. Gryph.
quam delecter] *quam dilecter* Edit. princ. vetust. — *quam delectar* Venet. I.
rege] om. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
quam quae] *quamquam* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
Livio] *Libio* Havn.
in haec] Flor. Cod. B. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *haec* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

nostra aut aliena aut oblivia: de nostris dicam cur sint, de alienis unde sint, de obliviis relinquam, quorum partim quo ita invenerim ita opiner scribam. In hoc libro dicam de vocabulis locorum et quae in his sunt; in secundo de temporum et quae in his fiunt; in tertio de utraque re a poetis comprehensa.

Pythagoras Samius ait omnium rerum initia esse bina, ut finitum et infinitum, bonum et malum, vitam et mortem, diem et noctem. Quare item duo, status et motus; quod stat aut agitatur, corpus: ubi agitatur, locus: dum agitatur, tempus: quod est in agitatu, actio. Quadripartitio magis sic apparebit: corpus est ut cursor: locus stadium, qua currit: tempus hora, qua

aut nostra] *aut a natura* Edit. princ. vetust.
aut oblivia] *aut ob oblivia* Edit. princ. vetust.
sint, de alienis, unde sint, de obliviis] om. Cod. Havn. — *oblivieis* Vulg.
relinquam] *quam* Havn.
partim] Florent. — *partem* ceteri.
quo ita invenerim ita opiner] Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust., item Havn., qui *opinor* praebet; illa lectio mutato *quo* in *quod* planum censet Turneb. — *cum ita invenerim ut opiner* Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. et fort. altero *ita* retento, *ut ita opiner* verum est. — *cum ita invenerim ut opinor* Vulgat. Vertran. — *quom certum non invenerim ut opinor* Sciopp. — *cum ita evenerit ut opinor* Gothofr. vult.
vocabulis] *vocabuleis* Vulg. et postea *heis.. poeteis.*
Pythagoras] *Pithagoras* Edit. princ. vetust. Venet. II.
ait] *aut* Havn.
initia] *principia* August. in Emend. affert.
duo] *due* Edit. princ. vetust.
aut agitatur] Florent. Havn. Cod. B. Vulgat. — *aut agitur* ceteri.
ubi agitatur] *vagitatur* Havn.
quadripartitio] *quadripartio* Edit. princ. vetust. Rhol.
magis sic] *sic magis* Havn.
stadium qua] Florent. Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg.

currit: actio cursio. Quare fit, ut ideo fere omnia sint quadripartita et ea aeterna, quod neque unquam tempus, quin fuerit motus; eius enim intervallum tem- (8)
pus; neque motus, ubi non locus et corpus; quod alterum est quod movetur, alterum ubi; neque ubi is agitatus, non actio ibi. Igitur initiorum quadrigae locus et corpus, tempus et actio. Quare quod quattuor genera prima rerum, totidem verborum; horum enim

Vertr. — *stadium quo* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *qua currit* Sciopp. bis omittit.

ut ideo fere omnia] Florent. Havn. Augustin. in Emend. — *ut ideo omnia fere* Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *ut omnia fere* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Vulg.

quadripartita] *quadriparta* Edit. princ. vetust.

et ea aeterna] *et coaeterna* Sciopp. — *et eam aeterna* Gryph.

quin fuerit] *quin fuerint* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

eius enim intervallum] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *eius animi int.* Florent. Cod. B. Edit. princ. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *eius annui int.* Turnebi Cod. — *cuius ãi int.* Havn. — *eius perenni int.* Edit. vetust. — Fort. *eius ac mundi intervallum* cl. VI, 2. *animum* et *enim* confusum putat Vict. ad Cic. XVI, 12. Attic. In libri II, epist. 6. *Theopompino genere* corrige in *Theopompi n. genere* i. e. *enim.*

ubi is agitatus] Florent. — *ubi his agitatus* Edit. princ. vetust. — *is agitatus* Havn. Rhol. Venet I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ubi sit agitatus* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

locus et corpus] *corpus et actio* Sciopp.

tempus] om. Venet. I. II. Ald.

quod quattuor] Florent Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Sciopp. August. in Emend. — *quatuor* omisso *quod* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Vulg.

prima] om. Cod. B.

verborum] *verborum est* Ald. Bas. Paris. Gryph.

de quis... locis et his rebus quae in his videntur, in
7 hoc libro summatim ponam. Sed qua cognatio eius
erit verbi quae radices egerit extra fines suas, persequemur: saepe enim ad limitem arboris radices sub vicini prodiere segetem. Quare non cum de locis dicam, si ab agro ad agrosum hominem ad agricolam pervenero, aberraro. Multa societas verborum, nec vinalia sine vino expediri, nec curia calabra sine calatione potest aperiri.

2. Incipiam de locis sub ipsius loci origine. Lo-

horum enim de quis locis] Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *enim horum de quis locis* Havn. et (nisi quod *quibus* legitur) Turnebi Codex, unde Turnebus ipse *minimum horum* coniicit. — *horum enim de queis locis* Codex B. — *horum enim de his locis* Ald. Bas. Par. Gryph. — *horum enim. De heis loceis* Vulgat. verbis *horum enim* uncis inclusis, et in marg. *harum* ex libris. — *nunc de locis* Sciopp. — Lacunae signa, cum ante voc. *locis* quaedam excidisse videantur, a nobis addita.
in his] *in iis* Havn. — *in heis* Vulgat., ita et supra.
sed qua cognatio eius — persequemur] Florent. Havn. — omnia om. in Edit. princ. vetust. — *sed quae cognatio* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *si quae cogn.* Augustin. in marg. ex coni. — *sed si quae cogni.* Vertran. — *sed quia cogn.* Cod. B. — Fort. *sed qua* [*quae*] *cognatione vis erit verbi.*
verbi] om. Sciopp.
quae radices] *quod radices* August. in marg. ex coni. Vertran.
suas] *suos* Cod. B. August. in marg.
prodiere] Florent. — *prodierunt* ceteri.
segetem] *segetes* Vulg. Vertr. Sciopp. — cf. V, 10.
locis] *loceis* Vulg. ita et post.
agrosum] *agrosium* Florent. Havn.
ac agricolum] Florent. Havn. — *et agricolam* ceteri.
societas] *sotietas* Edit. princ. et supra cum vetust. *agriculam.*
curia calabra] *calabria* Cod. B. — *calabra curia* Sciopp.
aperiri] *apperiri* Edit. vetust.

Cap. II.

sub ipsius] *ab ipsius* Sciopp.

cus est, ubi locatum quid esse potest, ut nunc dicunt, conlocatum; veteres id dicere solitos, apparet; apud PLAUTUM:

Filiam habeo grandem cassa dote atque inlocabili,
Neque eam queo locare quoiquam.

apud ENNIUM:

O Terra Treca, ubi Liberi fanum in civium
Moero locavi.

Ubi quidquam consistit, locus; ab eo praeco dici-

locatum quid] Florent. Havn. — *quid locatum* ceteri. — *quid conlocatum esse potest, ut nunc dicunt: Locatum veteres* Sciopp.
conlocatum] Florent. Havn. Cod. B. Vulg. Sciopp. — *collocatum* ceteri
apud] *apat* Cod. B. — Plaut. Aulul. II, 2, 14.
cassa dote atque inlocabili] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. — *cassam dote atque illocabilem* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. ex Plauti, ut videtur, libris.
cuiquam] *quoiquam* Havn.
o terra treca] Florent. Havn. Ian. Guielmus Verisim. I, 19. — *o terra terta* Cod. B. — *o terra trita* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *o terra trita* Pius. — *o terra terrea*, *o terra graeca* Augustin. in Emend. utrumque ex libris; posterius Vertr. dedit. — *o terra theba* vel *attica* V. Cod. Columnae ad Ennii fragg. pag. 307. H. posterius a Scioppio receptum.
in civium moero] *in civium muro* Florent. — *in civium maro* Havn. — *in cuius vero* Ald. — *in cuius muro* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Bas. Par. Gryph. Vulg. Sciopp. — *intumum* Augustin. in marg. ex libris. — *intimum* Cod. B. Vertran. — *inclutum* Guielm. l. cit. cf Vossius ad Ennium. — Hunc loc. Victor. in schedis cum alio apud Quintil. VIII, 6. pag. 732. B. componit; *ferro an fato virtus Argivum occidit*, ubi eius vetus codex *moerus* praestat; cf. Mureti Var. Lect. XIX, 2.
quidque] Florent. — *quiquam* Edit. princ. vetust. Rholand. — *quiquam constitit* Havn. — *quidquam* ceteri praeter Sciopp. qui *ubi quidquam consistit locus* omisit.
praeco] *preco* Florent. — om. Edit. princ. vetust.
dicitur] *dicit* Cod. B. Edit. princ. vetust.

tur Locare, quod usque id emit, quoad in aliquo consistit pretium. inde Locarium quod datur in stabulo, et taberna, ubi consistant. Sic Loci muliebres, ubi nascendi initia consistunt.

3. Loca naturae secundum antiquam divisionem prima duo, caelum et terra; deinde particulatim utriusque multa. Caeli dicuntur loca supera et ea deorum: terrae loca infera et ea hominum. Ut Asia, sic cae-

quod usque idem it] Turneb. ex coni. Scaliger. — *quod usque id emit* Florent. Havn. Augustin. in marg. — *quoadusque id emit* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quoad usque id emitur* Vulgat. Vertran. — *quoadusque quod emitur in aliquo consistat.* Sciopp. — Est haec Fulv. Ursini emendatio, qui in notis ad Augustini Legg. et Senat. Cons pag 363. A. Graev. haec dicit: *Vectigalia quando dicantur consistere, ex loco quodam Varronis intelligitur in libro primo de L. L. qui cum in vulgatis edd. non satis emendatus sit, a nobis ita proferetur, ut legi debet: Ab eo praeco dicitur locare, quoadusque, quod emitur, in aliquo consistat. Vox pretium puto glossema esse, quod irrepsit in seriem in editis libris.* — cf. Festus s. v. *abemere.*

quoad in aliquo] *quid in aliquo* Cod. B. — *quod in aliquo* Edit. princ. vet.

pretium] *precium* Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

inde locarium] *inlocarium* Florent. — *in locarium* Havn.

in stabulo] *instabulo* Edit. princ.

ubi consistant] om. Cod. B. — *ubi consistitur* Sciopp.

sic loci — consistunt] om. Edit. princ. vetust. Rholand.

Cap. III.

Loca naturae secundum] Cod. B. Sciopp. — *loca natura sec.* Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Vulgat. — *loca nam sec.* Edit. princ. vetust. — *loca secundum* Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran.

prima] *principia* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. II. — *principio* Venet. I. — *duo prima* Cod. B.

et terra] *terra* Havn. — *et terram* Rhol.

sic caelum] om. Cod. B. Sciopp. — *sic terra* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran.

lum dicitur modis duobus; nam et Asia, quae non Europa, in qua etiam Syria; et Asia dicitur prioris pars Asiae, in qua est Ionia [ac] provincia nostra: sic caelum [dicitur duobus modis] et pars eius summum, ubi stellae; et id quod PACUVIUS dicit quem demonstrat:

Hoc vide circum supraque, quod complexu continet
Terram

quoi subiungit

id quod nostri caelum memorant.

A qua bipartita divisione LUCRETIUS suorum (9) unius et viginti librorum initium fecit hoc:

dicitur modis duobus] om. Cod. B. — *duobus modis dicitur* Havn. — *dic. modis duobus terra* Edit. princ. vetust. — *modeis* Vulg. — Fort. *ut Asia terra.*
nam et Asia] *nam ut Asia* Turnebi cod,
Europa, in qua] *Europa in quo* Florent.
etiam Syria] *est Syria* Vulg. Sciopp.
et Asia] om. Ald. Bas. Par. Gryph.
ac provincia] Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. — *et provincia* Cod. B. Vulg. Sciopp. — *provincia* Havn.
nostra] Florent. Havn. — *nostra Cicilia* Edit. princ. vet. — *nostra Cilicia* ceteri. — *in qua est Syria et provincia nostra Cilicia, et Asia dic. pr. p. A. in q. Ionia* Sciopp. cf. Turn. Adv. XX, 29. — In Cicer. epist. ad Claud. III, 7 pro *ex Cilicia* ex vet. quodam codice reponendum *ex Asia*.
dicitur duobus modis] om. Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *dicitur duobus modis ut terra* Cod. B.
pars] om. Sciopp.
cum demonstrat] Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *quom demonstravit* Havn. — *demonstrat cum dicit.* Ald. Bas. Par. Gryph Vulg. Vertr. Sciopp.
cui subiungit] *quoi subj.* Havn.
id quod] *id quo* Ald.
caelum] *cavum caelum* Augustin. in marg. ex libris. Vertran.
bipartita] *biparta* Edit. princ. vetust.
Lucretius] *Lucilius* Scaliger ad Fest. pag. 319 s. v. oufentinae. Popma. Osann. Anal. p. 174.
unius et viginti] *unum et viginti* Florent.

Aetheris et terrae genitabile quaerere tempus.

8 Caelum dictum scribit AELIUS quod est caelatum: aut a contrario nomine caelatum, quod apertum est. non male, quod posterior multo potius a caelo, quam caelum a caelando; sed non minus illud alterum de caelando potuit dici, quod interdiu caelatur, quam quod noctu non caelatur. Omnino eo magis puto a chao cavum et hinc caelum, quoniam ut dixi *Hoc circum supraque, quod complexu continet terram,* cavum, caelum. Itaque dicit Andromeda nocti:

Aelius] *Elius* plurimi. — *Aelius Gallus* Cod. B. Vulgat. Sciopp.

est caelatum] *est coelatum* Florent. alii *e* simplici.

aut a contrario] *aut contrario* Florent. Havn. — leg. *aut contrario a.*

nomine caelatum] *caelatum* om. Cod. B. Vulg. Sciopp.

non male] *num male* Gryph.

posterior] *posterior Aelius* Codex B. Vulg. — *posterius Aelius* Vertran. — *post reor* Scaliger. — leg. *posterius.*

potius a caelo] *potius caelare a caelo* Codex B. Vulg. Vertran. — *quod apertum est noctu, mallem, quod posterius; multo enim potius caelare a caelo* Sciopp.

Sed non — de caelando] om. Cod. B. — *illud alterum de caelando* om. Sciopp.

potuit dici] Florent. Edit. princ. vet. Rbol. Venet. I. II. — *ab eo potuit dici* ceteri.

noctu non caelatur] Fort. *noctu caelatur.*

omnino] *omnia* Havn.

eo magis] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. — *ego magis* ceteri — fort. *ego eo magis.*

cavum] *choum* Florent. — *chorum* Havn. — *covum* Turn. cod. unde *cohum* conj. Casaub. ad Sueton. pag. 170 W. Fort. *a chao, cavum, cohum et hinc coelum.*

complexu] *conplexu* Edit. princ. vetust.

Andromeda] Scaliger. — *Androma* Havn. — *Andromacha* ceteri omnes. cf. Col. ad Enn. p. 241.

nocti: quae] Havn. Augustin. in Emend. Ach. Statius ad Ca-

Quae cava caeli signitenentibus
Conficis bigis,

et Agamemnon:

in altisono caeli clupeo;

cavum enim clupeum; et ENNIUS item ad cavationem:

Caeli ingentes fornices.

Quare ut a cavo cavea; et cavile et convallis, ca-

tull. 61, 118. pag. 183. Vertran. Sciopp. — *noctuque* Augustin. in marg. ex libris. — *noctu quae* Turneb. — *noctique* ceteri libri omnes.

cava caeli] *cava* om. Gryph.

Agamemnon] Florent. Havn. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *Agamemno* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. — cf. Columna ad Enn. pag. 213. Scaliger ad VII, 4. pag. 144. Ex Varronis auctoritate verba omnia: *Quid noctis videtur in altisono caeli clupeo?* Agamemnoni tribuenda; reliqua senis sunt duci respondentis: *Temo superat* etc.

altisono] *altissono* Havn.

clupeo] Columna. — *clipeo* Flor. Edit. princ. vet. — *clypeo* ceteri; ita et paulo post.

Ennius] *eminus* Havn.

item] *et Enni. idem* Venet. I. — *iter* Edit. princ. vetust., in quo latet *iterum.*

vacationem] Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *vationem* Havn. — *nationem* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Ald. Bas. Par. Gryph. — *notionem* Venet. I. II. — *rationem* Augustin. in marg. ex libris.

ingentes] *ingens* Havn.

a cavo] *a caveo* Havn.

cavile] Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertr. Sciopp. — *caville* Rholand. — *cavillae* Havn. et simplici *l* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *caulae* non nemo apud August. inde *caullae* Scaliger.

vata vallis, et cavete cavitione, ut cavum sit ortum, unde omnia apud HESIODUM a chao, cavo caelum.

4. Terra dicta ab eo, ut AELIUS scribit, quod teritur; itaque terra in Augurum libris scripta cum R uno. Ab eo colonis locus communis, qui prope oppidum relinquitur, Territorium, quod maxime teritur; hinc linteum quod teritur corpore, Extermentarium: hinc in messe Tritura quod tum frumentum teritur, et

cavata vallis] spuria censet Scaliger.
cavete] Flor. Havn. Turn. cod. — *cavare* Cod. B. — *cavate* Edit. princ. vetust. — *cavatae* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *cavere* Vulgat.
cavitione] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Bas. Par. Gryph. — *cavitiones* Turnebi Cod. — *cautione* Ald. Vulgat. — *et caveo cavitio et cavum* Vertran. — *et cavete cavitione ut cavum* om. Sciopp. — cf. Perizon. ad Sanct. Min. II, 503.
sit ortum] *sic ortum* Havn. Vertran. Sciopp.
cavo caelum] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *cavum caelum* Cod. B. Vulgat. Vertr. — *cavum a cavo caelum* Sciopp.

Cap. IV.

terra] *e terra* Edit. princ. vetust.
Aelius] *Elius* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
teritur] *territus* Havn.
itaque terra] *itaque tera* ex Bentini corr. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
libris] *libreis... coloneis* Vulgat.
qui prope] Cod. B. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *quippe* ceteri.
oppidum] *opidum* Edit. princ. vet.
relinquitur] *reliquitur* Edit. princ.
teritorium] *territorium* recentiores.
quod — corpore] *quo — corpus* Sciopp.
Extermentarium] Florent. Havn. — om. Edit. princ. vetust. — *termentarium* ceteri.
Tritura] *teritura* Havn. — *termentarium tritura* Edit. princ. vetust.
quod tum] *quod cum* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
frumentum] *furmentum* Havn.

Trivolum, quo teritur: hinc fines agrorum Termini quod eae parteis propter limitare iter maxime teruntur; itaque hoc cum his in Latio aliquot locis dicitur, ut apud ACCIUM, non terminus, sed Termen. hoc Graeci quod termona. pote vel illinc; Evander enim, qui in Palatium venit, e Graecia Arcas. Via si quidem iter,

trivolum] *tribulum* Vertran. Sciopp.
quo] Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *quod* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. — *qui* Aug. in marg. ex libris. — *et trivolum, quo teritur* om. Cod. B.
quod eae] Florent. — *quod ee* Edit. princ. vet. — *quod hae* ceteri.
parteis] Florent. — *partes* ceteri.
limitare] *militare* Vertran.
teruntur] *teruntur . et trivolum quod teritur* Cod. B.
hoc cum] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *terminus cum* Cod. B. Vulg. Vertran. — om. Sciopp.
his] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. — *is* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — om. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
in Latio] *in latino* Havn. Turn. cod.
aliquot] *aliquod* Edit. princ. vetust.
locis] *loceis* Vulgat.
Accium] Flor. Rhol. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. — *Accinum* Edit. princ. vetust. — *Actium* Cod. B. Venet. I. II.
termen] *termon* Turneb. cf. Scalig. ad Tibull. pag. 137.
graeci quod termona . pote vel illinc; Evander] Florent. — *graeci quod Evander* Havn. — *greci Evander* Edit princ. cum lacuna quatuor capace vocum. — *greci* ορον *Evander* Edit. vetust. — *graeci* τέρμα *Evander* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Vulg. Vertr. Sciopp. — *graeci terma Evander* Cod. B. Gryph. — τέρμονα Turnebi cod. ubi et alia quae legere non poterat graeca verba. Fort: *graeci quoque dicunt* τέρμονα *. pote vel illinc.*
e Graecia] om. Sciopp.
Arcas] om. Havn. — *fuit Arcas* Cod. B. — *Arcas fuit* Vulg. Vertr. Sciopp.
via siquidem] Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. Augustin. in Emend. — *vita siquidem* Havn. — *vias quidem* Florent. Cod. B. — *via quidem* Edit. princ. vetust. Vulgat. Vertr.

quod ea vehendo teritur, Iter iterum, Actus quod agendo teritur; etiam Ambitus est quod circumeundo
9 teritur, nam ambitus circuitus, ab eoque XII Tabularum interpretes ambitus parietis circuitum esse describunt. Igitur tera terra et ab eo poetae appellarunt summa terrae quae sola teri possunt, Sola terrae. Terra ut putant eadem et Humus; ideo ENNIUM in terram cadentis dicere:

(10) *cubitis pinsibant humum.*

iter iterum, Actus quod agendo] Florent. Havn. — *actus iterum ait . iter quod ab agendo* Edit. princ. vetust. — *actus iter in agris . iter iterum quod ag.* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph, item verbis transpositis *quod iterum* Cod. B. — *actus iter in agris quod. ag.* Vulgat. (*agreis*) Vertr. Sciopp.

etiam] om. Cod. B.

est] Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. — om. Sciopp. — *iter* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr.

circuitus] *circumitus* Vulgat. et infra.

eoque] Florent. Vulg. Vertr. Sciopp. — *eo quod* Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. — *eo* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

ambitus] Florent. Havn. — *ambitum* ceteri.

tera terra] Flor. Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *terra tera* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.

et ab eo] Florent. Havn. Cod. B. Vulg. Sciopp. — *ab eo* ceteri.

appellarunt] *appellarant* Bipont. mendose.

quae sola] *quae solo* Turn. Cod.

sola terrae] *sola are terrae* Havn.

Ennium] Turn. Cod. Sciopp. — *Ennius* ceteri omnes.

in terram] *in terra* Edit. princ. Rhol. Venet. I. II.

cadentis] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas — *cadentes* Turn. cod. Paris. Gryph. Vertr. Sciopp. — *cadenteis* Vulg.

dicere] *dicit* Cod. B. Vulg. Vertr.

cubitis] *cubiteis* Vulgat. — *cubitus* Edit. vetust.

pinsibant] *pinsebant* Turn. cod. August. in Emend. Sciopp.

et quod terra sit humus, ideo is Humatus, mortuus qui terra sit obrutus; ab eo quod Romanus combustus est, in sepulcrum eius abiecta gleba non est, aut si os exceptum est mortui ad familiam purgandam, donec in purgando humo est opertus, (ut Pontifices dicunt, quoad inhumatus sit) familia funesta manet et dicitur humilior. Quae ad humum, ... ut Sabini et Lucani,

sit] *fit* Havn.
is humatus] Florent. Edit. vetust. — *is humanis* Havn. — *is* om. ceteri.
mortuus qui] Florent. Cod. Vulg. Sciopp. — *mortuis qui* Havn. — *mortuus et* Edit. princ. Rhol. Ven. I. II. — *mortuus et que* Edit. vetust. — *quod mortuus* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *cum mortuus qui* Vertran.
sit] om. Turneb. cod. Havn.
quod Romanus] *qui Romanus* Cod. B. Vulg. — *qui Romae non* August. in marg. ex conj. Vertranio receptum. — *quoad Romae* quidam apud August. Sciopp. — *quod quom Romanus* Scaliger. — *Romanus* spurium censet Popma.
est in] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *et in* Ald. Bas. Par. Gryph. — *est aut in* Cod. B. Vulg. Vertran. — *aut in* Sciopp. — *est, si in* Turn. ad Cicer. Legg. pag. 674 Cr.
sepulcrum] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Vulg. — *sepulchrum* ceteri.
abiecta] *adbiecta* Havn. — *adiecta* Goerenz. — *obiecta* Turneb. l. l. cf. Festus s. v. *praecidanea.*
exceptum est] *exceptum non est* Vertran.
purgandam] Florent. Havn. — *expurgandam* ceteri.
humo] Flor. Havn. Turn. Cod. Ald. Bas. Par. Gryph. — *homo* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *humo non* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.
opertus] *operatus* Edit. vetust. — *opertum* Turneb. Vertran.
quoad] *quod* Florent. Edit. princ. vetust. — cf. Goerenz. excurs. ad Cicer. Legg. pag. 291 seqq.
et dicitur humilior] plagellarum transpositionem esse sagaciter perspexerunt Buchananus, Turneb. Scalig. haec verba cum seq. cap. principio coniungentes: *et dicitur humilior, demissior, infimus* etc. usque ad cap. VI extrema verba: *ab hominibus,* quae nostram excipiunt plagellam: *ut Sabini* etc.
quae ad humum ut Sabini] *quae ad humum, sunt aut a re ut Sabini* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — Buchananum

aut declinata ab hominibus, ut Appulia et Latium: utrumque ut Etruria et Tusci. Qua regnum fuit Latini, universus ager dictus Latius particulatim oppidis cognominatus, ut a Praeneste Praenestinus, ab Aricia Aricinus. Ut nostri Augures publici disserunt, agrorum sunt genera quinque, Romanus, Gabinus, Peregrinus, Hosticus, Incertus. Romanus dictus, unde Roma, ab Romulo. Gabinus ab oppido Gabiis. Peregrinus ager pacatus, qui extra Romanum et Gabinum; quod uno

si sequeris, optime cohaerent: *Europae loca multae incolunt nationes. ea fere nominata aut translatitio nomine ab hominibus, ut Sabini et Lucani, aut declinata ab hominibus, ut Appulia et Latium etc.*

declinata] Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *declinato* ceteri.
Appulia] *Apulia* Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II.
et Latium] *et* om. Cod. B.
utrumque] *aut utrumque* non nemo apud August. Sciopp.
Tusci] Scaliger. Cluver. Ital. Antiq. II, pag. 420. cf. Niebuhr. Hist. Rom. I, 66. — *Tuscia* vel *Thuscia* libri omnes.
dictus] *dictum* Cod. B.
Latius] Florent. Havn. Turn. cod. — *latium* ceteri.
oppidis] *oppideis* Vulgat. — *ab oppidis* Sciopp. — *oppidum cognominatum* Edit. vetust.
Aricinus] *aritianus* Havn. — *arecinus* Edit princ. vetust.
ut] *unde* Havn.
publici] Florent. Turn. Augustin. in marg. ex libris. Vertran. — *publice* ceteri. — *publicei* Scaliger.
disserunt] Florent. Havn. Turneb. — *diviserunt* Sciopp. — *dixerunt* ceteri.
incertus] *incidit. Dividit in eos agros, cum scribit Sulpitius Plebi rura largitur ad arandum* Sciopp. ex quarti cap. fine.
Roma ab Romulo] *Roma ab Romo* Florent. — *ab Roma* Cod. B. — *roma ab roma* Edit. princ. — *roma ab rome* Edit. vetust. (*Remo?*).
Gabiis] *Gabis* Florent. Havn.
pacatus] *paccatus* Havn.
extra Romanum et Gabinum] *ex ara romanus et gabinus* Edit. princ. vetust.

modo in his seruntur auspicia, dictus peregrinus a pergendo, id est a progrediendo. eo quod enim ex agro Romano primum progrediebantur, quocirca Gabinus, quo sive Peregrinus, sed quos auspicia habent singularia, ab reliquo discretus. Hosticus dictus ab hostibus. Incertus is ager, qui de his quatuor qui sit, ignoratur.

Ager dictus in quam terram quid agebant, et unde

in his] *in heis* Vulgat.
seruntur] Florent. Havn. Rholand. — *feruntur* Cod. B. Vulgat. — *servantur* ceteri.
a progrediendo] Florent. — praepos. ceteri om.
eo quod enim] Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. — *eo enim* ceteri. — Fort. *eo quod.*
Romano] *Romani* Scaliger. Sciopp. alios, nescio quos *Romam* legere Scal. tradit.
progrediebantur] *progrediantur* Venet. I. — *progrediebatur* Cod. B. Vulg.
Gabinus quo sive] *Gabinus sive* Cod. B. Vulg. Vertran. — *quo sive* delet. Turneb. — *Gabinus quoque* Scaliger. — *quocirca Gabinus quo* om. Sciopp. — Desunt quaedam, nisi fort. *Gabinus sive quo.*
sed quos] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *secundum quos* Cod. B. — *secundum hos* Vulg. Vertran. — *sed quod* Turneb. — Fort. *sed quod eos* vel *sed cum eos.* — *eo quod* Sciopp.
habent] *habet* Turneb.
is ager] *ager* om. Ald. Bas. Par. Gryph.
de his] *de heis* Vulgat.
ager dictus] Florent. — *ager dictus est* ceteri.
in quam terram] *in qua terra* Turn. Cod. ut invenisse videtur Quintilian. I, 6, pag. 81 B. *Sed cui post VARRONEM non sit venia? qui AGRUM, quod IN EO AGATUR ALIQUID, et graculos quia gregatim volent, dictos CICERONI persuadere voluit, ad eum enim scribit, cum alterum ex Graeco sit manifestum duci, alterum ex vocibus avium.* — cf. Stephanus in Append. pag. 10.
unde quid] Florent. Havn. Cod. B. Edit. vetust. Vulg. Vertr. Sciopp. — *unde quidem* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *et unde quid agebant* om. Edit. princ.

10 quid agebant fructus causa: alii quod id Graeci dicunt ἀγρόν. Ut ager quod agi poterat, sic qua agi Actus. eius finis minimus constitutus in latitudinem pedes quatuor, fortasse an ab eo quatuor, quod ea quadrupes agitur: in longitudinem pedes CXX; in quadratum actum et latum et longum esset CXX. Multa antiqui duodenario numero finierunt, ut XII decuriis actum. Iugerum dictum iunctis duobus actibus quadratis. Cen-

fructus] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vulg. Vertr. Sciopp. — *aut quod fructus* Turn. Cod. — *aliquid fructus* Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
alii, quod] nos ex Florent. lectione *aliquod.* — *aliquid* Havn. — *a quo* Turn. Cod. sed in Advers. XX, 30 *aut quod.* — ceteri om.
ἀγρόν] om. Havn. — lacuna in Edit. princ. vetust.
quod agi poterat] *quo agi poterat* Turn. Sciopp. — Fort. haec verba intellexit Quintil.
qua] om. Cod. B. — *si qua* Havn.
agi, actus] *agitatus* Cod. B. Havn. Edit. vetust. Rhol. Venet. I. II.
minimus] *minibmus* Havn.
constitutus] *actus constitus* Cod. B.
fortasse an] *fortasse* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — cf. VII, 4. VIII, 2. VI, 3.
quod ea] Florent. Edit. princ. vet. Vulg. Vertran. Sciopp. — *quod eam* Cod. B. — *quod et* Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
quadrupes] *quadripes* Edit. princ. vetust.
CXX] Florent. — *centum viginti* Havn. — *centum et viginti* Vulgat. — *C et XX* ceteri.
actum] Florent. Turn. Cod. — *actus* ceteri.
latum et longum] *in latum et in longum* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.
esset] *ut esset* Cod. B. Vulg. Sciopp. — Fort. *esse.*
CXX] *C et XX* Sciopp. — *centum et viginti* Vulgat. — *in quadratum . . . viginti* om. Havn.
finierunt] *finiebant.* Cod B. Vulg. Vertran. Sciopp.
XII] *duodecim* Vulgat.
decuriis] *curiis* Havn.
iunctis] *vinctis* Rhol. Venet. I. II. — *vinctum* Edit. princ. — *victum* Edit. vetust. — *iuncteis . . . quadrateis* Vulg.

turia primo a centum iugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen; ut tribus multiplicatae idem tenent nomen. Ut quo agebant, Actus; sic qua vehebant, Viae (11) dictae; quo fructus convehebantur, Villae; qua ibant ab itu Iter appellarunt; qua id anguste, Semita, ut semiter dictum. Ager cultus ab eo quod ibi cum terra semina coalescebant, et ab eo quod inconsitus, incultus. Quod primum ex agro plano fructus capiebant Campus dictus; posteaquam proxima superiora colere coeperunt, a colendo Colles appellarunt; quos agros

primo a] Vulg. Sciopp. — *prima a* Vertr. — *primum* Havn. — *prima* ceteri.
tribus] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *tribus actibus* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *tribus partibus* Turnebus.
tenent] *tenerent* Ald. Bas. Par. Gryph.
quo agebant] *qua agebant* August. in marg. ex libris. Vertr. Sciopp. Dacier ad Festum pag. 4.
vehebant] Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Vulg. Sciopp. — *vehebantur* Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. — *vehebant actus* Havn. Cod. B. — *vehebantur actus* Florent.
quo fructus] *quod fructus* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
convehebantur] Florent. Ald. Bas. Par. Gryph. — *convehant* Havn. — *convehebant* ceteri.
ab itu] *ab habitu* Florent. — *ab abitu* Havn.
id] om. Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp.
anguste] *auguste* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.
semiter] *semiiter* Cod. B. Vulgat. Sciopp. — *semiitus* Edit. princ. — *semitus* Edit. vet.
Ager cultus] *ager angustus cultus* Edit. vetust. — *consitus ager cultus* Sciopp.
coalescebant] *calescebant* Edit. princ. vetust.
et] Florent. Edit. vetust. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ut* Havn. — om. ceteri.
eo quod] Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *quod* om. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — utrumque om. Florent. Havn.
incultus. Quod] *incultusque* Ald. Bas. Ear. Gryph.
posteaquam] *postquam* Codex B.
colles] *coles* Havn.

non colebant propter silvas aut id genus, ubi pecus possit pasci et possidebant, ab usu suo Saltus nominarunt. Haec etiam Graeci νομάς, nostri Nemora. Ager quod videbatur pecudum ac pecuniae esse fundamentum, Fundus dictus; aut quod fundit quotquot annis multa. Vineta ac Vineae a vite multa. Vitis a vino, id a vi; hinc Vindemia quod est vini demia aut vitidemia. Seges ab satu id est semine. Semen quod non plane id, quod inde; hinc Seminaria, Sementes, item alia. Quod segetes ferunt, Fruges; a fruendo Fructus, ab spe Spicae, ubi et Culmi, quod in summo

etiam] om. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr.

νομάς] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — lacuna graeci verbi in Edit. princ. vetust. — ἄλσεα καὶ νόμας Cod. B. — τὰ ἄλσεα καὶ νομὰς Vulg. Vertr. Sciopp.

Epicharmus] *Epicarmus* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *Enni* add. Codex B. Vulg. Sciopp.
de mente humana dicit] *dicit de m. h.* Havn. — *dicit* om. Sciopp.
id est, sol est] Havn. (fort. Florent.) Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *idem solem* Edit. princ. vet., nec a Victorio ex Florent. mutatum. — *idem solem adserit* Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — Fort. ut sequentis *isque* glossa haec inducenda verba. — cf. Columna ad Enn. pag. 175. Gataker ad Anton. pag. 107.
totus] *actus* Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp.
frigidae sunt] *frigidescunt* Augustin. marg. ex conj.
exgenuerunt] Florent. Havn. Sciopp. — *ex se genuerunt* ceteri. — Fort. *exgenunt* cf. Macrob. pag. 697. Victor. ad I,

Frigori miscet calorem atque humori aritudinem.
Recte igitur PACUVIUS quod ait

Animam aether adiugat

et ENNIUS *terram corpus quae dederit, ipsam capere, neque dispendi facere hilum.* Animae et corporis discessus quod natis is exitus, inde Exitium, ut quom in unum ineunt, Initia. Inde omne corpus, ubi nimius

31, II, 2 de R. R. Columna pag. 30. Dacier ad Fest. pag. 160.

miscet] Florent. Havn. Sciopp. — *immiscet* ceteri.
humori] *humorum* Edit. princ. vetust.
aritudinem] Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ariditatem* Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — cf. Columna pag. 179. — Perottus Cornucop. pag. 15. *Aritudinem pro ariditate VARRO. Frigus calore atque humore aritudinem miscet.*
quod ait] *quod* om. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
adiugat] Quidam apud Augustin. Turneb. Sciopp. ex Nonii Marc. II, 51. — *adiungat* libri omnes.
Ennius terram corpus] Florent. — *Ennius esse terram corpus* Havn. — *Ennius esse corpus terram* Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Ennius esse igitur corpus terram* Cod. B. Vulg. Vertr., item sed *terram corpus* Sciopp.
dederit] Scaliger. Sciopp. ex IX, 37. — *deperit* Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Vulg. Vertr. — *peperit* Havn. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
capere] *et capit* Cod. B. Vulgat. Vertran.
neque] *et neque* Cod. B. Vulgat. Vertran.
dispendi] *dispendii* Ven. I. II. Sciopp. — *iam dispendi* Cod. B. — *iam dispendei* Vulg. — *iam dispendii* Vertran.
facere] *faceret* Edit. princ. vetust. — *conficit* Cod. B. Vulg. Vertr.
discessus] om. Havn. Cod. B.
natis is exitus] Sciopp. — *nati si secius* Florent. Ald. Bas. Par. Gryph. — *nati ri sexius* Havn. — *natis exit* Cod. B. — *nati si sepius* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *nateis sit exitus* Vulgat. Vertran.
inde] *unde* Cod. B.
ut cum] *et quom* Havn. unde *quom* dedimus.

ardor aut humor, aut interit, aut si manet, sterile; quoi testis aestas et hiems, quod in altero aer ardet et spica aret, in altero natura ad nascendum cum imbre et frigore luctare non volt et potius ver exspectat. Igitur duplex causa nascendi ignis et aqua: ideo ea nuptiis in limine adhibentur, quod coniungit; hic et mas ignis (18)
quod ibi semen, aqua femina quod fetus ab eius humore, et eius iunctione suis Venus: hinc comicos: 19

humor] *humor viget* Cod. B. Vulg. Vertran. — cf. Columna pag. 180.
aut si manet] *aut manet* Vulgat. Vertran.
cui testis] *quo testis* Havn. unde *quoi* dedimus.
et spica] *et* om. Vulg.
in altero] Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. — *in altera* Florent. Havn. — *et in altera* Edit. princ. vetust. Rhol. — *et in altero* Cod. B. Vulg. Sciopp.
nascendum] *nascenda* Havn.
imbre] *himbre* Vulg.
luctare] *lactare* Havn. — *victitare* Cod. B. Vulgat.
volt] Florent. Vulg. — *voult* Havn. — *vult* ceteri.
potius ver] Cod. B. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *totius vere* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
duplex causa nascendi] Flor. Havn. — *causa nascendi duplex* ceteri. — *caussa* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
ea nuptiis] Florent. Havn. — *nuptiis ea* Sciopp. — *ea in nuptiis* ceteri.
limine] *lumine* Gryph.
hic et] *hinc et* Havn. Augustin. marg. Sciopp. — *hinc est* Vertr. — Fort. *hic est.*
eius iunctione] Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *horum iunctione* Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. — *eorum iunctione* Vulgat. Sciopp. — *eorum vinctione* August. marg. ex libris, Vertran. — *eorum coniunctione* Cod. B.
suis Venus] Florent. Havn. Turnebi Codex. — *iunctionis vis Venus* Turnebus. — *Venus* Sciopp. — *sumit Venus* ceteri. — Fort. *et eius iunctio Venus* vel *et eius iunctione summa vis, Venus.*
hinc comicos] Florent. Havn. — *comites hinc* Turn. cod. — *hinc coitus* Cod. B. Rhol. Venet. I. II. — *hinc coitus, hinc comicos* Ald. Bas. Par. Gryph. — *hinc comicus* Edit. princ. vetust. Vulg. Vertran. — *hinc* Sciopp.

Huic victrix Venus
Videsne haec?

non quod vincere velit Venus, sed vincire. Ipsa Victoria ab eo quod superati vinciuntur; utrique testis poesis quod et Victoria et Venus dicitur caeligena; Tellus enim quod prima vincta Caelo, Victoria ex eo. ideo haec cum corona et palma, quod corona vinclum capitis et ipsa a vinctura dicitur. Viere est vincire, a quo est in Sota. ENNII

Ibant malaci viere Veneriam corollam.

huic victrix] Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Sciopp. — *hinc vitrix* Havn. — *hinc victrix* Cod. B. Turnebi cod. — *victrix* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran.
sed vincire] Florent. Havn. — *sed quod vincire* Edit. princ. vetust. Rhol. Sciopp. — *sed quod vincere* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *sed quod vincire et vinciri* Cod. B. Vulg. Vertran.
ipsa] *hinc* Sciopp.
vinciuntur] Flor. Havn. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *vincuntur* ceteri.
testis] *testes* Havn.
caeligena] Omnia a verbis *Igitur duplex* usque ad *caeligena* in Cod. Havn. quasi alieno posita loco cancellis constricta sunt.
ideo] Florent. Havn. — *et ideo* ceteri.
cum] *quom* Havn.
vinclum] Florent. — *vinculum* ceteri.
a vinctura] om. Sciopp.
viere est vincire] *est* om. Vulg. — *vieri id est vinciri* Sciopp.
in Sota Ennii] Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Sciopp. — *in Sota. Ennius* Havn. — *in Asoto Ennii* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. cf. Columna pag. 183. — *in Sotadico Ennii* Scaliger.
malaci viere] Florent. Cod. B. Festi schedae pag. 94. — *mala civiere* Havn. — *malacci* August. marg. ex libris. — *mala viere* Edit. princ. vetust. Rhol. — *malam viere* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. — *mane viere* quidam apud Augustin. Vertran. — *malacani vieri* Sciopp. — *malacam viere* Scalig. Columna pag. 183. Herm. Elem. Metr. pag. 453.
corollam] *corolam* Edit. princ. vet.

Palmam quod ex utraque parte natura vincta habet paria folia. Poetae de caelo quod semen igneum cecidisse dicunt in mare ac natam e spumis Venerem, coniunctione ignis et humoris quam habent, vim significantes se veris. a qua vi natis dicta Vita et illud a LUCILIO

Vis est vita, vides, vis nos facere omnia cogit.

Quare quod caelum principium, ab satu est dictus Saturnus, et quod ignis, Saturnalibus cerei superioribus mittuntur. Terra Ops, quod hic omne opus et hac

palmam quod] *palmam dicunt quod* Cod. B. Vulg. Vertran. — *palma quod* Scaliger. Sciopp.

utraque] *utroque* Florent.

habet] *habeat* Cod. B. Vulg.

caelo quod semen] *caelo semen* Vulg. Vertr. Sciopp.

natam] *nota* Havn. — *natura* Rhol. Venet. I. II.

a spumis] *espumis* Edit. princ. — *ex spumis* Havn. — *e spumeis* Vulgat. — *e spuma* Sciopp.

coniunctione] *coniunctio* Sciopp.

habent] Florent. — *haberet* Vertr. Vulg. Sciopp. — *haberent* Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — Fort. *habet.*

significantes se veris] Florent. — *significantes severis* Havn. — *significantes Veneris* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *significantes* Cod. B. Vulgat. Sciopp. — *significant res Veneris* Vertran. — Fort. *coniunctione ignis et humoris, quam habet, vim significant esse Veneris.*

a qua] *a qui* Havn.

natis] *nateis* Vulgat.

et illud] *ut illud* Vulg. Vertr. Sciopp.

vis nos] Florent. Havn. Augustin. marg. — *quae nos* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *nos* ceteri.

et quod] *quod* Havn. — *ex quo* Vertran.

cerei] *hoc est cerei* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

quod hic] *quod heic* Vulgat. Sciopp. — *quod haec* Vertran. — *quod hinc* Edit. vetust. — *et hic* Cod. B.

hac opus] *hic opus* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

opus ad vivendum, et ideo dicitur Ops mater, quod terra mater.

Haec enim *terris genteis omnis peperit et resumit denuo,*
Quae dat cibaria

ut ait ENNIUS, quae quod gerit fruges, Ceres. Antiquis enim, quod nunc et idem, hi Dei Caelum et Terra, Iuppiter et Iuno, quod ut ait ENNIUS

Istic est is Iuppiter quem dico, quem Graeci vocant
Aerem, qui ventus est et nubes, imber postea,
Atque ex imbre frigus, ventus post fit, aer denuo.
Haec propter Iuppiter sunt ista quae dico tibi,

vivendum] *vivendus* Havn.
et ideo] *ideo* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
terra mater] Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *torra mater* Havn. — *terra nutriat* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
terris] *terreis* Vulg. — om. Sciopp.
genteis] Florent. Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. — *gentis* ceteri. — om. Sciopp.
omnis] *omneis* Vulg. — *omnia* Sciopp.
peperit] *parit* Sciopp.
quae dat cibaria] om. Sciopp.
ait Ennius] *Ennius ait* Cod. B.
quae quod] *quaeque* Augustin. marg. ex libris.
antiquis] *antiqueis* Vulgat.
nunc et idem] *nunc et inde* Rhol. Venet. I. II. — *inde et idem* Havn. omisso *nunc* ex dittographia. — *nunc et* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
Iuppiter] *Iupiter* Edit. vet. Ald. Bat. Paris. Gryph. Vertran. Sciopp.
et Iuno] *et* om. Havn.
ut ait] *et* Havn.
Iuppiter] *Iupiter* qui supra, cum Rholand.; sic et infra.
aerem] *aera* Cod. B. Vulg. Sciopp. — ἄερα Vertran. — om. Havn. — cf. Columna pag. 180.
imber] *himber* Vulg. et infra *himbre.*
ventus post] *ventis post* Flor. Havn. — Fort. *ventus is post.*
haec] *istaec* Turneb. — Fort. *haecce.*
dico tibi] *tibi dico* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Sciopp.

Quia mortalis atque urbes belluasque omnis iuvat. e
quod hic omneis et sub hoc, eundem appellans dicit 20
Divumque hominumque pater rex.
Pater quod patefaciat semen; nam tum est conceptum, et inde cum exit quod oritur. Hoc idem magis ostendit antiquius Iovis nomen; nam olim Diovis et Dispiter dictus idem, dies pater; a quo Dei dicti qui inde, (19)

quia] Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vertran. — *qua* Florent. — *qui* Cod. B. Vulgat. Sciopp.

mortalis] *mortaleis* Vulgat. — *mortales* Par. Gryph. Vertr. Sciopp.

urbes] Flor. Havn. Sciopp. — *urbis* Cod. B. — *urbeis* Vulg. — *arbores* Edit. princ vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran.

belluasque] *herbasque* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *herbas belluasque* Vertran.

omneis] Florent. Vulgat. — *omnes* Vertran. — *omnesque belluas* Sciopp. — *omnis* ceteri.

quod hic] Fort. *quod hinc.*

omneis] Florent. Vulg. — *omnes* ceteri.

eundem] *eundemque* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

dicit] *dicit Ennius* Cod. B. Vulg. Vertr.

semen] *omnia et ipsum semen* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

et inde] *et idem* Bas. Paris. Gryph. Scalig. — *exinde* Vertr.

cum exit] *tum exit quom* Scalig.

antiquius] Florent. Sciopp. — *antiquus* Havn. — *antiquum* ceteri.

Iovis] *huius* Havn. Sciopp.

Diovis] *Divus* Sciopp. — *Diiovis* Cod. B.

Dispiter] Florent. — *Diespiter* ceteri.

idem dies] Florent. — *id est dies* Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *id est diei* Ald. Bas. Par. Gryph. — *hoc est aer et dies* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

qui inde] *qui unde* Havn.

et Dius et Divus, unde Sub Divo, Dius Fidius. Itaque inde eius perforatum tectum, ut [ea] videatur, Divum id est caelum. Quidam negant sub tecto per hunc deierare oportere. AELIUS Dium Fidium dicebat Diovis filium, ut Graeci Διόσκορον Castorem et putabant hunc esse Sanctum ab Sabina Lingua, et Herculem a Graeca. Idem hic dies pater dicitur Infimus, qui est con-

et Dius et Divus] Paris. Gryph. — *et dies et divum* Havn. Turnebi cod. — *et dies et divus* Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. — *et dies et dius divus* Cod. B. item particula *et* ante *divus* inserta Vulgat. Vertran. — *et Dius ut Divus* Sciopp.
unde] *inde* Sciopp.
sub divo] Florent. Havn. — *sub dio et* Cod. B. Vulgat. — *sub dió* Sciopp. — *sub dio divo* ceteri.
ut ea videatur] Florent. Havn. — *ut videatur* ceteri.
divum] *dium* Cod. B.
negant] *negat* Cod. B.
Aelius] *Elius* Edit. princ. vetust. — *Aelius Gallus* Cod. B. Vulg. Vertran.
dium Fidium] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. — *dius Fidius* Cod. B. Edit. princ. vet. Vulgat. Sciopp.
diovis] *diiovis* Cod. B.
filium] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. — *filius* Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Sciopp.
Διόσκορον] διὸς κόρον Victor. — *dioscoron* Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *dioscuron* Cod. B. — διόσκουρον Vulg. Vertran. Sciopp. — om. Havn.
putabant] *putabat* Vertran. et Fr. Puccius, qui in notis Mssc. ad Propert. V, 29, 71. locum sic laudat: *Aelius dium fidium dicebat dios i. iovis filium, ut graeci dioscuron castorem et putabat hunc esse sancte a sabina lingua, Herculem a graeca.*
Sanctum] *sangum* Augustin. marg. — *Sancum* Scaliger. vid. Muret. I, pag. 639.
ab Sabina] *ab* om. Sciopp.
et Herculem] *Herculem* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
a graeca] *ab graeca* Cod. B. Vulg. — *graeca* Sciopp.
dies pater] Florent. — *diaespiter* Havn. — om. Sciopp. — *diespiter* ceteri.
infimus] *infimus aer* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

iunctus terrae ubi omnia oriuntur, vi aboriuntur, quorum quod finis orcum, Orcus dictus. Quod Iovis Iuno coniux et is caelum, haec terra quae eadem tellus, et ea dicta quod una cum Iove iuvat Iuno, et regina quod huius omnia terrestria. Sol vel quod ita Sabini, vel solum ita lucet, ut ex eo deo dies sit. Luna vel quod sola lucet noctu. itaque ea dicta Noctiluca in Palatio; nam ibi noctu lucet templum: hanc ut Solem Apollinem, quidam Dianam vocant; Apollinis vocabu-

coniunctus] *convinctus* Edit. princ. vet. nec Victorio ex Florent. mutatum.

oriuntur] *aboruntur* Havn. — Fort. inducendum nisi *quae oriuntur*.

vi aboriuntur] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *ubi aboriuntur* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. — om. Sciopp.

orcum, Orcus] Turnebi cod. Sciopp. — *ortum ortus* Florent. Havn. — *vetus orcus* Cod. B. Vulgat. — *ortus*, *ortus* ceteri. — *orcus* Scaliger.

coniux] *coniunx* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

huius omnia] *huius nomina* Havn. — *huius a* Edit. princ. vetust. — *haec omnia* Cod. B. Vulg. Vertr.

terrestria] *terrestria regit* Cod. B. Vulg. Vertran.

Sol] *sola* Florent. Havn.

vel solum] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *vel quod solum* Cod. B. Vulg. Vertr. — *vel quod solus* Sciopp.

ex eo deo] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. — *ex deo* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ex eo* Vulg. Vertr. Sciopp.

luna vel quod] Florent. Cod. B. Rholand. — *luna ut quod* Havn. — *luna vel* Edit. princ. vet. — *luna quod* ceteri. — Fort. *ut luna*, *quod*.

noctiluca] *nocticula* Edit. princ. et ita gloss. vett.
hanc] *hac* Havn.
vocant] *vocat* Edit. princ. vet.
Apollinis] om. Sciopp.

lum Graecum alterum, alterum Latinum; et hinc quod luna in altitudinem et latitudinem simul, et Diviana appellata. Hinc Epicharmus ENNII Proserpinam quoque appellat quod solet esse sub terris; dicta Proserpina quod haec ut serpens modo in dexteram, modo in sinistram partem late movetur. Serpere et Proserpere idem dicebant, ut PLAUTUS quod scribit

Quasi proserpens bestia

21 quae ideo videtur a Latinis Iuno Lucina dicta vel quod

alterum, alterum latinum] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *alterum, latinum alterum* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *alterum* semel vacat, ut iam Victorius vidit, nisi cum Sciopp. *Apollinis* delemus.

et hinc] *et hic* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *et haec* Scaliger. Sciopp.

quod] om. Havn.

luna] om. Vulg. Vertran.

altitudinem] *altitudine simul* Cod B.

latitudinem] *latitudine* Cod. B. Edit. princ. vet.

simul et] Flor. Havn. — *simul eat* Sciopp. — *simul* ceteri.

Diviana] *divina* Havn. — *deviana* Cod. B. — *a duabus viis Diviana* Sciopp. — *Duana* Isidor. VII, 11.

Epicharmus] *Epicarmus* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

Ennii] Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *Enni* Cod. B. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.

quoque] *quom* Havn.

quod solet esse sub terris] om. Sciopp. — *terreis* more suo Vulg.

dicta Proserpina] Florent. Havn. Sciopp. — *Proserpina dicta* ceteri.

dexteram] *dextram* Vulgat.

sinistram] *sinisteram* Edit. princ. vetust. ϒ ϒ

Plautus quod scribit] Florent. Havn. et in marg. Flor. *qq.* — *Plautus qui scribit* ceteri.

quae ideo] *atque ideo* Sciopp. — *quae ideo quoque* Havn.

Latinis] *Latineis* Vulgat. — *ab Latinis* Havn.

quod est e terra] Florent. Rholand. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quod e terra* Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. — *quod est ut e terra* Venet. I. II. — *quod altera terra* Turnebi cod.

est e terra, ut Physici dicunt, et lucet, vel quod ab luce eius, qua quis conceptus est usque ad eam, qua partus quis in lucem, una iuvat, donec mensibus actis produxit in lucem. Ficta a iuvando et luce Iuno Lucina, a quo parientes eam invocant: luna enim nascentium dux quod menses huius. Hoc vidisse antiquos apparet, quod mulieres potissimum supercilia sua attribuerunt ei Deae. Hic enim debuit maxime collocari Iuno Lucina, ubi ab Diis lux datur oculis. Ignis a

— *quod terram* Vertran. — *quod terra* Vulgat. — *quod* Sciopp. — Fort. *quod est et terra.*
physici] *phisici* Edit. princ. vetust.
dicunt] *dicunt quod iuvat* Cod. B. — *dicunt, iuvat* Vulgat. Vertran. Sciopp.
vel quod] *quod ut* Havn.
eius] om. Sciopp. — Fort. *vel ab luce eius, quod.*
qua quis] *qua vis* Cod. B. *qua qui* Havn.
conceptus] *contemptus* Havn.
est] om. Havn. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
usque ad eam, qua partus quis in lucem] om. Cod. B. Vulg. Vertran. — *quasi* pro *quis* Havn.
una] *luna* Sciopp.
iuvat] *vivat* Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran.
actis] *acteis* Vulgat.
produxit] *prodierit* Sciopp.
ficta] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Sciopp. — *facta* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *facta igitur* Cod. B. Vulg. Vertr.
a] *ab* Havn.
Luna] *Lucina* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
dux quod] *duxque* Havn.
huius] *huius ducat* Vertran.
antiquos] Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *antiquas* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
hic] *hinc* Havn. Edit. princ. vet. — *heic* Vulgat.
debuit maxime] Florent. Havn. — *maxime debuit* ceteri.
diis] *dieis* Cod. B. Vulgat.
oculis] *oculeis* Vulg. — om. Sciopp.

nascendo quod hinc nascitur, et omne quod nascitur ignis scindit; ideo calet, ut qui denascitur eum amittit (20) ac frigescit. Ab ignis iam maiore vi ac violentia Volcanus dictus. Ab eo quod ignis propter splendorem fulget, et Fulgor et Fulmen et Fulgur quod fulmine ictum contrariis Diis. Ab aquae lapsu lubrico Lympha. Nympha Iuturna quae iuvaret; itaque multi aegroti propter id nomen hinc aquam petere solent. A fontibus

quod hinc] Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Augustin. marg. — *quod qui* Sciopp. — *quod hoc* ceteri. — Fort. *quod hinc nasci.*
et omne quod nascitur] om. Sciopp.
ignis scindit] *ignis gignit* Augustin. marg. ex libris. — *ignescit* quidam apud. Augustin. Vertran. Sciopp. — *ignis indit* Scaliger.
ideo] *et ideo* Sciopp.
eum] *ignem* Codex B. Vulg. Sciopp. — *ignem eum* Vertran. — *cum* Havn.
ac] *aut* Havn.
maiore vi] *valore vique* Codex B. Augustin. marg.
Volcanus] *Vulcanus* Edit. princ. vetust.
propter splendorem] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *per splendorem* Cod. B. Ed. princ. vetust. Vulgat.
et fulgor] Florent. — om. Havn. Rhol. Venet. I. II. — *fulgor* Cod. B. Edit. princ. vet. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
et fulmen] Florent. Edit. princ. vetust. — *fulmenque* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *fulmen* ceteri.
et fulgur] *et fulguritum* Turn. Scalig. Sciopp.
ictum contrariis] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ictus Phaeton contr.* Cod. B. Vulg. — *ictum ut Phaeton contr.* Vertran.
ab aquae lapsu] *Latex, aqua a lapsu* Sciopp. — *ab aquae lasa* Havn.
lympha] *limpha* Florent. — *limfa* Edit. princ. vetust.
Nympha] *Lympha* Turneb. Havn.
aegroti] om. Sciopp.
propter id] *per idem* Havn.
hinc] om. Sciopp. — *hic* Havn. idem *solenti.*

et fluminibus ac ceteris aquis Dei, ut Tiberinus a Tiberi. et ab lacu Velini Velinia et Lymphae Commotiae ad lacum Cutiliensem a commotu, quod ibi insula in aqua commovetur. Neptunus quod mare [et] terras obnubit, ut nubes caelum, a nuptu id est opertione, ut antiqui, a quo Nuptiae, Nuptus dictus. Salacia Neptuni a salo. Venelia a veniendo ac vento illo, quem PLAUTUS dicit

Quod ibi

et fluminibus] om. Cod. B. — *et fulminibus* Havn. — Edit. princ. vet.
ceteris aquis] *ceteras aquas* Flor. Havn. — *cetereis aqueis* Vulgat.
a Tiberi] *ab Tiberi* Cod. B. Havn.
Velini] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *Velino* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.
Velinia] *velima* Cod. B. — *velina* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran.
Lymphae] Florent. Havn. — *nympha* Cod. B. — *nymphae* ceteri.
Commotiae] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *comitiae* Edit. princ. vet. Rhol. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *comitae* Venet. I. II. *comitiis* Florent. Havn. — *comutis* Cod. B. — *commotis* Augustin. marg. ex libro.
Cutiliensem] *cuntiliensem* Edit. princ. vet.
et terras] *terras* Vulgat. Sciopp.
obnubit] *obumbrat* Havn.
a nuptu] *obnuptu* Sciopp. — *ab nuptu* Havn.
opertione] *ab apertione* Cod. B. — *ab operitione* Edit. princ. vet. — *operticione* Havn.
nuptus] *nuptusque* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *Neptunus* Turneb.
Salacia] *salicia* Havn. — *salitia* Cod. B. Edit. princ. vet. — *salatia* alii.
a salo] *ab salo* Vulg. Vertr. Sciopp.
Venelia] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *venilia* ceteri; *venitia* Isidori glossar.
vento] *ventu* Sciopp. ex Charisio pag. 45, 13.
ibi] *ille* Vulg. Vertr. Sciopp. ex Plauti libris Cistell. I, 1, 15 cf. Victor. Var. Lect. VII, 2. Charisius pag. 111, 13.

Dixit qui secundo vento vectus est tranquillo mari,
Ventum gaudeo.

22 Bellona a bello nunc, quae Duellona a duello. Mars ab eo quod maribus in bello praeest, aut quod Sabinis acceptus ibi est Mamers. Quirinus a Quiritibus. Virtus ut viri vis a virilitate. Honos ab honesto onere; itaque Honestum dicitur, quod oneratum, et dictum

Onus est honos qui sustinet Rempublicam.

Castoris nomen Graecum: Pollucis a Graecis in Latinis literis veteribus nomen quod est, inscribitur ut Πολυδεύκης Polluces, non ut nunc Pollux. Concordia a corde congruente. Feronia, Minerva, Novensides a

gaudeo] Florent. Vulg. Vertr. Sciopp. — *gaudet* ceteri.
aut quod] *autem* Havn.
Sabinis] Florent. Havn. — *a Sabineis* Vulg. — *a Sabinis* ceteri.
est] om. Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.
Mamers] *maners* Edit. princ. vet.
Quiritibus. Virtus] *Quiribus. virius* Havn.
onere] *honere* Edit princ. vetust. Rhol. Vulg. Sciopp.
honestum] Florent. Havn. — *honestius* Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. — *honestus* ceteri.
quod] om. Havn.
oneratum] Havn. — *honeratu* Florent. — *oneratus* Venet. I. II. Bas. Par. Gryph. Vertr. — *onoratus* Ald. — *honeratus* ceteri. — *honeratum* Victorius.
onus] *honus* Edit. princ. vetust. Rhol. Vulg. Sciopp. — *honos* Havn.
honos] Florent. Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *ut honos* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — om. Havn.
qui sustinet rempublicam] om. Sciopp.
Pollucis] Florent. Havn. — *et Pollucis* ceteri.
graecis] *graeceis* Vulgat.; item *latineis*.
literis] Florent. — *litteris* alii. *littereis* Vulg.
ut] om. Cod. B.
Πολυδεύκης] *polydeuces* Florent. — *pollideuces* Edit. princ. vet. — πολλυδεύκης Rhol. — om. Havn.
nunc] om. Havn.
novensides] *novensiles* Vulgat.

Sabinis; paulo aliter ab eisdem dicimus Herculem, Vestam, Salutem, Fortunam, Fortem, Fidem: ea re Sabinum linguam olent quae Tati regis voto sunt Romae dedicatae; nam ut Annales dicunt, vovit Opi Floraeve; Diovi Saturnoque; Soli, Lunae; Volcano et Summano, itemque Larundae, Termino, Quirino, Vortumno, Laribus, Dianae Lucinaeque; e quis nonnulla nomina in utraque lingua habent radices, ut arbores, quae in

Sabinis] *Sabineis* Vulgat.
Herculem] Flor. Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. — *haec Herculem* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *Laram* Cod. B. Vulg. Vertran. — *Heccalem* Turneb. cod. — *Hecatem* Sciopp. et in marg. *al. haec Palem* id est Scaliger.
fortunam, fortem] Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. — *fortem fortunam* Cod. B. Vulg. Sciopp. — *fortunam fontem* Flor. Rhol. Venet. I. II. — *fortunam funtem* Edit. princ. vetust. — *fortunam frontem* Havn.
ea re] *lares* Scalig.
Sabinum] Florent. Havn. — *Sabinorum* ceteri.
linguam olent] *lingua molent* Havn.
Tati] Florent. — *Tacii* Codex B. — *tanti* Havn. — *Tatii* ceteri.
dedicatae] *dedicata* Sciopp.
ut] *et* Havn.
Floraeve] Florent. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. — *floraeque* Cod. B. Vulg. Sciopp. — *florae ut* Edit. princ. vetust. — *Florae Vedio Iovi Saturnio quae* Havn.
Diovi] *Diiovi* Cod. B. — *Diove* Edit. princ. vetust.
Saturnoque] *Saturnove* Edit. princ. vet. — *Saturoque* Sciopp.
lunae] *lunaeque* Cod. B. Vulg. Sciopp.
Volcano] *Vulcano* Edit. princ. vetust.
et Summano] Florent. Havn. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *et sumano* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *et Summato* Vertran. — *Summanoque* Cod. B. Vulg. Sciopp.
Vortumno] *Vortundo* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
Lucinaeque] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *cloacinaeque* Cod. B. Vulg. — *Fulv. Ursinus. cluacinaeque* Sciopp. marg.
quis] *queis* Vulgat. Vertr. Sciopp.

confinio natae in utroque agro serpunt: potest enim Saturnus hic de alia causa esse dictus atque in Sabinis, et sic Dianae de quibus supra dictum est.

(21) 11. Quod ad immortaleis attinet, haec; deinceps quod ad mortalis attinet videamus: de his animalia in tribus locis, quod sunt in aere, in aqua, in terra. A summa parte ad infimam descendam. Primum nomen; nominem Alites, alii Volucres a volando: deinde generatim; de his pleraeque a suis vocibus ut haec: Upu-

serpunt] *serpent* Havn.
enim] Florent. Havn. — *enim esse* ceteri.
hic] *heic* Vulgat.
de alia] Florent. Havn. — *alia de* ceteri.
esse dictus] Florent. Havn. — *dictus* ceteri.
Sabinis] *Sabineis* Vulgat.
Dianae] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *diana* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

Cap. XI.

immortaleis] Florent. Cod. B. Vulg. — *immortales* ceteri.
haec] Florent. Havn. Sciopp. — *dixi* Cod. B. — om. ceteri.
mortalis] Florent. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. — *mortaleis* Vulg. — *mortales* ceteri.
de his] *et de his* Cod. B. Vulg. Sciopp. — *de iis* Havn.
locis] *loceis* Vulgat.
quod sunt] om. Cod. B.
descendam] *descendendam* Havn.
nomen; nominem] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *nominatim ut* Cod. B. Augustin. marg. — *generatim nominem* Vertran. — *nominem* Vulgat. — *nomen* Sciopp.
alites alii volucres] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. — *alites alii volucres alii* Cod. B. — *alites ab alis, volucres alii* Turnebus Vulg. (*aleis*) Sciopp.
deinde generatim] om. Sciopp. — *deinde nominatim* Vertran.
de his] *de heis . . . sueis* Vulgat. — *de iis* Havn.
pleraeque a] *pleraque ab* Havn.
ut haec] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ut hae* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.
upupa] *upapa* Cod. B.

pa, Cuculus, Corvus, Hirundo, Ulula, Bubo; item haec: Pavo, Anser, Gallina, Columba. Sunt quae aliis de causis appellatae, ut Noctua quod noctu canit ac vigilat, Lusciniola quod luctuose canere existimatur atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis: sic Galeritus et Motacilla, altera quod in capite 23
habet plumam elatam, altera quod semper movet caudam. Merula quod mera id est sola volitat; contra ab eo Graguli quod gregatim, ut quidam Graeci greges γέργερα. Ficedula et Miliariae a cibo, quod alterae fico, alterae milio fiant pingues.

hirundo] *irrundo* Havn.
item haec] vide supra.
aliis de causis] *alieis de causseis* Vulgat.
lusciniola] Victor. Comment. ad Demetr. Phal. pag. 123. Sciopp.; idem Vertr. coniecit. — *luscinia* Augustin. marg. ex libro, Vertran. — *lusciola* ceteri.
ex] om. Gryph.
Progne] om. Havn.
galeritus] Cod. B. Vulg. Sciopp. — *calericus* Edit. princ. vetust. — *galericus* Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. — *galerita* Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran.
motacilla] *motacillia* Havn.
altera] *alter* Vulgat. Sciopp.
elatam] *alatam* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ellatam* Havn.
semper] om. Cod. B.
graguli] Florent. — *gracculi* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *graculi* ceteri.
graeci greges γέργερα] *graeci greges gergera* Florent. Havn. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *graeci gregem gregerie* Edit. princ. vetust. — *graeci gregreges gergera* Rhol. Venet. I. II. — *Graeci τὰ γέργερα* Cod. B. Vulgat. — *graeci greges τὰ γέργερα* Vertr. Sciopp. — *ut quaedam graeca ut grues γέρανοι* Turnebus; *γάργαρα* vult Scaliger.
ficedula] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. — *ficedulla* Rholand. — *ficedulae* ceteri.
miliariae] *milia. Rie* Edit. princ. vetust.
alterae fico] *altera fico* Gryph.
fiant] *fiunt* Havn.

12. Aquatilium vocabula animalium partim sunt vernacula, partim peregrina. Foris Muraena quod μύραινα graece, Cybium et Thunnus, quoius item partes Graecis vocabulis omnes, ut Melandria atque Uraeon. Vocabula piscium pleraque translata a terrestribus ex aliqua parte similibus rebus, ut Anguilla, Lingulaca, Sudis; alia a coloribus ut haec: Asellus, Umbra, Turdus; alia a vi quadam ut haec: Lupus,

Cap. XII.

aquatilium] *aqualium* Edit. vetust.
foris] om. Ald. Bas. Par. Gryph.
muraena] Vulgat. — *murena* ceteri.
μύραινα] Vulg. Vertr. Sciopp. — *myraena* Florent. Gryph. — *myrena* Ald. Bas. Paris. — *miraena* Havn. — *mirena* ceteri.
graece] om. Cod. B. Vulg. Sciopp. — *graecis* Havn.
cybium] Ald. Bas. Paris. Vulg. Vertr. Sciopp. — *CYTYBium* Florent. — *cisibium* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *cybum* Gryph. — om. Cod. B. — lacuna in Havn.
et] om. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
thunnus] Victorius. — *Tiunnus* Flor. — *thynnus* Vulg. Vertr. Sciopp. — *thinnius* Havn. — *tynnus* κύβιον Cod. B. — *tynnus* ceteri.
cuius] *V. C. quoius. Fulv. Ursinus putat esse nomen piscis depravatum.* Sciopp. marg. — *quoius* Havn.
partes] *partim* Sciopp.
graecis vocabulis] *graeceis vocabuleis* Vulgat.
omnes] om. Sciopp.
melandria] *melanderya* Florent. — *melandrya* Edit. princ. vet. Rhol. — *melander* Havn.
uraeon] *ureon* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
translata] *translate* Edit. princ. vetust.
terrestribus] *terestibus* Havn.
ex aliqua] *ex qua* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
ut] om. Cod. B.
lingulaca, sudis] *lingula Casudis* Havn. Rholand. Venet. I. II. — *lingula Cafudis* Florent. Edit. princ. vet. — *nebula cafudis* Cod. B. — *nebulaca, sudis* Augustin. marg. ex libris.
turdus] *Furdus* Edit. princ. vet.

Canicula, Torpedo. Item in conchyliis aliqua ex Graecis ut Peloris, Ostreae, Echinus. Vernacula ad similitudinem ut Surenae, Pectunculi, Ungues.

13. Sunt etiam animalia in aqua quae in terram interdum exeant, alia Graecis vocabulis ut Polypus, Hippopotamios, Crocodilos, alia Latinis ut Rana, Anas, Mergus; a quo Graeci ea quae in aqua et terra possunt vivere vocant ἀμφίβια: e quis Rana a sua dicta

conchyliis] *conchylieis* Vulg. — *conchiliis* alii. — *conciliis* Havn.
graecis] *graeceis* Vulg.
ostreae] *ostrea* Vulg. Vertr. Sciopp.
echinus] *echinnus* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
ad similitudinem] *a similitudine* Sciopp.
surenae] Vulgat. Vertran. — *sirene* Florent. — *sirenae* Cod. B. — *si reme* Edit. princ. — *si rene* Edit. vetust. — *syrenae* Havn. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *buccinum* Vertran. marg. — *bucinum* Sciopp. — *sudenae* Salmas. Solin. pag. 231 E.
pectunculi] *pectuculi* Havn.

Cap. XIII.

in terram interdum] Florent. — *in terra interdum* Havn. — *interdum in terram* ceteri.
exeant] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *exeunt* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.
graecis vocabulis] Florent. Vertr. Sciopp. — *graeceis vocabuleis* Vulgat. — *a graecis vocabulis* ceteri.
polypus] *poliperus* Edit. princ. vet.
hippopotamios] Florent. — *Hippo Potamus* Edit. princ. vet. — *hippopotamius* Havn. — *hippopotamos* ceteri.
crocodilos] Florent. — *crocodillus* Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *crocodilus* ceteri.
latinis] Flor. Vertran. Sciopp. — *latineis* Vulg. — *a latinis* ceteri.
anas] Vulg. Vertr. Sciopp. — om. ceteri.
a quo graeci... ἀμφίβια] om. Sciopp. — ἀμφίβια Par. Vulg. — *amphibia* ceteri. — *in terra et in aqua vivere possunt vocant* ἀμφ Havn.
quis] *queis* Cod. B. Gryph. Vulgat.
a sua] Flor. Edit. princ. vet. — *ab sua* ceteri.

voce, Anas a natando, Mergus quod mergendo in aquam captat escam. Item aliae in hoc genere a Graecis ut Querquedula, Cerceris: Halcedo quod ea Halcyon; Latina ut Testudo quod testa tectum hoc animal, Lolligo quod subvolat, litera commutata, primo
(22) Volligo. Ut Aegypti in flumine quadrupes, sic in Latio nominati Lytra et Fiber. Lytra quod succidere dicitur arborum radices in ripa atque eas dissolvere ab

nando] Florent. Vulg. Vertr. Sciopp. — *natando* ceteri.
quod mergendo] *a mergendo* Cod. B. — *quod a mergendo* Havn.
aquam] *aqua* Cod. B. Havn.
captat] Florent. Havn. — *captet* ceteri.
aliae] *alia* Cod. B.
a graecis] om. Sciopp. — *a graeceis* Vulg.
cerceris] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Vulg. Vertr. — *caeteris* Turnebi cod. — *cercuris* Ald. Bas. Par. Gryph. — *a κερκιθαλλίς* Turnebus, Sciopp.
halcedo] *halgedo* Florent. Havn.
ea] *ex ea* Cod. B.
halcyon] Vulg. Vertr. Sciopp. — *halcyone* Florent. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ἀλ* Havn. — Fort. *ἀλκυών est.*
lolligo] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *loligo* ceteri.
primo] *prima* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran.
volligo] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. — *voligo* ceteri.
Aegypti] *graecis* Sciopp.
quadrupes] *quadripes* Edit. princ. vetust. et fort. Florent. — Deesse quid iam Gothofredus vidit.
nominati] *nominatus* Sciopp.
lytra et] om. Sciopp. — *lyra et* Florent. Edit. princ. vetust. *lira et* Turnebi cod. Rhol. Venet. I. II. — *lutra et* Turnebus. — *lira ut* Havn.
lytra] *lyra* Florent. Edit. princ. vet. — *lira* Havn. Rhol. Venet. I. II.
quod] *que* Edit. princ. vet.
dissolvere] *dissuere* Havn.

lytra. Fiber ab extrema ora fluminis dextra et sinistra 24
maxime quod solet videri, et antiqui Februm dicebant extremum, a quo in sagis Fimbriae et in iecore extremum Fibra, Fiber dictus.

14. Quae sunt hominum propria primum, deinde de pecore, tertio de feris scribam. Incipiam ab honore publico. Consul nominatus qui consuleret [populum et senatum], nisi illinc potius unde ACCIUS ait in Bruto

Qui recte consulat, consulciat.

ab lytra] Florent. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *ab lyra* Edit. princ. vetust. — *ab lira* Rhol. Venet. I. II. — *unde lytra* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ab lucre* Scalig. — *ab litra fibei* Havn.

ab] om. Sciopp.
et sinistra] om. Sciopp.
februm] Flor. Havn. — *fibrum* ceteri.
a quo] Florent. Havn. Sciopp. — *unde* ceteri.
sagis] *sagris* Vulgat.
fimbriae] *extrema fibriae* Cod. B. — *extrema fimbriae* Vulg. Vertran. Sciopp.
fibra] *fibram* Rhol. Venet. I. II. — *fibrae* Vertran.
fiber] *hinc fiber* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Sciopp.

C a p. XIV.

deinde de] *deinde* Havn.
feris] *fereis* Vulgat.
incipiam ab honore publico] om. Cod. B.
qui] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *quod* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
consuleret] Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *consulere populum et senatum debet* Cod. B. Vulgat. Vertran. — *consul populum et senatum* Havn.
Accius] Flor. Edit. princ. vet. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. Vertr. — *ut Tatius* Havn. — *Actius* ceteri.
consulat] *consat* Augustin. marg. ex libro.
consulciat] Florent. Havn. — *Consul fiat* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. — *Consul fuat* Augustin. in Emend. Sciopp. — *Consul cluat* doctus iuvenis apud Scalig. ad Fest. pag. 96.

Praetor dictus qui praeiret iure et exercitu; a quo id LUCILIUS

Ergo praetorum est ante praeire

Censor ad quoius censionem, id est arbitrium, censeretur populus. Aedilis qui aedes sacras et privatas procuraret. Quaestores a quaerendo qui conquirerent publicas pecunias et maleficia, quae triumviri capitales nunc conquirunt; ab his postea qui quaestionum iudicia exercent, Quaestores dicti. Tribuni militum quod terni tribus tribubus Ramnium, Lucerum, Ticium olim ad exercitum mittebantur. Tribuni plebei quod ex tribunis militum primum tribuni plebei facti, qui plebem defenderent in secessione Crustumerina. Dictator quod a consule dicebatur, quoi dicto audientes omnes es-

iure et exercitu] *iuri et exercitui* Turneb. Sciopp.
id] om. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
Lucilius] *Lucillius* Edit. vetust.
praetorum] *praetor* Havn.
ante praeire] *ante et praeire* Florent. Havn. — *praeire* Turn. Sciopp.
quoius] Havn. — *cuius* ceteri.
id est arbitrium] om. Sciopp.
Aedilis] *Aediles* Havn.
aedes] *aedis* Codex B.
his] *heis* Vulgat. — *iis* Havn.
quaestores dicti] *quaesitores dicti* Cod. B.
tribus] om. Havn.
Ramnium] *Ramium* Edit. princ.
Ticium] Florent. — *titium* Cod. B. — *ticiensium* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Tacium* Havn. — *Tatium* Augustin. marg. ex libro. — *Tatiensium* Vulgat. Vertr. Sciopp.
exercitum] *exercitium* Rhol. Venet. I. II.
plebei] *plebeii* Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr.; idem et infra.
quod] Florent. — *qui* ceteri.
tribunis] *tribuneis* Vulgat.
primum] om. Havn.
defenderent] *defenderunt* Havn.
in secessione] *in secessione in* Havn.
quoi] Havn. — *cui* Flor. Vulg. Sciopp. — *cuius* ceteri. —

sent. Magister equitum quod summa potestas huius in equites et accensos, ut est summa populi dictator, a quo is quoque magister populi appellatus. Reliqui quod minores quam hi magistri, dicti Magistratus, ut ab albo Albatus.

15. Sacerdotes universi a sacris dicti. Pontifices, ut SCAEVOLA QUINTUS Pontufex Maxumus dicebat, a posse et facere ut Potifices: ego a ponte arbitror; nam ab his sublicius est factus primum, ut restitutus saepe, 25

accensos] *adcensos* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
summa] *summi* Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *est summa* om. Sciopp.
populi dictator] *populi romani dictator* Cod. B. Vulgat. — *in populum romanum dictator* Vertran. — *in populum romanum dictatoris* Sciopp. et omisso *romanum* tacite Turneb. ad Ciceron. de legg. pag. 705.
hi] *ii* Havn.
magistratus] *unde magistratus* Cod. B.

Cap. XV.

universi] *universa* Gryph.
sacris] *sacreis* Vulgat.
ut] om. Turn. cod.
Scaevola Quintus] Florent. Turn. cod. Sciopp., nisi quod hic *Quinctus* scribit. — *a Scaevola qui* Edit. princ. vet. Rhol. — *Scaevola qui* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Q. Scaevola* Cod. B. Vulg. Vertran. — *a Scaevola Q.* Havn.
pontufex] Florent. — *pontifex* ceteri.
maxumus] Havn. — *maximus* ceteri.
dicebat] Havn. cod. Turn. Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *dicebatur* Flor. Ald. Bas. Par. Gryph. — *dicebatur dicebat* Edit. princ. vet. Rhol. — *dicebatur dicebatur* Venet. I. II.
ut potifices] Turnebus ex libris. — *ut pontifices* Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. — *at pontifices* Ald. Bas. Par. Gryph. — *pontifices* Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp.
ego] *ergo* Vertran.
ab his] Florent. Edit. princ. vet. Rhol. — *ab iis* ceteri.
sublicius] *sublitius* Edit. princ. vet. Rhol. — *sublicius pons* Cod. B.
ut restitutus] Florent. Havn. Sciopp. — *et restitutus* ceteri.

cum ideo sacra et uls et cis Tiberim non mediocri ritu fiant. Curiones dicti a curiis, qui fiunt ut in his sacra faciant. Flamines quod in Latio capite velato erant (23) semper ac caput cinctum habebant filo, Flamines dicti. Horum singuli cognomina habent ab eo Deo quoi sacra faciunt; sed partim sunt aperta, partim obscura. Aperta ut Martialis, Volcanalis; obscura Dialis et Furinalis, quom Dialis a Iove sit; Diovis enim: Furinalis a Furina quoius etiam in fastis Furinales feriae sunt. Sic Flamen

cum ideo] *quod eo* Augustin. marg. ex libro. — *quo ideo* Havn. omisso *sacra;* in quo latet *quom ideo.*

et uls et cis] Vulg. Sciopp. et Vertran. marg. — *et vis et cis* Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ab eis cis* Cod. B. — *et ultra et cis* Vertran.

tiberim] *tibrim* Edit. princ. vet.

non] *nu* Venet. I. II.

fiant] Florent. Vulg. Vertr. Sciopp. — *fiunt* ceteri.

curiis] *curieis* Vulgat.; item *heis* ubi *iis* Havn.

faciant] *fiant* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

in latio] om. Sciopp. — *in lano* Havn. — *in sacro* Ald. Bas. Par. Gryph. — *licio in apice velati* Scaliger.

velato] *vellato* Havn.

habebant] *habent* Gryph.

filo] *pileo* Cod. B.

quoi] Havn. — *cui* ceteri.

partim] *parti* Havn.

obscura] *oscura* Edit. princ.

ut] *et* Havn.

et] om. Edit. vetust.

quom] Havn. — *cum* ceteri.

a] *ab* Havn.

diovis enim] Florent. — *diovis est* Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. — *quod diiovis est* Cod. B. — *qui Diovis est* Vulg. — *diovis enim* διὸς *Iovis* Sciopp.

furina cuius] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. — *furrida cuius* Flor. — *furrida quoius* Havn. — *furida cuius* Cod. B. Edit. vet. Rhol. Venet. I. II. Sciopp. — *furidacus* Edit. princ.

fastis] *fasteis* Vulgat. — *fastis feriet Furinales sunt* Havn.

Falacer a divo patre Falacre. Salii a salitando quod facere in comitiis in sacris quotannis et solent et debent. Luperci quod Lupercalibus in lupercali sacra faciunt. Fratres Arvales dicti sunt qui sacra publica faciunt propterea ut fruges ferant arva, a ferendo et arvis fratres arvales dicti: sunt qui a Fratria dixerunt. Fratria est Graecum vocabulum partis hominum ut Neapoli etiam nunc. Sodales Titii dicti ab Titiis avibus quas in auguriis certis observare solent. Feciales quod fidei publicae inter populos praeerant; nam per hos fiebat ut iustum conciperetur bellum, et inde desitum ut foedere fides pacis constitueretur. Ex his mittebantur

salitando] Florent. Puccius Nott. Mssc. ad Catull. XVII, 6. — *saltando* ceteri.
in comitiis] om. Sciopp. — *in comitio* Cod. B. Vulg. Vertr. — *in comiciis* Havn. Edit. princ. vet.
sacris] *sacreis* Vulgat. item *quotanneis* et *arveis.*
et debent] *debent* Havn.
lupercalibus] *a lupercalibus* Havn.
sacra] om. Havn.
arvales] *carvales* Edit. vetust. — *Fratres arvales .... faciunt* om. Havn.
ut] *ut ut* Edit. vetust.
sunt qui a] Turneb. Vertran. Sciopp. — *sunt qr* Havn. — *sunt; quia* ceteri.
Neapoli] Turneb. Vertran. Scalig. — *Apolini* Florent. Edit. princ. vetust. — *Apoli* Havn. Cod. B. Sciopp. — *Neapoli vel Appuli* Augustin. marg. ex conj. — *Apollini* ceteri.
Titii] *Ticii* Florent. Edit. vetust.
Titiis] *Ticiis* Florent. — *tiliis* Edit. vetust. — *ab Titiis avibus* om. Havn.
quas in auguriis] *quod in tuguriis* Cod. B. — *quas inauguriis* Sciopp. — *tuguriis* etiam Augustin. marg. Vertran.
certis] *certeis* Vulgat.; item *heis.*
et inde desitum] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *et desitum* Cod. B. — *et indesitum* Edit. princ. vet. — om. Vertr. Sciopp. et iam Vulg. ut spuria inclusit. — Fort. *et inde definitum.*
ut] Florent. Havn. — *et ut* ceteri.
his] *iis* Havn.
mittebantur] *nittebant* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

tur antequam conciperetur, qui res repeterent, et per hos etiam nunc fit foedus quod Fidus ENNIUS scribit dictum.

16. In re militari Praetor dictus qui praeiret exercitui. Imperator ab imperio populi qui eos, qui id attentassent, oppressit hostes. Legati qui lecti publice, quorum opera consilioque uteretur peregre magistratus, quive nuntii senatus aut populi essent. Exercitus quod
26 exercitando fit melior. Legio quod leguntur milites in delectu. Cohors quod ut in villa ex pluribus tectis coniungitur ac quiddam fit unum, sic his ex manipulis pluribus copulatur cohors, quae in villa quod circa

conciperetur] Florent. Havn. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *conciperentur* ceteri.
hos] om. Havn.
Ennius scribit] Florent. Havn. — *scribit Ennius* ceteri.

Cap. XVI.

attentassent] Codex B. Gryph. Vertran. Vulgat. — *tentassent* Sciopp. — *attemptasset* Florent. — *attentasset* Edit. princ. vet. Rhol. Venet I. II. Ald. Bas. Par. — *atentassent* Havn.
oppressit] Florent. Vulg. Sciopp. — *oppressit ut* Cod. B. — *opprimeret* Gryph. Vertran. — *oppressi* ceteri cum Havn.
hostis] *hosteis* Vulgat. — *hostes* Gryph. Vertr. Sciopp.
quive] Flor. Vulg. Vertr. Sciopp. — *qui vel* Codex B. Edit. princ. vet. — *qui vere* Ald. Bas. Par. Gryph. — *qui* Rhol. Venet. I. II.
legio] *egio* Edit. vet.
tectis] *tecteis* Vulgat. — Fort. *textis*.
quiddam] *quidam* Edit. princ. vetust.
his] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *haec* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.
manipulis] *manipuleis* Vulgat.
pluribus] om. Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg.
copulatur] *populatur* Florent.
quae] om. Havn. Sciopp.
villa] *villa dicta* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr.

eum locum pecus coerceretur, tametsi cohortem in villa HYPSICRATES dicit esse Graece χόρτον apud poetas dictam. Manipulos exercitus minimas manus quae unum sequitur signum. Centuriae quae sub uno Centurione sunt, quorum centenarius iustus numerus. Milites quod trium millium primo legio fiebat ac singulae tribus Ticiensium, Ramnium, Lucerum millia singula militum mittebant. Hastati dicti qui primi hastis pu- (24)
gnabant, Pilani qui pilis, Principes qui a principio gla-

coerceretur] Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Vulg. — *coreretur* Florent. — *cooreretur* Havn. — *cohoreretur* Sciopp. — *coercetur* Cod. B. — *coheretur* Edit. princ. — *cohercetur* Edit. vetust. — *chooreretur* Rholand. — Fort. *cogeretur.*

cohortem] Florent. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *cohortes* ceteri.

Hypsicrates] Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *Ipsicrates* Florent. Turn. cod. unde *ipsa Crates* coniicit. — *Ipsi crates* Havn. — *Isicrates* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Vulg. — *Iphicrates* Augustin. marg. — Apud Gellium XVI, 12 vet. Victorii cod. *Hysicrates.*

χόρτον] Turneb. — χο. Havn. — *chorton* Sciopp. — κούρθον Vulgat. Vertran. — *cohorton* Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

minimas] Fort. *minima* vel *minima est.*

sequitur] Florent. Sciopp. — *sequuntur* ceteri.

centuriae] *centuria* Florent.; fort. *sunt* delendum.

Ticiensium] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. — *Titiensium* Venet. I. II. Ald. Bas. — *Taciensium* Cod. B. — *Tatiensium* ceteri.

Ramnium] Flor. Cod. B. Vulg. Sciopp. — *Ramnensium* ceteri.

millia] *milia* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. idem *milium* supra.

singula] om. Florent. Havn. Cod. B.

militum] om. Sciopp.

hastis] *hasteis* .. *pileis* Vulgat.

principes] *princeps* Edit. princ. vetust.

diis: ea post commutata re militari minus illustria sunt. Pilani Triarii quoque dicti quod in acie tertio ordine extremis subsidio deponebantur; quod hi subsidebant ab eo Subsidium dictum, a quo PLAUTUS

Agite nunc, subsidite omnes quasi solent triarii.

Auxilium appellatum ab auctu, quom accesserant ei qui adiumento essent alienigenae. Praesidium est dictum quia extra castra praesidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset. Obsidium dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi posset inde; item ab absidendo,

ea post] Havn. Sciopp. — *sed post* Turnebus. — *et post* ceteri.

commutata] *commuta* Gryph.

illustria] *illustres* Vulgat. Vertran.

sunt] *sumunt ut* Cod. B. *sumuntur* Vulgat. Vertran.

triarii quoque] *triani quoque* Florent. — *triariique* Ald. Bas. Paris. Cryph. Vertr.

tertio] *tercio* Edit. princ. vet. — *triario* Rhol.

extremis] *extremeis* Vulg. — *extremi* quidam apud Augustin. Vertr. Sciopp.

hi subsidebant] *ii subsedebant* Havn.

subsidite] *subsidete* Florent. Sciopp. — *subsidere* Havn.

appellatum] *appellatur* Cod. B. Vulg. Vertran.

quom] Havn. — *cum* ceteri.

accesserant] *accesserunt* Sciopp.

ei] Florent. Havn. — *ii* Sciopp. — om. ceteri.

est] om. Sciopp. Havn.

quia] *quod* Sciopp. Havn.

esset] *essent* Edit. princ.

obsidendo] *ossidendo* Edit. princ.

inde] Cod. B. Vulgat. Vertran. — *in die* Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par Gryph. Sciopp.

absidendo] Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. — *assidendo* Sciopp. — *obsidendo* Turnebi cod. Havn. unde *obscindendo* corrigit. — *abscidendo* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran.

quom id ideo facerent quo facilius deminuerent hosteis. Duplicarii dicti quibus ob virtutem duplicia cibaria ut darentur institutum. Turma terima est, (E in U abiit,) quod terdeni equites ex tribus tribubus Taciensium, Ramnium, Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum Decuriones dicti qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni. Quos hi primo administros 27
ipsi sibi adoptabant, Optiones vocari coepti, quos nunc propter ambitiones tribuni faciunt. Tubicines a tuba

quom] Havn. — *cum* ceteri.

id ideo] Florent. Cod. B. Edit. vetust. Vulg. Sciopp. — *ideo* ceteri.

facilius] om. Rhol. Venet I. II.

deminuerent] Florent. Havn. Sciopp. — *diminuerent* ceteri.

quae deminuuntur ita sunt, ut extremas syllabas habeant, ut a duodecim, una dempta uncia, Deunx; Dextans dempto sextante; Dodrans dempto quadrante; Bes, ut olim Des, dempto triente. In Argento Nummi . id ab Siculis. Denarii quod denos aeris valebant; Quinarii 48 quod quinos; Sestertius quod semis tertius: dupondius enim et semis antiquus sestertius. Est et veteris consuetudinis, ut retro aere dicerent, ita ut semis tertius,

deminuuntur] Florent. Vulg. Vertran. Sciopp. — *diminuuntur* Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Cod. Mon. Prisciani.
habeant] *habebat* Havn.
ut a duodecim] Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — omittit Priscianus. — *ut a decem* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ut de* Havn.
una dempta uncia] Ita et vulgati libri Prisciani. — *Unde dempta una uncia* Cod. Monac.
deunx] *deuncs* Cod. B.
dextans] *destans* Cod. B. — *dextrans* Havn.
des] *fortasse: dues* Sciopp. margine.
nummi] *numi* Gryph.
ab Siculis] Florent. Havn. Cod. B. Cod. Monac. Prisciani. — *a Siculeis* Vulg. — *a Siculis* ceteri.
denarii] *denarii quod denarii* Havn. Edit. princ. vetust. Rhol.
sestertius quod semis tertius] omnes Varronis libri praeter Sciopp. qui edidit: *sestertius quod binos semis.* — Apud Priscianum, unde hausisse videtur emendationem suam Sciopppius, vulgo: *Sestertius duobus semis.* Codex Monacensis: *Sestertius sestarius sesterius duobus semis.*
Dupondius] Flor.Havn. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. Prisc. — *Dupundium* Edit. princ. vetust. — *Dupondium* Rhol. Ven. I. II. — *Dipondium* Ald. Bas. Par. Gryph.
sestertius] *sextertius* Florent. — *sestrius* Cod. Monac. Prisciani.
est] om. Havn.
et veteris] ita et Priscianus; sed Cod. Monac. *ut veteris.*
aere dicerent] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *aera dicerent* Cod. B. Prisciani libri. — *aere dicerentur* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *aera dicerentur* Vulgat. Vertr. Sciopp.
ut semis tertius, quartus semis pronuntiarent] Florent. Havn.

semis quartus pronuntiarent. Ab semis tertius Sestertius dictus. Nummi denarii decuma Libella, quod libram pondo as valebat et erat ex argento parva. Sembella quod libellae dimidium, quod semis assis. Teruncius a tribus unciis, buod libellae ut haec quarta pars, sic Quadrans assis. Eadem pecunia vocabulum mutat; nam potest idem dici Dos, Arrabo, Merces,

Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ut semis tertius semis quartus pronuntiarent* Codex B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *ut semis quintus, semis quartus, semis tertius nunciarent* Priscianus.

Ab semis tertius sestertius dictus] Ita ex Prisciano scripsimus, ubi Cod. Monac. *sesterius* legit. — *Ab semis tertius dictus* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *Sestertius igitur ab semis tertius dictus* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — In margine Cod. Flor. .Y.

nummi] *numi* Par. Gryph.

decuma libella] *a decima libella* Priscianus. — His verbis locus Varronis, qui apud Priscianum exstat, finitur.

libram pondo as] *libram pundo as* Ed. princ. vet. — *libram aeris* Sciopp.

Sembella] *Simbella* Cod. B. Havn.

quod libellae] Florent. Havn. — *quod si libellae* Edit. princ. vetust. — *quod sit libellae* Cod. B. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

teruncius a tribus] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *terruncius a tribus* Florent. Havn. — *triuntius de tribus* Edit. princ. vet. — *teruncius de tribus* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

unciis qnod libellae ut haec quarta pars, sic quadrans assis.] Florent. Havn. — *unciis quod libellae valet quarta pars, sic quadrans assis.* Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *unciis sembellae quod valet dimidium et est quarta pars quadruncius sicut quadrans assis.* Cod. B. et omisso *quadruncius* Vulgat. Vertr. item Sciopp. qui in locum illius vocab. *libellae* reposuit. — Fort. inter *quod* et *libellae* desiderantur quaedam verba.

eadem pecunia] *eadem in pecunia* Edit. vetust.

idem] Codex B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *item* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

Corollarium. Dos si nuptiarum causa data . haec Graece δωτίνη; ita enim hoc Siculi; ab eodem Donum. Nam Graece ut issedonion et ut alii δόμα et ut Attici δόσιν. Arrabo sic data, ut reliquum reddatur; hoc verbum item a Graeco ἀῤῥαβών. Reliquum quod ex eo, quod debitum, reliquum. Damnum a

corollarium] *corallarium* Edit. princ. vetust.

dos] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *dos erit pecunia* Cod. B. Vulg. Vertran.

graece δωτίνη] Cod. B. Vulg. Vertran. — *graece dotine* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *graece* δωτήνη Ald. Bas. Paris. Gryph. — *graece .V.* Havn. — *graece* δῶς Scaliger. Sciopp.

donum] *domum* Cod B. Edit. princ. vetust. — *demum* Augustin. in margine ex libro. — *domim* Havn.

graece ut issedonion] Florent. — *graece ut* cum lacuna graecae vocis Havn. — *graece ut Assedonium* Turnebi vetus codex, unde ipse correxit: *graeci ut Asiae* δόμον. — *graece ut ipse donion* Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. — *graece* δῶρον Ald. Bas. Par. Gryph. — *graece ut ipse* δόμον Cod. B. — *graece ut ipsi* δῶρον Vulg. Vertran. — *graece ut Iones* δόμον Scioppius; in qua *Iones* verum videtur. — *graece ut a se domum* Turnebus in alio invenit Codice. — *Fort. nam Graeci ipsi* δάνειον Buttmannus.

et ut alii δόμα] *et ut alii doma* Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *et ut alii* cum lacuna graecae vocis Havn. — *ut alii doma* Cod. B. — *ut alii* δόμα Vulgat. Vertran. — *ut Aeoles* δόμα Sciopp.

dosin] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — δόσις Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — lacuna in Havn.

sic data] Florent. Havn. — *data* Sciopp. — *sic dicta* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. — cf. Vossius de Analog. pag. 86.

item] Havn. — om. ceteri.

ἀῤῥαβών] ἄῤῥαβων Cod. B. — ἀῤῥαβον Rhol. Venet. I. II. — ἄῤῥαβον Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. — *arrabon* Flor. Ed. princ. vet.

Reliquum quod ex eo quod debitum reliquum] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *Reliquum ex eo quod debitum reliquum* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *Reli-*

demptione, quom minus re factum quam quanti constat. Lucrum ab luendo, si amplius quam, ut exsolveret, quanti esset, captum. Detrimentum a detritu, quod ea quae trita, minoris pretii. Ab eadem mente Intertrimentum ab eo, quod duo quae inter se trita, et deminuta, a quo etiam Intrigo dicta. Multa a pecunia quae a magistratu dicta, ut exigi posset ob peccatum. Quod singulae dicuntur appellatae esse, multas quod

quum quod ex eo quod debitum reliquit Cod. B. ita etiam omisso priori *quod* Vulg. Vertr. — om. Sciopp.

quom] Havn. — *cum* ceteri.

ne factum] *refectum* Turnebus, a Scioppio receptum. — Fort. *redactum.*

ab luendo] Flor. Vulg. Vertran. Sciopp. — *a luendum* Havn. — *a luendo* ceteri.

quam ut exsolveret] Florent. Edit. princ. vetust. Victor. Var. Lect. XIII, 24. — *quam ut exolveret* Rhol. Ven. I. II. — *quam quod exsolveret* Havn. — *quam ut exoluerit* Cod. B. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *quam exoluerit* Vulg. — *ex eo luerit* Augustin. marg. ex coniect. Vertranius. — *exolveret quam* Turnebus. — *quam* Sciopp.

pretii] *precii* Rhol. Venet. I. II. Gryph. — *praetii* Floreut.

ab eadem mente] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *ad eadem* Vertran. — *ab eadem* Vulgat. — *ab eodem* Sciopp.

a quo] *et a quo* Havn.

etiam intrigo dicta] Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet I. II. Ald. Basil. — *etiam intertrigo dicta* ex Bentini castigatione Paris. Gryph. — *etiam intrigo dicta et intertrigo* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp.

multa] *mulcta* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

a pecunia] *pecunia* Vertran. Sciopp.

posset] Florent. Havn. Cod. B. — *possit* ceteri.

quod singulae] *quo singulae* Vertran.

esse] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Vertr. Vulg. — *eae* Ald. Bas. Paris. Gryph. Sciopp. — Fort. *quod . . . esse* ex glossa in textum illata.

multas] Havn. Codex B. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *mulctas* Florent. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. — *multae* Vulg. Vertr. — *multa* Sciopp.

olim unum dicebant, Multae; itaque quom in dolium aut culeum vinum addunt rustici, prima urna addita, dicunt etiam nunc. Poena a poeniendo aut quod post peccatum sequitur. Pretium quod emptionis aestimationisve causa constituitur, dictum a peritis, quod hi soli possunt facere recte id. Si quid datum pro opera 49
aut opere, Merces a merendo. Quod manu factum (42)
erat et datum pro eo, Manupretium a manibus et pre-

unum dicebant] Flor. Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *vinum dicebant* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
multae] Havn. Cod. B. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *mulctae* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *multa* Vulgat. Vertran.
cum in dolium] Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *cum dolium* Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quom dolium* Havn.
vinum addunt] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Vertr. — *unum addunt* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *vinum indunt* Sciopp.
urna] *vina* Havn.
etiam nunc] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *etiam nunc multiam* Cod. B. — *etiam nunc multa* Vulgat. Vertran.
poeniendo] Florent. Havn. Edit. princ. Rholand. Venet. I. II. Sciopp. — *puniendo* Cod. B. Edit. vetust. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran.
aut quod] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *quod* Cod. B. Sciopp. — *vel a ponendo aut quod* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *vel a poenitendo quod* Vulg. Vertr.
post] om. Havn. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
peccatum] *pecatum* Edit. vetust.
sequitur] *sequitur pena* Edit. vet. — *sequitur post* Ald. Bas. Paris. Gryph.
emptionis aestimationisve] Florent. — *emtionis aestimationisque* Havn. — *aestimationis emptionisve* ceteri.
peritis] *periteis* Vulg.
hi soli] Florent. — *ii soli* Havn. — *hi solum* ceteri.
possunt facere] *facere possunt* Havn.
merendo] *mercendo* Havn.
manupretium] *manu pretium* Edit. princ. — *manupraetium* Florent. — *manupertium* Edit. vetust.

tio. Corollarium si additum praeter quam quod debitum eius; vocabulum fictum a corollis, quod eae cum placuerant actores, in scena dari solitae. Praeda est, ab hostibus capta quod manu parta, ut parida Praeda. Praemium a praeda, quod ob recte quid factum concessum. Si datum quod reddatur, Mutuum, quod Siculi μοῖτον; itaque scribit SOPHRON μοῖτον ἀντὶ μοίτου, et Munus quod mutuo animo qui sunt, dant officii causa. Alterum munus quod muniendi causa imperatum, a quo etiam Municipes qui una munus fungi debent,

debitum eius] *debitum est* Sciopp.
fictum] *factum* Lipsius Epist. Cent. II. ad Belg. epist. C.
corollis] *corolleis* Vulg.
eae] Florent. Havn. — *hec* Edit. vetust. — *hae* ceteri.
placuerant] *placuerunt* Lipsius loco laud.
ut parida] *parida* Cod. B.
praemium a praeda] omnes nostri. — *praedia primum a praeda* Turnebi cod. Sciopp. in margine.
Si datum] Florent. Havn. — *datum* Turnebi cod — *si datur* ceteri.
μοῖτον] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *meton* Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *maeton* Havn.
itaque] Florent. Havn. Sciopp. — *ita* ceteri.
Sophron] *Sophoron* Edit. princ. vet. — *Sophroon* Rhol. Venet. I. II. — *Sophrona* Havn.
meton anthymo] Flor. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *moetum anthimo* Havn. — μοῖτον ἀνατίθημον Codex B. Vulg. Vertran. Sciopp.; postremus in margine: *al.* (Turn.) μοῖτον ἀντιμῶ. *al.* (Scalig.) μοῖτον ἀντίτιμον. — μοῖτον ἀντὶ μοίτου vid. ad Hesych. tom. II, 613 seqq. et Schow.
munus] om. Cod. B. — *moenus* Sciopp.
quod] *in* Edit. princ. vetust. — omissum in Cod. B. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
muniendi] *minuendei* Codex B. — *muniendei* Vulgat.
causa] *caussa* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
imperatum] *nuncupatur* Edit. princ. vetust.
municipes] *municeps* Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
una] *iura* Edit. princ. vetust.

dicti; si his... Ea pecunia quae in iudicium venit in litibus, Sacramentum a sacro. Qui petebat et qui inficiabatur, de aliis rebus utrique quingenos aeris ad pontem deponebant, de aliis rebus item certo alio legitimo numero assum; qui iudicio vicerat, suum sacramentum a sacro auferebat, victi ad aerarium redibat. Tributum dictum a tribubus quod ea pecunia, quae

dicti * si his ea pecunia] Ald. Basil. Paris. Gryph., et omisso asterisco Ven. I. II. — *dicti si is ea pecunia* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Sciopp. — *dicti. Ea pecunia* Cod. B. Vulg. Vertran. — Fort. *si is* ad seq. *quis* vel *qui* pertinent.

iudicium] *indicium* Florent. — *quae indicium in litibus venit* Havn.

sacramentum] *sacramentum dicitur* Cod. B.

qui petebat] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *quis petebat* Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.

inficiabatur] *inficiebatur* Havn. Ed. princ. vetust. Venet. I. II. — *interficiebatur* Cod. B.

utrique] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vertran. Sciopp. — *uterque* Codex B. Havn. Vulgat.

quingenos] Florent. Havn. — *quinquagenos* Cod. B. Vertran. in margine. — *quingentos* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *L.* Pithoeus.

deponebant] Florent. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *dependebant* Codex B. Edit. princ. vet. — *quinquagenos aeris ad pontificem dependebant* Augustin. marg. ex libro, Pithoeus Subs. Advers. 18. — *ad pontificem* Vertranio receptum. Vulgatam sine suspicione Casaub. ad Athen. IV, 21.

assum] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *assium* Vulgat. Vertr. Sciopp.

suum] *sum* Havn.

redibat] Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. Victorius. — *redibant* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *reddibat* Havn.

a sacro] *e sacro* Havn.

quae populo] Florent. Sciopp. — *quae a populo* ceteri.

populo imperata erat, tributim a singulis pro portione census exigebatur. Ab hoc ea quae assignata erat, Attributum dictum; ab eo quoque quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant, Tribuni Aerarii dicti; id quod attributum erat, aes militare; hoc est quod ait PLAUTUS

Cedit miles, aes petit.

et hinc dicuntur milites Aerarii, ab aere quod stipendia facerent hoc. Ipsum stipendium ab stipe dictum, quod aes quoque Stipem dicebant; nam quod asses li-
50 bras pondo, [erant] qui acceperant maiorem numerum, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est componebant, quo minus loci occuparet,

erat] om. Cod. B.
tributim] *tributi* Edit. princ. vet.
singulis] *singuleis* Vulgat.
pro portione] *proportione* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
exigebatur] Flor. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *exigebantur* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
assignata] *adsignata* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
erat] *erant* Cod. B.
attributum] *adtributum* Vulg. Vertr. — *actributum* Cod. B.
ab eo] *ab* Havn.
attributa] *adtributa* Vulg. Vertr. — *actributa* Cod. B.
id quod] *in quos* Cod B. Augustin. margine.
attributum] *adtributum* Vulg. Vertr. — *actributum* Cod. B.
Plautus] Aulular. III, 5, 52. — *caedit* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
miles] *milites* Havn.
ab stipe] Florent. Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *a stipe* Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
quoque stipem] *quoque et stipem* Havn.
libras] Flor. Havn. Sciopp. Turnebi codex. — *librae* ceteri.
erant] Delendum hoc verbum.
acceperant] *acceperunt* Havn.
arca] *aera* pr. m. Havn.
cella] Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *caella* ceteri.

ab stipando Stipem dicere coeperunt. Stipa ab στοιβή fortasse, Graeco verbo. Id apparet quod ut tum institutum, etiam nunc, Diis cum thesauris asses dant, Stipem dicunt, et qui pecuniam alligat, Stipulari et Restipulari. Milites stipendii ideo quod eam stipem pendebant; ab eo etiam ENNIUS scribit

Poeni stipendia pendunt.

Ab eodem aere pendendo Dispensator et in tabulis (43)
scribimus Expensum, et inde prima Pensio et sic se-

ab stipando] Florent. — *a stipando* ceteri.
stipa ab στοιβή] ita nos ex Florent. qui sic: *stipa ab* STOЄBЄ: videtur tamen scribendum *stips.* — *stipa a stoepe* Sciopp. — *stipa a G.* Havn. — *stipa ab στόνε* Codex B. — *stipa ab* addita lacuna Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *stipa ab στειφειν* Basil. — *stipare ab στείβειν* Ald. Vulg. Vertran. — *stipo ab στείβειν* Paris. Gryph. — *Fulvius Ursinus: stipa a στοιβάζειν* Sciopp. margine.
verbo] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *vocabulo* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *verbo graeco* Havn.
ut tum] Florent. Havn. Sciopp. — *ut alias tum* ceteri. — — cf. Turneb. ad Cicer. de legg. II, 9. pag. 633 Cr.
thesauris] *thesaureis* Vulg.
pecuniam] *pecuhiam* Havn.
milites stipendii] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *milites stipendiarii* Cod. B. Vulg. Vertr. — *militis stipendiarii* Augustinus in margine ex coniectura. — *militis stipendia* Sciopp. — *limiteis* Stewechius ad Veget. I, 18.
etiam Ennius] Florent. Havn. — *Ennius* ceteri.
scribit] *scribet* Edit. princ. vetust.
pendunt] *pendent* Edit. princ. vetust.
eodem aere pendendo] Flor. Havn. — *eodem pendendo* Sciopp. — *eodem aere in pendendo* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *eodem aere impendendo* Codex B. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr.
tabulis] *tabuleis* Vulgat.
et inde prima] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *et in prima* Florent. — *et prima* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
sic secunda] Flor. Havn. Sciopp. — *sic aut secunda* ceteri.

cunda aut quae alia, et Dispendium, ideo quod in dispendendo solet minus fieri; Compendium quod quom compenditur, una fit; a quo usura quod in sorte accedebat, Impendium appellatum; quae quom accederet ad sortem, usu Usura dicta, ut Sors quod suum fit sorte. Per trutinam solvi solitum, vestigium etiam nunc manet in aede Saturni, quod ea etiam nunc propter pensuram trutinam habet positam. Ab aere Aerarium appellatum.

37. Ad vocabula quae pertinere sumus rati, ea quae loca et ea quae in locis sunt, satis arbitror dicta, quod neque parum multa sunt aperta, neque si amplius velimus, volumen patietur. Quare in proxumo, ut in primo libro dixi, quod sequitur de temporibus dicam.

quod cum compenditur] *quod quom compenditur* Rholand. — *quod cum compendetur* Florent. — *quod quom compendetur* Havn. unde *quom* scripsimus. — *quod compenditur* Editio princ. vetust.
una fit] Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *una sit* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
in sorte] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *in sortem* Vulg. Vertran. Sciopp. — *in forte capitali* Havn.
usum] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *usu* Ald. Bas. Par. Gryph. — *et usum* Cod. B. — *ex usu* Vulgat. Vertran. Sciopp.
dicta] *dictum* pr. m. Havn.
quae quom] Havn. — *quae cum* ceteri.
fit sorte] *sit sorte* Codex B.
ea etiam nunc] Vulg. Vertran. Sciopp. — *ea iam nunc* Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
propter] *et propter* Havn.
habet] om. Havn.

Cap. XXXVII.

quae pertinere sumus rati] haec verba post illa: *quae in locis sunt* Sciopp.
quae loca] Florent. Havn. — *quae et loca* ceteri.
locis] *loceis* Vulgat.
arbitror] *ut videor* Havn.
proxumo] Havn. — *proximo* ceteri.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD

M. TULLIUM CICERONEM

LIBER SEXTUS.

1. Origines verborum quae sint locorum, et ea quae 51
in his, in priore libro scripsi. In hoc dicam de voca-

LIBER SEXTUS.

M. Terenti Varronis De lingua latina liber quintus explicit, incipit liber sextus. Florent. — *M. Terentii Varronis Liber Secundus incipit* Edit. princ. Rhol. Venet. I. II. — *M. Terentii Varronis Liber Secundus de Vocabulis Temporum rebusque inter agendum fiunt.* Edit. vetust. — *M. Ter. Var. de linqua latina et de verborum origine ad Ciceronem Liber quintus.* Ald. Bas. Par. Gryph. — *M. Terentii Varronis de lingua latina ad M. Tullium Ciceronem liber quintus.* Vulgat. Vertran. — *M. Terentii Varronis De lingua latina. Liber Quintus ad M. Tullium Ciceronem.* Sciopp. — In Cod. B. Havn. nulla exstat inscriptio.

Cap. I.

Origines] *Origineis* Sciopp.
quae] *qua* Florent.
sint] Florent. Havn. Cod. B. Ed. princ. vetust. — *sunt* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp.
et ea quae] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *et quae* Codex B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp.
his] *hieis* Cod. B. — *heis* Vulgat.

bulis temporum et earum rerum quae in agendo fiunt aut dicuntur cum tempore aliquo ut Sedetur, Ambulatur, Loquuntur. Atque si qua erunt ex diverso genere adiuncta, potius cognationi verborum quam auditori calumnianti geremus morem. Huius rei auctor satis mihi CHRYSIPPUS et ANTIPATER et illi in quibus, si non tantum acuminis, at plus literarum, in quo est ARISTOPHANES et APOLLODORUS, qui omneis verba ex verbis ita declinari scribunt, ut verba literas alia assu-
(44) mant, alia mittant, alia commutent, ut fit in Turdo et Turdario .T. Turdelice. Sic declinantes Graeci nostra

vocabulis] *vocabuleis* Vulg.
loquuntur] Cod. B. Rhol. — *loquontur* Florent. Havn. — *loquitur* ceteri.
geremus] Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *gerimus* Edit. vet. — *oremus* Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. Rhol. Venet. I. II.
auctor] *author* Ald. Bas. — *autor* Par. Gryph.
Chrysippus] *Aristippus* Turnebi Codex.
et Antipater] Flor. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *aut Antipater* Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
et illi] *aut illi* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.
si non] Florent. Havn. — *et si non* ceteri.
at plus] *aut plus* Havn. Ven. I. II.
literarum] *litterarum* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp.
Apollodorus] *Appolodorus* Edit. vetust.
omneis] Florent. — *omnes* ceteri.
eorum verbis] Flor. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. — *ex verbis* Cod. B. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vertran. Sciopp. — *ex verbeis* Vulg. — *ex urbis* Havn.
literas] *litteras* Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Vulg. Vertran. Sciopp.
assumant] Florent. Havn. Edit. princ. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *assummant* Edit. vetust. — *adsumunt* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.
mittant] Flor. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *mutent* Havn. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *amittant* Turnebus. Vulg. Vertr. Sciopp.
et turdario .T. Turdelice] Flor. Turnebi vetus, qui ultimum

nomina dicunt Leucienum Λευκίενον, et Quintium Κοΐντιον, et Ἀρίσταρχον illi, nos Aristarchum, et Δίωνα Dionem; sic, inquam, consuetudo nostra multa declinavit ut a Vetere... ab Solu Solum, ab Libero Libe- 52

in *Turdelico* mutandum censet. — *et turdario .T. turdelite* Havn. — *et turdario Turdelicio* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *in turdario, in turdelice* Cod. B. Vulgat. Vertr. — *in turdario, in turdellis* Sciopp.

Leucienum Leucienon] Florent. — *Leucienum* λευκιενὸν Sciopp. — *Leucienum* Λουκΐενον Havn. — *lucienum lucienon* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *Lucianum* Λουκιανὸν Ald. Vulg. Vertr. — *Lucianum* Λουκιανὸν Bas. Par. — *Lucinum* Λουκιανὸν Gryphius. — Fort. *Lucium* Λεύκιον vel *Lucinium* Λευκίνιον.

Quintium Κοΐντιον] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *Quintum* Κοΐντον Ald. Basil. Paris. Gryph. — *Quinctium Quinction* Florent. Codex B. — *Quintum Quinton* Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. — *Quintium* Havn.

et Ἀρίσταρχον Aristarchum] Havn. — *et Aristarchon Aristarchum* Florent. — *et Aristarchon illi, nos Aristarchum* Rhol. Venet. I. II. — *et Aristarion illi, nos Aristarium.* Edit. princ. vet. — Ἀρίσταρχον *illi, nos Aristarchum* Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp.

Δίωνα] *Diona* Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — Δίονα Havn.

sic inquam] Florent. Havn. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *sicut inquam* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

declinavit ut a vetere ut ab] Flor. et omisso altero *ut* Havn. — *declinavit a vetere..... ab* Codex B. — *declinavit ut a vetere vetustum, ab* Vulgat. Vertran. Sciopp. — *ut a vetere* om. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — Fort. *declinavit ut a veter vetus, ut ab* conf. Priscian. III, 118, VI, 274.

solu] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Sciopp. — *soluo* Cod. B. — *solo* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr.

solum] *solium* Scaliger.

ab libero liberam] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. — *ab libero libera* Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *ab libero liberum* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ab leibero liberum* Popma. — cf. Stephan. Append. pag. 28.

ram, ab Lasibus Lares, quae obruta vetustate, ut potero eruere conabor.

2. Dicemus primo de temporibus, quam quae per ea fiunt, sed ita ut ante de natura eorum; ea enim dux fuit ad vocabula imponenda homini. Tempus esse dicunt intervallum mundi et motus . id divisum in parteis aliquot maxume ab solis et lunae cursu . itaque ab eorum tenore temperato Tempus dictum, unde Tempestiva; et a motore eorum, qui toto caelo coniunctus Mundus, Deo motus casu venit, quo tempus id ab hoc Deo Dies appellatur. Meridies ab eo quod medius

Cap. II.

quam quae] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *et quae* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *quaeque* Turnebus. — *quamque* Havn.
fiunt] *fiant* Havn.
fuit] *fit* Havn.
intervallum] *invallum* Havn.
mundi et motus] *mundi motus* Turnebus, Scalig. Sciopp.
parteis] Flor. Havn. Cod. B. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *partis* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.
maxume] Havn. — *maxime* ceteri.
ab eorum] *eorum* Havn.
temperato] *temperatio* Havn.
tempestiva] *tempestas* Sciopp.
et a motu eorum] Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *et a motore eorum* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *et a motor eorum* Florent. — *aetas . motor eorum* Scaliger. — *unus motus solis est, quo toto coniunctus mundo ab ortu in occasum venit. Tempus id* Sciopp. — *et a motore . . . Deo ortus occasus venit* Popma.
deo motus] *duo motus* Florent. Havn. — *dio motus* Cod. B. Augustin. margine. — *a toto caelo* paulo ante Vertran.
quo tempus] Florent. Havn. Cod. B. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *a quo tempus* Vulgat. Vertran.
hoc deo] *hoc dio* Cod. B. Augustinus margine.
ab eo quod] *ab quod* Havn.

dies. D antiqui, non R in hoc dicebant, ut Praeneste incisum in solario vidi. Solarium dictum id, in quo horae in sole inspiciebantur, quod Cornelius in basilica Aemilia et Fulvia inumbravit. Diei principium Mane quod tum manat dies ab oriente, nisi potius quod bonum antiqui dicebant Manum, ad quoiusmodi religionem Graeci quoque quom lumen adfertur, solent dicere φῶς ἀγαθόν. Suprema summum diei, id a superrimo. Hoc tempus XII tabulae dicunt Occasum esse solis; sed postea lex Praetoria id quoque tempus iubet esse supremum quo praeco in comitio supremam pronuntiavit populo. Secundum hoc dicitur Crepusculum a

in hoc] Florent. Havn. Sciopp. — *in hoc loco* ceteri.

vidi. Solarium dictum id in quo horae in sole inspiciebantur.] Flor. Havn. Ald. Basil. Paris. Gryph. Sciopp. — om. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II., item sed servato *vidi* Cod. B. Vulgat. Vertran.

in basilica Aemilia et Fulvia] omitt. Sciopp. — *Aimilia* Cod. B. scribit, *Emilia* alii.

diei] *dei* Havn.

quod tum] *quod cum* Florent.

quoiusmodi] Havn. — *cuiusmodi* ceteri.

quom] Havn — *cum* ceteri.

affertur] *adfertur* Vulg. Vertran. Sciopp. — *infertur* Erasm. Adag. II, 7, 77. — *effertur* Havn.

φῶς ἀγαθὸν] om. Edit. princ. vet. — φῶς ἀνθὸν Havn.

suprema] *supra* Gryph.

ab superrimo] Florent. Havn. Cod. B. Augustin. marg. Gronov. ad Gellium XVII, 2, pag. 361. — *a suprimo* Sciopp. — *a supremo* ceteri.

XII tabulae] *duodecim tabulae* Vulg. Vertr. Sciopp.

iubet esse] *esse iubet* Havn.

quo praeco] Sciopp. ex Fulvii Ursini emendatione ad Augustin. legg. pag. 349. cf. Acidal. in Plauti divinat. pag. 560. Augustin. ad Fest. pag. 550. — *quo praetor* libri omnes.

comitio] *comicio* Edit. princ. vetust.

pronunciavit] *pronunciatu* Havn.

crepero. Id vocabulum sumpserunt a Sabinis, unde veniunt Crepusci nominati Amiterno, qui eo tempore erant nati, ut Lucii prima luce in creatione. Crepusculum significat dubium; ab eo res dictae dubiae Creperae, quod Crepusculum dies etiamnunc sit an iam nox, multis dubium. Nox quod, ut CATULUS ait, omnia nisi interveniat sol, pruina obriguerint; quod no-
53 cet, nox, nisi quod Graece νύξ nox. Quom stella pri-

crepero] Flor. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Vulg. Vertr. Sciopp. — *crepo* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

Sabinis] *Savinis* Florent. — *Sabineis* Vulg.

amiterno] *a miterno* Havn.

qui] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *quod* Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertran. Sciopp.

eo] *ea* Havn.

Lucii] *Luci* Flor. Havn.

in creatione] *creati* Vertran. — *Reate* Augustinus in marg. ex libro. — *in reatione* Havn. Sciopp.

dictae dubiae] Florent. Havn. — *dubiae dictae* ceteri.

etiam nunc] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *etiam num* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — Fort. *iam num.*

multis] *multeis* Vulgat.

nox quod ut] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ald. Bas. Par. Gryph. (Ven. I. II. errore *quo*) — *nox ut* Vulg. Vertran. Sciopp.

Catulus] Florent. Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertran. — *Catullus* Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. Augustin. margine. — *Pacuvius* Scaliger.

ait, omnia] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *ait, quod omnia* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — Notandum in Cod. B. totam hanc sententiam a voce *Nox* usque ad *graece νὺξ nox* hoc loco desideratum post Plauti versum... *vergiliae occidunt* insertam legi.

νύξ] lacuna Edit. princ. vetust.

nox] om. Sciopp.

quom] Havn. — *cum* ceteri.

ma exorta, eum Graeci vocant ἕσπερον, nostri Vesperuginem ut PLAUTUS

Neque vesperugo neque vergiliae occidunt.

Id tempus dictum a Graecis ἑσπέρα, Latine Vesper, (45) ut ante solem ortum quod eadem stella vocatur Iubar, quod iubata, PACUVIANUS dicit Pastor

Exorto iubare, noctis decurso itinere

ENNIUS

Aiax, lumen iubarne in caelo cerno?

eum graeci] Florent. — *quam graeci* Sciopp. — *cum Graeci* Havn. — *graeci* ceteri.

ἕσπερον] *Hesperon* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.

Plautus] Amphitruo I, 1, 119. — cf. Lindenbr. ad Censor. pag. 176. — *Plautus ait* Havn.

neque vesperugo] *nec vesperugo* Vertran. Sciopp. qui item et *nec vergiliae.*

id tempus] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Sciopp. — *Exortae stellae tempus* Cod. B. Vulg. Vertran.

dictum] *deinde* Havn.

graecis] *graeceis* Vulgat.

ἑσπέρα] *hespera* Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

ut] Fort. nisi exciderunt quaedam verba, *et.*

quod] om. Sciopp.

vocatur] Flor. Havn. Sciopp. — *vocabatur* ceteri.

Pacuvianus] Victorius Var. Lect. Mssc. Turnebus. — *Pacuius* Edit. princ. vet. — *Pacuvius* ceteri. — cf. VII, 4.

pastor] *pactor* Havn.

Ennius] *Ennii* Edit. princ. vet.

Aiax] *Alius Vet. Codex: Alax* Sciopp. marg. et ita Havn. — *Aiace* Paris. Gryph. Columna ad Ennium pag. 221 H.

iubarne] Havn. Paris. Gryph. — *iubarve* ceteri.

Inter vesperuginem et iubar dicta Nox Intempesta, ut in Bruto CASSII quod dicebat Lucretia

Nocte intempesta nostram devenit domum

Intempestam AELIUS dicebat quom tempus agendi est nullum, quod alii Concubium appellarunt, quod omnes fere tunc cubarent; alii ab eo quod sileretur, Silentium noctis, quod idem PLAUTUS tempus Conticinium; scribit enim

Videbimus : factum volo . i redito conticinio

Alter motus solis est, alter caeli, quod movetur a bruma ad solstitium. Dicta Bruma quod brevissimus tunc dies est; Solstitium quod sol eo die sistere videbatur;

vesperuginem] *veperuginem* Edit. princ.
nox intempesta] Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Sciopp. — *nox. Intempesta nox* Cod. B. Vulg. Vertran. — *nox tempesta* Havn.
Cassii] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Cassius* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *C. Accii* Victorius, Turneb. Scaliger.
dicebat] *dicit* Havn.
devenit] *advenit* Augustin. Vertran. in margine ex libro. — *devenit ad domum* Stephan. Fragg. Poetar. vett. Latin. pag. 40. ut quidam VII, 4.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
concubium] *inconcubium* Florent. — *in concubium* Havn.
omnes fere] Florent. — *fere omnes* ceteri.
Plautus] Asinar. III, 3, 95.
videbimus] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *videmus* Cod. B. Edit. princ. vet.
redito] Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *reditio* Havn. — *i redito* Vulg. Vertr. Sciopp. — *redito huc* Plauti libri.
est] om. Codex B.
alter caeli] om. Sciopp. et in margine: *Primus motus pagina priore.*
quod] *quo* Sciopp.
tunc dies] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Sciopp. — *dies* Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertran.
videbatur] Florent. Havn. Cod. B. — *videtur* Ed. princ. vet.

aut quod sol ad nos versum proximum est solstitium. Quom venit in medium spatium inter brumam et solstitium, quod dies aequus fit ac nox, Aequinoctium dictum. Tempus a bruma ad brumam dum sol redit, vocatur Annus; quod ut parvi circuli Anuli, sic magni dicebantur circites Ani, unde Annus. Huius temporis pars prima Hiems, quod tum multi imbres; hinc Hi-

Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *videatur* Vulg. Vertr. Sciopp.
quod sol ad nos] *quod ad nos* Havn. Sciopp.
versum] *versus* Sciopp.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
quod dies] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *et dies* Edit. princ. vetust. — *quod* Cod. B.
fit] Florent. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. — *sit* Havn. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
parvi] Florent. Havn. Edit. princ. vet. — *parvuli* Codex B. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp.
circuli] *ciruli* Florent.
anuli] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. Rhol. Venet. I. II. Sciopp. — *annuli* Edit. vet. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertran.
dicebantur circites] *circites dicebantur* Codex B. — *circites* om. Scalig. Sciopp. — *circi* Augustin. in margine ex libris, Vertran. in textu.
ani] Florent. Havn. Sciopp. — omittunt Edit. princ. vet. — *anni* ceteri.
unde annus] *unde anni* Edit. princ. vetust.
huius] *hius* Cod. B.
pars prima] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *pars*, omisso *prima* Cod. B. Edit. princ. vet.
hyems] Flor. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. — *hyemis* Gryph. — *hiems* Havn. Codex B. — *hiemps* Vulgat. Vertran. Sciopp.
quod] *vel quod* Codex B.
imbres] omnes praeter Vulgat. Vertr. Sciopp., qui *himbres*.
hibernacula] *ibernacula* Ed. princ. vet. — *hybernacula* Cod. B. Ald. Bas. Paris. Gryph.

bernacula, Hibernum; vel quod tum anima quae flatur, omnium apparet, ab hiatu Hiems. Tempus secundum Ver quod tum vivere incipiunt virgulta ac vertere se
54 tempus anni; nisi quod Iones dicunt ἦρ ver. Tertium ab aestu Aestas; hinc Aestivum; nisi forte a Graeco αἴθεσθαι. Quartum Autumnus...

MULTA DESUNT.

... ab sole, sicut Mensis a lunae motu dictus, dum ab sole profecta rursus redit ad eum luna, quod Graece

hibernum] *ibernium* Edit. princ. vetust. — *hybernum* Cod. B. Ald. Bas. Paris. Gryph.

vel] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *ve* Cod. B. Edit. princ. vetust.

omnium] *hominum* Havn.

apparet] *opparet* Gryph.

hiems] Florent. Edit. princ. vet. — *hyems* Rhol. Ven. I. II. (quae et *hyatu* scribunt) Ald. Bas. Par. Gryph. — *hiemps* Havn. Vulg. Vertr. Sciopp.

vivere] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Vertr. Sciopp. — *virere* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — cf. V, 21.

ac] *et* Havn.

dicunt ἦρ ver] sic nos; item Victorius, nisi quod hic ἔαρ. — *dicunt et ver* Florent. Havn. — *dicunt* βῆρ Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *dicunt ver* Edit. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

aestivum] *aestivus* Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.

αἴθεσθαι] omittit Edit. princ. vet. — αἴθεσθε Havn.

autumnus] *auctumnus* Vulgat. Vertran. Sciopp. — *automnus* Havn.

MULTA DESUNT] Vulg. Vertr. Sciopp. — In reliquis nulla lacunae vestigia.

sicut mensis] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *sic mensis* Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertran. Sciopp.

a] *ab* Havn.

olim dicta μήνη, unde illorum μῆνες; ab eo nostri. A mensibus Intermestris dictus, quod putabant inter prioris mensis senescentis extremum diem et novam lunam esse diem quem diligentius Attici ἔνην καὶ νέαν appellarunt; ab eo quod eo die potest videri extrema et pri- (46)
ma luna. Lustrum nominatum tempus quinquennale a luendo, id est solvendo; quod quinto quoque anno vectigalia et ultro tributa per censores persolvebantur. Seclum spatium annorum centum vocarunt, dictum a sene, quod longissimum spatium senescendorum homi-

μήνη] Cod. B. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *mene* Florent. Rhol. Venet. I. II. — *menen* Edit. princ. vet. — μ Havn.
illorum μῆνες] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *illorum menes* Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *illorum menses* Havn.
nostri] *nostri menses* Sciopp.
intermestris] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *intermenstris* Rhol. Venet. I. II. — *intermensis* Ald. Bas. Par. Gryph.
dictus] *dicta* Sciopp. — *dictum* Havn.
prioris] *priores* Ald. Bas. Paris. Gryph.
mensis] Florent. Havn. Cod. B. Rholand. Venet. I. II. Vulg. Vertr. — *menses* Edit. princ. vetust. Ald. Bas. Par. Gryph. — omisit Sciopp.
extremum diem] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *extremos dies* Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *extremus dies* Edit. princ. vet.
ἔνην καὶ νέαν] Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *Menencenean* Florent. — *Menecenean* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — μ. Havn. — μηνηκοιαν Codex B. et Augustinus in margine. — cf. De R. R. I, 37.
appellarunt] *appellarent* Edit. princ. vetust. cum Cod. B.
eo die] Florent. Havn. — *ea die* ceteri.
id est] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *hoc est* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.
et ultro] *ultro* Cod. B. — *et ultra* Augustin. marg. ex libro.
seclum] Florent. Havn. — *seculum* ceteri. — *saeculum* Augustin. in margine.
annorum centum] *centum annorum* Havn.

num id putant. Aevum ab aetate omnium annorum; hinc Aeviternum quod factum est Aeternum; quod Graeci αἰῶνα; id ait CHRYSIPPUS esse ἀεὶ ὄν. Ab eo PLAUTUS

Non omnis aetas ad perdiscendum est satis,

hinc poetae *Aeterna templa caeli.*

3. A naturali discrimine civilia vocabula dies accesserunt. Dicam prius qui Deorum causa, tum qui hominum, sint instituti dies. Agonales per quos rex in regia arietem immolat, dicti ab Agone, eo quod interrogatur a principe civitatis et princeps gregis immo-

id putant] Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. — *id putarunt* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *id putarant* Havn.
quod graeci αἰῶνα] Flor. — *quod Graeci* αἰώνιον Sciopp. — lacuna graeci verbi in Havn. — om. ceteri. — cf. H. Stephan. Append. pag. 12.
ἀεὶ ὄν] ex coniectura. cf. Lindenbr. ad Censor. pag. 109. — ϹΟΝ Florent. — lacuna in Edit. princ. vet. — αἰῶν' Rhol. — αἴων Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — αἰῶνα Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — om. Havn.
Plautus] Truculent. I, 1, 1.
omnis] *omnino* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.
est satis] *sat est* Sciopp. cum Plauti libris.

Cap. III.

A naturali discrimine] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *coeli naturali discrimine* Cod. B. — *a coeli naturali discrimine* Vulg. Vertran. — *Ad coeli naturalia discrimina* Sciopp.
dies] Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. — *diem* Florent. Havn. — *dierum* Sciopp.
accesserunt] *adcesserunt* Cod. B.
qui deorum] *quid eorum* Cod. B. Ed. princ. vetust. — *quod eorum* Havn.
dicti] *diti* Havn.
ab agone] *an agone* Ven. I. II. — *ab agon'* Aldus. — *ab agon* Bas. Par. Gryph. — *ab agoneo* Havn.
princeps] *principes* Havn.

latur. Carmentalia nominantur quod sacra tum et feriae Carmentis. Lupercalia dicta quod in lupercali luperci sacra faciunt. Rex cum ferias menstruas Nonis Februariis edicit, hunc diem Februatum appellat. Fe- 55
brum Sabini purgamentum, et id in sacris nostris verbum; nam et Lupercalia Februatio, ut in Antiquitatum libris demonstravi. Quirinalia a Quirino, quod ei Deo feriae et eorum hominum, qui fornacalibus suis non fuerunt feriati. Feralia ab inferis et ferendo, quod ferunt tum epulas ad sepulcrum, quibus ius ibi parentare. Terminalia quod is dies anni extremus constitutus; duodecimus enim mensis fuit Februarius et quom intercalatur, inferiores quinque dies duodecimo demuntur

nominantur] *nominatur* Havn.
sacra tum] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. Sciopp. — *sacratum* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. — *sacrarum* Venet. I. II.
dicta] om. Havn.
ferias menstruas] *menstruas ferias* Havn.
nonis februariis] *noneis februarieis* Vulgat.
edicit] *dicit* Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.
februum] *februm* Havn.
in sacris nostris] *in sacreis nostreis* Vulg. — *in* om. Gryph.
nam et] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *non et* Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II.
ut] *et* Havn.
libris] *libreis* Vulgat.
ei deo] Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *ideo* Flor. Havn. — *huic deo* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
fornacalibus] *furnacalibus* Florent. Havn. — *sueis* Vulgat.
feralia] *ferialia* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II.
inferis] *infereis* Vulgat. — *inferiis* Sciopp.
sepulcrum] Vulg. Vertr. Sciopp. — *sepulchrum* ceteri.
ibi] Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *sibi* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
fuit] *fuerit* Ven. I. II.
quom] Havn. — *cum* ceteri.

mense. Equiria ab equorum cursu; eo die enim currunt in Martio campo. Liberalia dicta quod per totum oppidum eo die se dent sacerdotes Liberi, anus hedera coronatae, cum libis et foculo pro emptore sacrificantes. In libris Saliorum quorum cognomen Agonensium, forsitan hic dies ideo appelletur potius Agonia. Quinquatrus; hic dies unus ab nominis errore observatur,
(47) proinde ut sint quinque dictus. Ut ab Tusculanis post

equiria] *ecurria* Florent. — *alius Vet. Cod. Ecuria* Sciopp. marg. et ita Havn.

eo die enim] Florent. — *Eo enim die* ceteri.

currunt] Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ludis currunt* Havn. — *currunt equi* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

martio campo] Florent. Havn. — *campo martio* ceteri.

se dent] Victorius. — *sedent* libri omnes cum Turnebo ad Cicer. de Legg. II, 22, 673.

liberi anus] Florent. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Hic deest* cum asterisco Cod. B. — *liberi annus* Havn. — *liberi* Edit. princ. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *liberi annua* Edit. vetust.

hedera] *edera* Havn. Ald. Bas. Par. Gryph.

coronatae] *coronatae anus* Vulg. Vertr. Sciopp.

libis] *libeis* Vulgat.

pro emptore] *compotores* Vertr. — *pro tempore* Scaliger. — *pio ture* Sciopp.

forsitan] Puto: *fortasse an.*

b. a.

appelletur] Florent. — *potius appellatur* Havn. — *appellatur* ceteri.

Agonia] *Agonium* Vertran.

unus] *cinus* Sciopp. Havn.

ab nominis] Flor. Havn. Codex B. — *a nominis* ceteri.

ut sint quinque] *quartus sive quintus* Codex B. — *ut sint quartus sive quintus* Augustin. in margine. — *ut sit quartus sive quintus* Vertran. Ciacconius ad Caes. de bell. gall. pag. 33.

dictus ut] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *dictus* Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg.

Tusculanis] *Tusculaneis* Vulg. — *Thusculanis* Ald. Bas. Par. Gryph.

diem sextum Idus similiter vocatur Sexatrus, et post diem septimum, Septimatrus; sic hic quod erat post diem quintum Idus, Quinquatrus. Dies Tubulustrium appellatur, quod eo die in atrio sutorio sacrorum tubae lustrantur. Megalesia dicta a Graecis, quod ex libris Sibyllinis accersita ab Attalo Rege Pergama, ibi prope murum Megalesion [in] templum eius Deae, unde

sextum] *VI* Codex B.
Idus] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *Eidus* Cod. B. Vulgat.
vocatur] *vocatus* Vulgat.
sexatrus] *sextarius* Havn.
septimum] *VII* Cod. B.
septimatrus] *septimaturus* Edit. vetust. — *septematrus* Havn.
sic hic] *sit hic* Florent. — *sit id* Havn.
idus] Florent. Havn. Vertran. Sciopp. — *Eidus* Vulgat. — *idem* Ald. Basil. Paris. Gryph. — Deest in Cod. B. Edit. princ. vet.
post diem quintum] *prius quintum diem* Havn.
quinquatrus] *quinquartus* Edit. vetust.
dies] Florent. Havn. Sciopp. — omittunt ceteri.
tubulustrum] Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *tubilustrium* Havn. — *tubulustrium* Florent. — *tubilustrum* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
Graecis] *graeceis* Vulg.
Sibyllinis] *Sibyllineis* Vulg. — *Sybillinis* Edit. vetust.
accersita] Florent. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertran. — *arcessita* Havn. Vulgat. Sciopp.
Attalo] *Actalo* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
Pergama] Florent. Havn. — *pergamum* Edit. princ. vetust. Ven. I. II. — *pergamam* Rhol. — *pergami* Codex B. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.
ibi prope] Florent. Havn. — *prope* ceteri.
Megalesion in templum] Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *megaleson ium ubi templum* Codex B. — *megalesium in templum* Havn. — *Megalesion ubi templum* Vulg. Vertr. Sciopp. — Fort. *in* delendum.
deae] *det* Edit. princ. vetust.

advecta Romam. Fordicidia a fordis bubus. Bos forda quae fert in ventre. Quod eo die publice immolantur boves praegnantes in curiis complures, a fordis caedendis Fordicidia dicta. Palilia dicta a Pale, quod ei feriae, ut Cerialia a Cerere, Vinalia a vino.
56 Hic dies Iovis, non Veneris: huius rei cura non levis in Latio; nam aliquot locis vindemiae primum ab sacerdotibus publice fiebant, ut Romae etiam nunc; nam flamen Dialis auspicatur vindemiam et ut iussit vinum legere, agna Iovi facit, inter quoius exta caesa et porre-

Romam] *Roma* Havn.

fordis] *fordeis* Vulgat.

eo die] Florent. Havn. — *ea die* ceteri.

praegnantes] *praegantes* Havn.

complures] *complureis* Vulgat.

fordis] *fordeis* Cod. B. Vulgat.

caedendis] *caedendeis* Vulgat.

ei feriae] Victor. Sciopp. — *et feriae* Florent. Havn. — *et feriae ei deae fiunt* ceteri.

ut] om. Havn.

cerialia] Florent. Vertr. Sciopp. — *cerealia* ceteri.

veneris] *veris* Havn.

locis] *loceis* Vulgat.

ab sacerdotibus] Florent. Havn. — *a sacerdotibus* ceteri.

agna] Florent. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *agnam* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

quoius] Havn. — *cuius* ceteri.

exta] *aesta* Havn.

porrecta] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — cf. Erasm. Adag. I, 3, 60. Victor. ad I, 29 de R. R. — *proiecta* Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

cta flamen porus vinum legit. In Tusculanis sortis est scriptum:

VINUM NOVUM NE VEHATUR IN URBEM ANTE QUAM VINALIA KALENTUR.

Robigalia dicta ab Robigo; secundum segetes huic Deo sacrificatur, ne robigo occupet segetes. Dies Vestalia ut virgines Vestales aut Vesta. Quinquatrus Minusculae dictae Iuniae Idus ab similitudine Maiorum, quod

porus] Florent. Havn. Vet. Codex apud Sciopp. in margine. — *prorsus* ceteri omnes. — *prosus* Palmerius Spicileg. pag. 771 Grut.
Tusculanis] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Vertran. Sciopp. — *Tusculaneis* Vulgat. — *Thusculanis* Cod. B. Ald. Bas. Par. Gryph.
sortis] Flor. — *sacris* Cod. B. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vertr. Sciopp. — *sacreis* Vulgat.— Fort. *ortis*.
scriptum] Florent. Havn. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — om. Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertran. Sciopp.
novum] om. Cod. B.
vehatur] *vehebatur* Gryph.
urbem] *urbe* Havn.
kalentur] Vulg. Vertran. Sciopp. — *calentur* ceteri.
Robigalia] *rubigalia* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *robicalia* Florent. Havn.
ab] *a* Havn.
robigo] *rubigo* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
sacrificatur] *sacrificant* Edit. vetust.
robigo] Florent. — *rubigo* ceteri.
dies Vestalia] Florent. Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp. — *dies Vestales* Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
aut Vesta] Florent. Havn. — *Vestae sacrificent* Cod. B. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *veste sacrificent* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — Fort. *ab Vesta*.
quinquatrus] Florent. Havn. Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *quinquatriis* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *Minusculae quinquatrus* Cod. B.
idus] Florent. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vertr. Sciopp. — *eidus* Cod. B. Vulg.
maiorum] *malorum* Edit. princ. vetust.

alterum nunc cum propositione] Flor. Havn. — *alterum cum propositione* Edit. princ. vet. — *alterum cum praepositione* Cod. B. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. — *alterum non cum praepositione* Turnebus. — *alterum nunc cum R. positione* e coniectura Vertr. Sciopp.

vulgo ornamentum] Flor. Havn. Sciopp. — *nunc ornamentum* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. — *vulgo nunc ornamentum* Cod. B.

quod sicut olim] Flor. Havn. Sciopp. — *olim*, omissis *quod sicut* reliqui omnes.

osnamentum] Sciopp. — *ornamentum* Florent. Havn. — *osnamenti* reliqui.

scenici] Havn. Sciopp. — *ut scenici* ceteri.

plerique] *populique plerique* Codex B. Edit. princ. vetust.

quae ore faciunt] Florent. Havn. Sciopp. — *quod ore faciunt* ceteri.

auspicium] *auspitium* Edit. vetust. Gryph.

8. Tertium gradum agendi esse dicunt, ubi quid 72
faciant; in eo propter similitudinem agendi et faciundi et gerundi quidam error his, qui putant esse unum. Potest enim aliquid Facere et non Agere, ut poeta facit fabulam, et non agit; contra actor agit et non facit, et sic a poeta fabula fit, non agitur; ab actore agitur, non fit. Contra imperator quod dicitur res Ge- (60)
rere, in eo neque facit, neque agit; sed gerit, id est sustinet, translatum ab his qui honera gerunt, quod hi sustinent. Proprio nomine dicitur Facere a facie; qui rei quam facit, imponit faciem. Ut fictor cum dicit

Cap. VIII.

agendi esse dicunt] Florent. Havn. Sciopp. — *agendi dicunt* ceteri.
ubi quid faciant] Florent. Havn. — *ubi quid faciunt* ceteri.
in eo] *mee* Edit. princ. vet.
faciundi et gerundi] Havn. — *faciendi et gerendi* ceteri.
error his] *error hieis* Codex B. — *error heis* Vulgat.
aliquid] *aliud* Havn.
facit fabulam] *fabulam facit* Havn.
et non facit] *et facit* Florent.
fit, non agitur] Florent. Havn. — *fit, et non agitur* ceteri.
non fit] Havn. — *et non fit* ceteri.
imperator quod dicitur] Florent. Havn. — *imperator qui dicitur* ceteri.
neque facit, neque agit] Florent. Havn. — *neque agit neque facit* ceteri.
sustinet] *substinet* Edit. princ. vetust.
translatum] *tranlatum* Florent. voluit: *tralatum.*
ab his] *ab heis* Vulgat. — *ab iis* Havn.
qui honera] Florent. Edit. princ. vetust. Vulgat. — *qui onera* ceteri.
gerunt] om. Cod. B.
quod hi] Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quod ii* Havn. — *quod* Vulgat. Vertr. Sciopp.
sustinent] *substinent* Cod. B. Edit. princ. vet. — *sustinent hi* Sciopp.
qui rei] Florent. Havn. — *quod rei* ceteri.

Fingo, figuram imponit; quom dicit Informo, formam; sic cum dicit Facio, faciem imponit; a qua facie discernitur, ut dici possit aliud esse vestimentum, aliud vas; sic item quae fiunt apud fabros, fictores, item alios alia. Qui quid administrat quoius opus non extat, quod sub sensum veniat, ab agitatu ut dixi magis agere, quam facere putatur; sed quod his magis promiscue, quam diligenter consuetudo est usa; translaticiis utimur verbis: nam et qui Dicit, Facere verba dicimus, et qui aliquid Agit, non esse Inficientem. Qui adlucet dicitur Lucere ab luere; et luce dissolvuntur

quom dicit informo] Havn. — *cum dicit informo* ceteri.
cum dicit facio] *cum dic facio* Edit. princ. vet.
item alios alia] Florent. Havn. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *item alieis alia* Ed. princ. vetust. — *item apud alios alia* Cod. B. Vulgat. Vertran.
qui quid administrat] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *quicquid administrat* Florent. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quicquid administrare* Havn.
quoius] Havn. — *cuius* ceteri.
sub sensu veniat] Florent. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *sub sensum veniat* Havn. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
ut dixi] *dixi* Cod. B.
his magis] *heis magis* Vulgat. — *hieis magis* Cod. B.
translatitiis] *translaticiis* Codex B.
verbis] *verbeis* Vulgat.
nam et qui dicit] Florent. Havn. Sciopp. — *nam et quidem* ceteri omnes sine sensu, quare mendosum esse locum Augustin. in Emendat. dicit.
aliquid agit non] *aliquid neget* Scaliger.
inficientem] *infitientem* Vulgat.
dicitur lucere ab luere] Florent. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *dicitur lucere ablucere* Cod. B. — *dicitur abluere* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *dicitur lucere ab luere* Havn. Victor. Vulgat. — *dicitur lucere ab ad et lucere* ex coniectura Vertr. et Sciopp. — cf. Victor. Var. Lect. XIII, 24.
et luce] *ut luce* Vertran. Sciopp. — Fort. *luce*.

tenebrae; ab luce Noctiluca. Lucere item ab luce, quod propter lucem amissam is cultus institutus. Adquirere est ab ad et quaerere; ipsum Quaerere ab eo quod quae res ut reciperetur, datur opera; a quaerendo Quaestio; ab his Conquaestor.

Video a visu; quinque enim sensuum maximus est in oculis: nam quom sensus nullus quod abest mille

noctiluca] *nocticula* Havn.

lucere item] Florent. Havn. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. — *luere item* Cod. B. Edit. princ. vetust. — *luci item* ex libris in margine Augustinus, Vertr. Sciopp. — *lucaria item* Scaliger. — *lugere item* Popma vere.

ab luce] Havn. — *a luce* ceteri.

amissam is] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Sciopp. — om. Codex B. Vulgat. Vertran.

acquirere] Florent. Edit. princ. vet. — *adquirere* ceteri.

ab ad et quaerere] Florent. Havn. Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *ab ad et querere* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *ab ad quaerere* Ald. Basil. Paris. Gryph.

ipsum quaerere] *ipsum querere* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — et sic semper hae editiones.

quod quae res ut reciperetur] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. — *quod quam res ut reciperetur* Edit. princ. vetust. — *quod quae res ut recuperetur* Gryph. — *quod res ut reciperaretur* Cod. B, item Sciopp. sed inserto *quae*. — *quod quae res ut recuperaretur* Vulgat. Vertran.

ab his] *ab hieis* Codex B. — *ab heis* Vulgat.

conquaestor] *quaestor* ex libris in margine Augustinus, Vertr. Sciopp.

video a visu] *video a vi* Pauwius ad Phrynichum, Lobeck. pag. 71. — Fort. *video a visu, quod a vi.*

est in oculis] Flor. Cod. B. Vulgat. (*oculeis*). Vertr. Sciopp. — *est oculis* Edit. princ. vet. — *est oculus* Rholand. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *in oculis* Havn.

nam quom] Havn. — *nam cum* ceteri.

quod abest] *quod absit* Havn. — *quod absiet* Sciopp.

mille passus] Flor. Havn. Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *mille p. as.* Edit. princ. — *mille pass.* Edit. vetust. Rhol. — *mille passibus* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

73 passus, sentire possit; oculorum sensus vis usque pervenit ad stellas. Hinc Visenda, Vigilant, Vigilium, Invident et ATTICUM illud

oblivio lavet
Qui incidit in videndum!

a quo etiam *Violavit virginem* pro vitiavit dicebant;

oculorum sensus visusque] Florent. Cod. B. Edit. vetust. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *oculorum sensus vis usque* Havn. Edit. princ. Rhol. Venet. I. II. — Fort. *oculorum vis usque.*

pervenit ad stellas] *ad stellas pervenit* Cod. B. Vulg. Vertr.

visenda] Florent. Cod. B. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *viscenda* Havn. — *visendo* Edit. princ. vet.

vigilant, vigilium] Florent. Rhol. Venet. I. II. Sciopp. — *vigilant vigulum* Havn. — *vigilant pervigilium* Cod. B. Vulgat. Vertran. — *vigilavit vigilium* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *vigilant iugulum et vigilant vigilium* Edit. princ. vet.

invident] Florent. Havn. Editio princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *et invident* Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp.

et Atticum illud] Florent. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *et Acticum illud* Turnebi codex. — *aetati quom illud* Havn. — *et Actiacum illud* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *Quidam. V. C. antiquum. al. Atticum. Fort. Attiacum. id Gn. Attii* Sciopp. marg. — *et anticum illud* Victorius, Popma. — *Attianum* Nunnesius ad Phrynich. pag. 70 L. recte ut supra *Pacuvianus pastor.*

oblivio lavet] Florent. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *obluuo lavet* Edit. princ. vet. — *obviolavit* Cod. B. August. et Vertran. in margine, Nunnesius.

qui incidit] Florent. Havn. — *quod incidit* ceteri omnes.

in videndum] Flor. Nunnesius loc. laud. — *invidendem* Edit. princ. — *invidendum* ceteri omnes. — *Hinc visenda, vigilavit, vigilium et invident et vitium illi obtulit, violavit, quod incidit in videndum* Scaliger.

a quo etiam violavit ... concubuisse dicebant] haec omnia omittit Sciopp.

vitiavit] *vitabit* Havn.

aeque eadem modestia potius *cum muliere fuisse* quam *Concubuisse* dicebant.

Cerno idem valet; itaque pro video ait ENNIUS

Lumen iubarne in caelo cerno?

CANIUS

Sensumque inesse et motum in membris cerno.

Dictum cerno a cereo, id est a creando; dictum ab eo quod cum quid creatum est, tunc denique videtur. Hinc fines capilli descripti quod finis videtur, Discri-

modestia] *molestitia* Havn.
itaque pro video] *itaque provideo* Edit. princ. vet. — omittit haec verba Sciopp. — *cerno pro video atque idem valet ut ait Ennius* Vertran.
ait Ennius] Florent. Havn. — *ut ait Ennius* ceteri omnes.
iubarne] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *iubarve* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — cf. VII, 4. VI, 2.
Canius] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Vet. Cod. Canius* Sciopp. in marg. — *Canius ait* Edit. princ. vet. — *C. Annius ait* Cod. B. — *C. Annius* Vulg. Vertran. Sciopp.
inesse] *iesse* Edit. princ. vetust.
in membris] *in membreis* Vulgat. — *tenebreis* Augustin. in marg. ex libro.
cerno a cereo id est a creando] Flor. Havn. Codex B. Rhol. Ven. I. II. cum vet. cod. in Sciopp. marg. — *cerno a cereo id est a creo* Edit. princ. vet. — *cerno a creq id est a creando* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *cerno a κρέω id est a creando* August. et Vertr. in marg.
dictum ab eo] Flor. Havn. — *creo ab eo* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *ab eo* Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp.
creatum est tunc] *creatum tunc* Cod. B.
fines capilli] Florent. Havn. Sciopp. — *fines capillorum* ceteri. — *Capillum priores singulariter dicebant, ut Barbam; nam M. VARRO epistol. libro tertio negabat pluraliter dici debere; sed Virg. ait* etc. CHARISIUS I. pag. 80 seq.
descripti] Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *discreti* Augustinus in margine ex coniectura, Vertran. Sciopp. Sanctius Min. II, pag. 489 b.

men; et qui id in testamento, id est facito videant te esse heredem. Itaque in cretione adhibere iubent testes. Ab eodem est quod ait Medea

Ter sub armis malim vitam cernere
Quam semel modo parere.

(61) quod, ut decernunt de vita eo tempore, multorum videatur vitae finis.

Spectare dictum ab [Specio] antiquo, quo etiam ENNIUS usus

Vos epulo postquam spexit.

et quod in auspiciis distributum est qui habent Spe-

qui id in testamento] Florent. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Vulg. — *quid id testamento* Turnebi codex. — *qui id testamento* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *qui in testamento* Havn. — *cernito in testamento* ex conj. Augustin. Vertran. Sciopp. Minerva. — *quod in testamento cernito* Turnebus.
id est facito] *id facito* Cod. B. — *I facito* Edit. princ. vet.
te esse heredem] *te haeredem* Perizonius ad Minerv.
in cretione] Florent. Cod. B. Edit. princ. vet. Vertr. Sciopp. — *in creatione* Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulgat.
adhibere iubent] Florent. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Vulg. — *adhiberi iubent* Gryph. — *adhiberi debent* ex coniectura Vertran. Sciopp.
sub armis] *sub armeis* Vulgat.
malim vitam] ex Nonio M. Bentinus et inde Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *malim multa* Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Augustin. marg. — *malis multa* Cod. B. Edit. princ. vetust.
ut decernunt] *decernunt* Havn.
multorum videatur] *videtur multorum* Havn.
ab antiquo] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *ab specio antiquo* Vulg. Vertr. Sciopp.
Ennius] cf. Columna ad Ennii fragm. pag. 111 Hess. — Sciopp. in margine: *q. V. C. Quos ubi rex .. dulo spexit de contribu' celsis* scilicet Festi codex, non Varronis libri.
qui habent spectionem] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *qui habent spectationem* Havn. — *qui habeant spectionem* Vulg. Vertr. Sciopp.

ctionem, qui non habeant; et quod in auguriis etiam nunc augures dicunt Avem Specere. Consuetudo communis, quae cum praeverbiis coniuncta fuerunt, etiam nunc servat ut Aspicio, Conspicio, Respicio, Suspicio, Despicio, sic alia; in quo etiam Exspecto quod spectare volo. Hinc Specula; hinc Speculum quod in eo specimus imaginem. Specula de quo prospicimus. Speculator quem mittimus ante, ut respiciat quae volumus. Hinc quo oculos inunguimus, quibus specimus, Specillum.

qui non habeant] Florent. Vulg. Vertran. Sciopp. — *qui non habebant* Havn. — *quod non habeant* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph.

in auguriis etiam nunc] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *etiam nunc* omittit Cod. B. Vulg. Vertran.

augures dicunt . . . coniuncta fuerunt] om. Edit. princ. vet.

consuetudo communis] *consuetudo comunis* Florent. — *consuetudo autem communis* Codex B. Vulgat. Vertran. — *consuetudo tamen in iis* Sciopp.

coniuncta fuerunt] Florent. Edit. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *coniuncta sunt* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *coniuncta* Havn.

etiam nunc servat] *E non servat* Sciopp.

suspicio despicio] *suspicio id est spicio* Florent. — *supicio inspicio* Havn.

quod spectare volo] Florent. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertran. — *quod exspectare volo* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quod spectare valet* Sciopp.

specula de quo prospicimus] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *specula de qua prospicimus* Vulg. Vertr. Sciopp.

quae volumus] *quam volumus* Edit. princ. vetust.

hinc quo] *hinc qui* Havn.

inungimus] Codex B. Edit. princ. vet. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *inunguimus* Florent. et ita Victor. Mssc. ad Horat. Epist. I, 1, 29. — *iungimus* Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *iniungimus* Havn.

specimus] *speimus* Havn.

Ab auribus videntur dicta verba Audio et Auscul-
74 to; audio ab aveo quod his avemus discere semper, quod ENNIUS videtur ἔτυμον ostendere velle, in Alexandro quom ait,

Iam dudum ab ludis animus atque aures avent
Avide exspectantes nuntium.

Propter hanc aurium aviditatem theatra replentur. Ab audiendo etiam Auscultare declinatum, quod hi auscultare dicuntur qui auditis parent, a quo dictum Poetae

audio [aut] *ausculto.*

ab auribus] *ab auguribus* Cod. B. Edit. princ. vetust.
videntur dicta verba] *verba videntur dicta* Havn.
audio et ausculto] *audio ausculto* Codex B. — *ab audio et ausculto* Havn.
quod his avemus] Florent. — *quod iis avemus* Havn. Sciopp. — *quod auribus avemus* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran.
discere semper] Victor. in Edit. princ. Vulg. Vertran. Sciopp. — *dicere semper* Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
Ennius videtur] *Enni. videtur* Ald. Bas. Par. Gryph.; ita hae editiones semper, quod semel monere satis est. — cf. Columna ad Ennii fragg. pag. 231 et Vossius pag. 345 Hess.
ἔτυμον] om. Havn. — *etimon* Edit. princ. vetust. Rholand. — *et mon* Venet. I. II. — *etymon* ceteri.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
ab ludis] *ab ludeis* Vulgat. — omittit Sciopp. — *abludit* Vertran.
avent] *avenit* pr. m. Havn.
avide exspectantes] *avide spectantes* Sciopp.
nuntium] *numtium* Edit. princ.
audiendo] *auriendo* Havn.
declinatum] Florent. Havn. — *declinamus* ceteri omnes.
quod hi] *quod ii* Havn.
auditis] *auditeis* Vulgat.
a quo dictum] *a dictum* Havn.
audio aut ausculto] Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulgat. — *audio haud ausculto* Turnebus, doctus quidam apud August. Vertran. Sciopp. — *audio aut obsculto* Florent. sed in Variis Lect.

Litera commutata dicitur Odor, Olor; hinc Olet et Odorari et Odoratur et Odora res. Sic ab Ore Edo, Sorbeo, Bibo, Poto. Edo a Graeco ἔδω. Hinc Esculentum et Escae, Edulia, et quod Graece γεύεται, Latine Gustat. Sorbere, item Bibere a vocis sono, ut Fervere aquam ab eius rei simili sonitu. Ab eadem lingua quod πότον Potio, unde Poculum, Potatio, Re-

Mssc. calami fort. errore *sculto* ex Flor. laudat. Leg. *Audio ausculto.*

litera commutata] Flor. Havn. Sciopp. — *litterae commutatione* Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. — puto: *L. litera commutata.*

odor] *ordo* Havn.

odoratur] Fort. *odoratus.*

odora res] *odosa res* Venet. I. II. — *odorata res* Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust.

Sic ab ore] *Ab ore* Sciopp.

a graeco ἔδω] *a graeco edon* Florent. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *a graeco ε* Havn.

et escae, edulia] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *et escedulia* Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

graece γεύεται, latine gustat] Scioppius, et Victorius in Edit. princ. item in Plutarchi Aldina Edit. pag. 889. (tom. XI, pag. 369 Hutt) — *graece geuete latine gustat* Florent. — *graece latine gustat* Havn. — *graece golo latine gustat* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *graece γεύεσθαι, latine gustat* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *graece γεύεσθαι latine gustare* Par. Gryph. — *graece γεύω, gusto latine* Cod. B. — *graece γεύω, latine gusto* Vulgat. Vertran.

fervere aquam] *fervere aeque* Sciopp.

ab eadem lingua quod πότον, potio] Ald. Bas. Par. Gryph., item sed latinis literis *poton* Florent. Edit. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. et Havn., qui primam graecae vocis literam π exhibet. — *ab eadem lingua πότω unde potio* Cod. B. Vulgat. Vertran. — *Ab Aeolia lingua πὸτω, unde potio* Sciopp. et in margine: *q. V. C. poton. al. potos. al. posis.*

potatio, repotia] Italus doctus apud Augustinum, Vertran. in margine, Scioppius, Nicol. Heinsius Advers. IV, 7. — *potatio, repotatio* libri omnes.

potia. Indidem Puteus quod sic Graecum antiquum, non ut nunc φρέαρ dictum. A manu Manupretium; Mancipium quod manu capitur; quod coniungit plures manus, Manipulus; [unde] Manipularis [miles; unde] Manica. Manubrium quod manu tenetur. Mantelium ubi manus terguntur.

9. Nunc primum ponam de Censoriis Tabulis:

indidem puteus] Flor. Havn. — *itidem putes* Edit. princ. vet. — *itidem puteus* Cod. B. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. — *idem puteus* Sciopp.

quod sic graecum] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. Rhol. Venet. I. II. — *quod sit graecum* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

antiquum] *antiquum πότος* Sciopp.

φρέαρ] *phrear* Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — om. Havn.

manupretium] Vulgat. Vertran. Sciopp. Victor. in Edit. princ. — *mantur p̄tium* Florent., et in margine *.d.* quod fortasse dubiam esse lectionem significet. — *mantur pretium* Havn. — om. ceteri.

capitur quod] Havn. — *capitur* ceteri.

coniungit plures] Florent. — *cum iunctàe plures* Sciopp. — *cum iungit plures* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran.

manus] *manu* Gryphius.

manipulus, manipularis, manica] Florent. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *manipulus maniplaris unde manica* Edit. princ. vetust. — *manipulus unde manipularis miles, unde manica* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.

manu tenetur] Florent. Havn. Edit. princ. vet. — *manu teneatur* reliqui.

mantelium, ubi] Florent. Havn. Sciopp. — *mantelium, quasi manutelium, ubi* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *mantelium quasi manuterium ubi* Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. — *mantellium, quasi manutergium ubi* Augustin. in Emendat. Vertran. qui in margine: *Mantellum*, ut Augustin. ex libris. — Postea multa excidisse videntur.

Cap. IX.

censoriis] *censoris* Havn.

tabulis] *tabuleis* Vulgat. — *commentariis* vel *libris* ex Gellio

UBI NOCTU IN TEMPLUM CENSURA AUSPICAVERIT ATQUE DE CAELO NUNTIUM ERIT, PRAECONI SIC IMPERATO UT VIROS VOCET:

QUOD BONUM FORTUNATUM FELIXQUE SALU- (62)
TAREQUE SIET POPULO ROMANO QUIRITIUM REIQUE PUBLICAE POPULI ROMANI QUIRITIUM MIHIQUE COLLEGAEQUE MEO, FIDEI MAGISTRATUIQUE NOSTRO! OMNES QUIRITES, PEDITES, ARMATOS PRIVATOSQUE, CURATORES OMNIUM TRIBUUM, SI QUIS PRO SE SIVE ALTERO DARI RATIONEM VOLET, VOCA INLICIUM HUC AD ME. 75

II, 10. Fulv. Ursinus apud Sciopp. marg. — conf. Cicero ad Attic. VI, 9.

censura auspicaverit] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. — *censor auspicaverit* Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *censura auspicatur* Vulgat. Vertran.

de coelo nuntium erit] *de coelo nuntiatum erit* Vertr. Sciopp. et ita tacite Turneb. ad Cicer. de Legg. III, 4, pag. 711.

praeconi sic] *praeconis sic* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

ut viros vocet] *ut viros docet* Edit. princ. vetust.

felixque] *felix* Havn.

salutareque siet] *salutareque sierit* Florent. — *salutare quaesiverit* Havn. — *salutareque sit* Ursinus ad Augustini legg. pag. 366 A. cf. Simeo Bosius ad Ciceron. Epist. VII, 2. Reuvens Collectanea Litter. pag. 92 seqq.; ad Apul. Metam. pag. 101.

omnes Quirites] *omnis Quirites* Cod. B.

pedites] *equites peditesque* Sciopp.

armatos] *armatosque* Paris. Gryph. — *magistratus* Sciopp.

tribuum] *tribunum* Havn.

pro se, sive altero] Vulgat. Vertran. — *pro se, sive pro altero* Sciopp. — *pro se, si verbo altero* Florent. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph.

dari rationem] *rationem dari* Havn.

volet] *valet* Edit. princ. vetust.

voca inlicium] Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *vocat in licium* Florent. — *vocat inlicium* Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

huc ad me] Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Vulg.

PRAECO IN TEMPLO PRIMUM VOCAT; POSTEA DE MOERIS ITEM VOCAT. UBI LICET, CENSOR, SCRIBAE, MAGISTRATUS MURRHA UNGUENTISQUE UNGUENTUR. UBI PRAETORES, TRIBUNIQUE PLEBEI QUIQUE IN CONSILIUM VOCATI SUNT, VENERUNT; CENSORES INTER SE SORTIUNTUR, UTER LUSTRUM

Vertr. Sciopp. — *hoc ad me* Cod. B. Ald. Bas. Par. Gryph. quod ut antique dictum Scaliger probat ex Servio, qui ad Aeneid. libr. VIII. haec commentatur: *Nam crebro in antiquis lectionibus invenitur, sicut in epistolis probat Verrius Flaccus exemplis, auctoritate, ratione dicens in adverbiis pro U, O plerumque maiores ponere consuetos, et sic pro HUC, HOC, veteres dicere solebant, sicut pro ILLUC, ILLOC dicimus.*

in templo] *in templum* Havn.

postea de moeris] Vulg. Vertran. Sciopp. — *postea de meris* Cod. B. — *post eadem eris* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *post eadem aeris* Florent. Havn. Ald. Bas. Paris. Gryph. — Vulg. more suo *moereis.*

item vocat] *idem vocat* Edit. princ. vetust.

ubi licet] *ubi lucet* Vulg. Vertr.

murrha] Florent. Vulg. Vertran. Sciopp. — *murra* Havn. — *myrrha* ceteri.

unguentisque] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. — *unguentis quod* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *unguentis* Vertran. Sciopp. — *unguenteis* Vulg.

unguentur] Florent. Havn. — *unguetur* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. — *ungetur* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *unguntur* Vulg. Vertran. Sciopp.

tribunique plebei] *tribuneique plebei* Codex B. — *tribunique plebeii* Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.

quique in consilium] *quinque in consilium* Ed. princ. vet. — *quinque inlicium* Sciopp.

sortiuntur] Fort. *sortiant.* Nonius Marc. *Sortirent pro Sortirentur. VARRO Rerum Humanarum XX. convenerunt censores inter se sortiant.* Verba ex nostro, ut videtur, sumpta libro; plura enim excidisse, vel hoc docet quod Nonius locum, quo *sortirent*, non *sortiant* legebatur, librariorum incuria ut multa in hoc scriptore, omissum, laudare voluit.

lustrum faciat] *lustrum faciant* Havn.

FACIAT, UBI TEMPLUM FACTUM EST; POST TUM CONVENTIONEM HABET QUI LUSTRUM CONDITURUS EST.

In Commentariis Consularibus scriptum sic inveni:

QUI EXERCITUM IMPERATURUS ERIT, ACCENSO DICIT HOC:

CALPURNI. VOCA INLICIUM OMNES QUIRITES HUC AD ME.

ACCENSUS DICIT SIC:

OMNES QUIRITES, INLICIUM VISITE HUC AD IUDICES.

C. CALPURNI. COS. DICIT:

VOCA AD CONVENTIONEM OMNES QUIRITES HUC AD ME.

ACCENSUS DICIT SIC:

ubi templum factum est] om. Sciopp.
post tum] Flor. Havn. Sciopp. — *postante* Turnebi vetus liber, unde ipse *potestate* emendavit. — *post autem* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran.
conventionem habet] *concionem habet* Vertran. — *conventionem habent* Havn.
imperaturus] *paraturus* Edit. princ. vetust.
accenso] *adcenso* Cod. B.
dicit hoc] *dicit: Hoc* Scaliger. — *dicit* Sciopp.
Calpurni] *calphurni* Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *Calpurnius* Codex B.
inlicium] *in litium* Venet. I. II. sic et postea.
Omnes Quirites] *Omneis Quiriteis* Cod. B. Vulg. — *Omneis Quirites* Vertran. Sciopp.
accensus] *adcensus* Cod. B.
inlicium visite huc] *inlicium ite huc* Sciopp.
C. Calpur. Cos.] Sciopp. — *C. Calpurnicos* Florent. — *C. Carburnicos* Havn. — *C. Calpurnius* Edit. princ. vet. Rhol. Vulg. Vertran. — *Calpurnius* Cod. B. — *C. Calphurnius* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
voca] *vocat* pr. m. Havn.
omnes Quirites huc . . . iudices] om. Havn.

OMNES QUIRITES, ITE AD CONVENTIONEM HUC AD IUDICES.

DEIN CONSUL ELOQUITUR AD EXERCITUM:

IMPERO QUA CONVENIT AD COMITIA CENTURIATA.

Quare hic accenso, illic praeconi dicit haec, est causa; in aliqnot rebus idem ut praeco, accensus acciebat, a quo Accensus quoque dictus. Accensum solitum ciere, Boeotia ostendit, quam comoediam Alii esse dicunt, hoc versu:

ad conventionem] *ad concionem* Vertran.
omnes Quirites] *omneis Quiriteis* Vulgat. Vertran. Sciopp.
accensus] *adcensus* Codex B.
ad conventionem] *ad concionem* Vertran.
dein Consul eloquitur] Florent. item Havn. qui *elloquitur* praestat — *deinde Consul eloquitur* Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *deinde consule loquitur* Edit. princ. vet. — *C. Calpurnius dicit . deinde consul loquitur* Cod. B. — *deinde Consul loquitur* Vulgat. Vertran. — *deinde Consul imperat* Sciopp.
ad exercitum: impero qua] *exercitui qui* Sciopp.
centuriata] *centuria* Havn.
hic accenso] *hinc accenso* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *hic adcenso* Codex B.
illic praeconi] *illinc praeconi* Cod. B. Edit. princ. vetust. — *ille praeconi* Turnebus. Sciopp.
idem ut praeco] Florent. Havn. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Vulg. — *item ut praeco* Gryph. August. in Emendat. Vertran. Sciopp.
accensus acciebat] *adcensus adciebat* Cod. B. — *accensus accipiebat* Flor. Havn.
accensus quoque] *adcensus quoque* Cod. B.
accensum] *ad censum* Florent. — *adcensum* Codex B. — *accensium* Gryph.
Boeotia] *Boetia* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.
comoediam alii esse] Florent. Havn. Cod. B. Edit. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. — *comoediam alii esse* sic cum scripturae compendio Edit. princ. — *comoediam M. Attii esse* docti viri apud Augustinum, id quod verum est. — *comoediam Aquilii esse* Turneb. Vertran. Sciopp. — *Attilii esse* Popma, Osannus Anal. Crit. pag. 153. — *Aelii esse* Scaliger. cf. Meineke ad Menand. pag. 33.

Ubi primum accensus clamarat meridiem.

Hoc idem COSCONIUS in actionibus scribit, praetorem accensum solitum tum esse iubere, ubi ei videbatur horam esse tertiam, inclamare horam tertiam esse, itemque meridiem et horam nonam.

Circum aras mitti solitus quomodo inliceret populum in eum, unde vocare posset ad concionem, non solum ad consules et censores, sed etiam quaestores,

accensus] *adcensus* Codex B.
clamarat] Florent. Havn. Sciopp. — *clamarit* Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. — *clamavit* Osannus Anal. crit. pag. 185.
Cosconius] Florent. Havn. Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *Costonius* ceteri.
solitum tum esse] *solitum tu esse* Havn. — *solitum esse* Victorius Sciopp.
videbatur horam esse tertiam] *videbatur hora esse tertia* Codex B.
inclamare horam tertiam esse] Florent. Havn. — *inclamare horam esse tertiam* ceteri.
nonam] *nonam . item* Vertran. Sciopp.
circum aras] Cod. B. Vulgat. Vertran. — *circum auras* Flor. Havn. Sciopp. — *circum oras* Victorius. — *circum aures* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *circum moeros* Fulv. Ursinus apud Sciopp. marg. Scaliger.
solitus quomodo] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *solitum quom* Vulg. — *solitum tum cum* Vertran. — *solitum cum modo* Sciopp.
in eum unde] Florent. Havn. Codex B. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *in eum* Edit. princ. vetust. — *in eum locum unde* Vulgat. Vertran. — *in reum unde* Sciopp.
vocare] *vox audiri* Sciopp. ex seqq.
ad concionem] Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ad contionem* Havn. — *ad conventionem* Sciopp. — *ad conventionem vocantis* Codex B. Vulgat. — *ad concionem vocantis* Vertran.
ad consules et censores] *ad consuleis et censoreis* Cod. B. — *ad consulis et censoris* Vulgat.
quaestores] *ad quaestores* Sciopp. — *quaestoris* Codex B. Vulgat.

commentarium indicat vetus anquisitionis M. SERGII
76 Mani Filii quaestoris, qui capitis accusavit Rogum; in qua sic est:

AUSPICIORUM ENDO SEDE [IN TEMPLO AUSPICIIS], DUM AUT AD PRAETOREM AUT AD CONSU-
(63) LEM MITTAS AUSPICIUM PETITUM COMMEATUM

commentarium indicat] Flor. Havn. Sciopp. — *ut commentarium indicat* ceteri.

anquisitiones] ex conj. Augustin. marg. Vertran. Sciopp. — conf. Lipsius ad Histor. II, 59. — *inquisitionis* libri.

Mani] Florent. Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *Manii* Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Vertr. Sciopp. — *M.* Cod. B.

filii quaestoris] *filii quaestores* Florent. Havn.

accusavit] *anquisivit* Scaliger.

Rogum] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *Trogum* Cod. B. Vertran. — *Fulvius Ursinus. Rocum. quod est Creperei cognomen. Idem legit: Auspiciorum endo sede dum aut. Ut reliqua sint gloss. Plin.* 18. *c.* 3. Sciopp. marg.

in qua sic est] Vulg. Vertr. Sciopp. — *in aqua sic est* Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *in a qua sic est* Havn. — *in aqua an sic est* Ald. Bas. Par. Gryph. — *in quo sic est* Cod. B.

auspiciorum endo sede] sic in manuscripto libro pro *auspiciorum orando sede* legi monet Fulvius Ursinus ad Festi fragg. pag. 67. verbis *in templis auspiciis* ut glossemat. eiectis. — *auspicio orande sed* Florent., unde Victorius *orante* — *auspicio orandae sed* Havn. — *auspicio orando sed* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *auspicio orando sede* Vulgat. Vertr. Sciopp.

in templo auspiciis] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Sciopp. — *in templo auspicii* Cod. B. Vulgat. Vertran.

mittas] *mittis* Sciopp.

petitum commeatum] *petitum comitiatum* Sciopp. — *petitum commeatu* Edit. princ. vet.

PRAETORES VOCET AD TE, ET EUM DE MOERIS VOCET PRAECO. ID IMPERARE OPORTET. CORNICINEM AD PRIVATI IANUAM ET IN ARCEM MITTAS, UBI CANAT COLLEGAM ROGI, UT COMITIA EDICAT DE ROSTRIS ET ARGENTARII TABERNAS OCCLUDANT,

praetores vocet ad te] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Vulg. — *praetores voces ad te* Gryph. — *praetores ad te vocet* Cod. B. — *praeco reum vocet ad te* ex coniectura in margine Augustinus. — *praetoris: praeco reum vocet ad te* Vertran. — *cum eat praeco, reum vocet ad te* Scaliger. — *praeco viros vocet ad te* Sciopp.

et eum] *et cum* Cod. B. — *et item* Sciopp. — Fort. *et tum.*

de moeris] Codex B. Vertran. Sciopp. — *de moereis* Vulgat. — *de muris* ceteri.

praeco id] Florent. Havn. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *praeconi id* Vulg. Vertran. — *praeco id imperare oportet* Sciopp. omittit.

imperare] *impare* Cod. B. *imparare* Edit. princ. vet.

oportet] *portet* Havn. Rholand. Ven. I. II.

cornicinem] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *cornicem* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *cornicen* Havn.

ubi canat] *ubi cannat* Florent. Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. — *uti Kalet* Sciopp.

collegam] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *colligam* Edit. princ. vet. — *collegas* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.

Rogi] Sciopp. — *rogis* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *regis* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *T. Trogi* Cod. B. Vulgat. Vertran.

ut comitia edicat] Victor. Sciopp. — *ut comitiae dicat* Flor. Havn. — *sed comitio dicat* Codex B. — *et comiti edicat* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *et comitia edicat* Vulgat. Vertran.

de rostris] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *et rostris* Codex B. Edit. princ., item, sed *nostris*, Edit. vetust. — *e rostreis* Vulg. Vertran.

et argentarii] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *argentarii* Codex B. Vulgat. Vertr. Sciopp.

PATRES CENSEANT, EXQUIRAS ET ADESSE IUBEAS. MAGISTRATUS CENSEAT EX ARA CONSULES PRAETORES TRIBUNOSQUE PLEBIS COLLEGASQUE VOS ET IN TEMPLO ADESSE IUBEAS HOMINES, AC CUM MITTAS, CONCIONEM ADVOCES.

In eodem commentario anquisitionis ad extremum scriptum caput edicti hoc est:

ITEM QUOD ATTINGAT QUI DE CENSORIBUS CLAS-

exquiras et adesse] *conscriptos ad equites adesse* Sciopp. — *exqueras et adesse* Florent. Havn.

censeat ex ara] *censeat exire* ex coniectura Augustin. et Vertran. in margine. — *censores* Sciopp.

praetores] *praetextores* Venet. I. II.

tribunosque plebis] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vertran. — *tribunosque plebei* Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. — *tribunosque plebi* Sciopp.

collegasque vos] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *collegasque suos* Vulgat. Vertran. — *collegasque tuos* Sciopp.

et in templo] *in campo* Sciopp.

adesse iubeas] Florent. Havn. — *iubeas adesse* ceteri.

homines] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *hominis* Codex B. Edit. princ. vet. — *homineis* Vulgat. Vertran. — *omneis* Sciopp. Stewechius ad Vegetium de Re Mil. II, 22.

ac cum mittas] *ad comitiatum* Sciopp.

concionem avoces] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *conciones avoces* Ed. princ. vetust. — *concionem advoces* Vulgat. Vertr. Sciopp. — *conciones advoces* Cod. B. — Fort. *conventionem advoces.*

anquisitionis] Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *acquisitionis* Florent. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *aquisitionis* Havn. Edit. princ. vet.

scriptum] Florent. Codex B. Ed. princ. vet. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *scripti* Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

edicti] delent quidam apud Augustinum, quos Sciopp. secutus.

item quod attingat] omittit Sciopp.

qui de Censoribus] Victor. Vulgat. Vertran. — *qui decessoribus* Florent. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *de cessoribus* Sciopp. — Fort. *qui de CESS.*

SICUM AD COMITIA CENTURIATA REDEMPTUM HABENT, UTI CURENT EO DIE QUO DIE COMITIA ERUNT, IN ARCE CLASSICUS CANAT TUM CIRCUMQUE MOEROS ET ANTE PRIVATI HUIUSCE T. QUINTI TRÓGI SCELEROSI HOSTIUM CANAT ET UT IN CAMPO CUM PRIMO LUCI ADSIT.

Et inter id quom circum muros mittitur et cum concio advocatur, interesse tempus apparet ex iis quae interea

redemptum] *redemtum* Vulgat.

classicus canat tum] Vulgat. — *classicus cannatum* Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *classicus canat* Victorius. — *classicum canat tum* Augustin. in Emendat. — *classicum comitiatum* Sciopp. — *classicum canat endo* Lipsius ad Tacit. Annal. II, 32.

moeros] Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *muros* ceteri.

T. Quinti] Florent. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *T. Quintii* Victor. — *Quinti* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *T. Quinctii* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *T. Q.* Havn.

scelerosi] omittit Edit. princ. vet. — *scelerosi hominis* Vulg. Vertran.

hostium] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.; item Lipsius loco laud. Stewechius ad Veget. II, 22. Ursinus ad Augustin. legg. pag. 342. Sigonius de iudiciis III, 14. — *ostium* Sciopp. — *hosticum* Vulgat. Vertran.

canat, et ut] *canat ut* Victor. — *canant et ut* Sciopp. — *cannat et ut* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

cum primo luci] Flor. Sciopp. Lipsius loc. cit. item ex Scioppio Gronov. ad Gellium II, 29, pag. 249. — *quom primo luci* Havn. — *cum prima luci* ceteri.

adsit] *adsiet* Sciopp., omisso *et* quod sequitur.

inter id quom] Havn. — *inter id cum* ceteri.

muros] *moeros* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp.

concio] *tertio* Havn. — Scrib. ubique *contio*.

ex iis] Florent. Edit. princ. vet. — *ex his* Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vertran. Sciopp. — *ex hieis* Cod. B. — *ex heis* Vulgat.

fieri inlicium scriptum est; sed ad comitia tum vocatur populus ideo quod alia de causa hic magistratus non potest exercitum urbanum convocare; censor, consul, dictator, interrex potest, quod censorem exercitum centuriato constituit quinquennalem quom lustraret, et in urbem ad vexillum ducere debet; dictator et consul in singulos annos quod hic exercitui imperare potest quo eat, id quod propter centuriata comitia imperare solent.
77 Quare non est dubium, quom hoc Inlicium sit, quom circum muros itur ut populus inliciatur ad magistratus conspectum, qui consul vocari potest in eum locum,

inlicium] om. Sciopp. — *inlicitum* Havn. Edit. princ. Rhol. Venet. I. II. — *illicitum* Edit. vetust.
sed ad comitia tum] *sed cum ad comitiatum* Sciopp. — *sed ad comitia tu* Havn. — Excidisse quaedam videntur.
censor] omittit Edit. princ. vet.
quod censorem exercitum] Havn. Sciopp. — *quod censor exercitu* ceteri.
quom lustraret] Havn. — *cum lustrat* Vertr. Sciopp. — *cum lustraret* ceteri.
ducere] *duce* Havn.
quod hic exercitui] *quod exercitui* Gryph.
imperare] *imparare* Edit. princ. vet.
quo eat] *quom eat* Sciopp. — *quo erat* Ald. Bas. Par. Gryph.
imperare] *imparare* Edit. princ. vet.
propter centuriata] *per centuriata* Scaliger.
solent. Quare] Sciopp. sententias, quae sequuntur, autore Scaligero ita transposuit: *solent. Hoc nunc aliter . . . . . fiebant quaedam. Hoc ipsum . . . . . commentariis. Quare non . . cupiditas pellexit. Quod tamen ibi idem est . . communitatem. Sic Elicii . . . eliciendo. Sed quoniam . . .*
dubium cum hoc] *dubium quin hoc* Vertr. Scalig. Sciopp. — *dubium quom hoc* Havn.
inlicium] *inlitium* Edit. vetust. — *illicitum* Havn.
sit quom] Havn. — *sit cum* ceteri.
circum muros] *circum moeros* Cod. B.
qui consul vocari potest] Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *quod consul vocare potest* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. — *quom reus vocari potest* Sciopp. — *qui ros vocari potest* Florent. unde Victor. *Kos.* — *qui res vocari potest* Havn. — Fort. *qui consuli vocari potest.*

unde vox ad concionem vocantis exaudiri possit. Quare una origine Illici et Inlicis quod in choro Proserpinae est, et Pellexit quod in Hermiona, quom ait PACUVIUS

regni alieni cupiditas pellexit.

Sic Elicii Iovis ara in Aventino ab eliciendo. Hoc nunc aliter fit atque olim, quod augur consuli adest tum cum exercitus imperatur, ac praeit quid eum dicere oporteat. Consul auguri imperare solet, ut inlicium vocet, non (64) accenso aut praeconi; id inceptum credo, cum non

ad concionem] Florent. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vertr. — *ad conventionem* Cod. B. Vulgat. Sciopp.

vocantis] Florent. Havn. Cod. B. Vulgat. Vertran. — *vocatis* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp.

exaudiri] *exaudi* Havn.

illici et inlicis] Florent. — *inlici et inlicis* Havn. Cod. B. — *inlicio et inliciis* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *inlicio et inlicius* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. — *inlicio et inlicit* Sciopp. — *inlicium et inlicio* Scaliger.

quod in Hermiona] *et in Hermiona* Cod. B. Edit. princ. vet.

quom ait] Havn. — *est cum ait* ceteri.

Iovis ara] Victorius Var. Lect. VI, 7. Vulg. Vertran. Sciopp. — *Iovis visa ara* Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

adest] *id est* Havn.

dicere oporteat] Flor. Havn. — *oporteat dicere* ceteri.

consul auguri imperare] Victor. Vulg. Vertr. Sciopp. — *consul augur imperare* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *consuli augur imperare* Cod. B. Ald. Basil. Paris. Gryph. — cf. Turn. ad Cicer. de legg. pag. 647.

ut is licium] Flor. Havn. Rhol. — *his licium* Venet. I. II. — *inlicium* Cod. B. Edit. princ. vetust. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp.

vocet] *nocet* Edit. princ. vet.

non adesset] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *adesset* Codex B. — *abesset* Vulgat. Vertran. Sciopp.

adesset accensus et nihil intererat quoi imperaret; et dicis causa fiebant quaedam, neque item facta, neque item dicta semper. Hoc ipsum Inlicium scriptum inveni in M. IUNII commentariis, quod tamen ibi idem est quod illicite illexit; quae cum E et C cum G magnam habent communitatem.

accensus] *adcensus* Cod. B.

intererat] *intereat* Havn. Edit. princ. vet.

quoi] Havn. — *cui* ceteri.

imperaret] *imperet* Havn.

et dicis causa] Flor. Havn. — *et dicis caussa* Codex B. Vulg. Vertran. — *etenim dicis caussa* Sciopp. — *et dicimus cum* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — vid. Victor. Var. Lect. VIII, 24.

fiebant] Flor. Havn. Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *fiebat* Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

neque item facta . . . semper] omittit Sciopp.

inlicium scriptum] Sciopp. in marg.: *Quidam Vet. Codex: Ellegium scriptum.* — *Enlegium* tacite Ciacconius ad Columnam Rostrat. pag. 20. — *inlicitum scriptum* pr. m. Havn. — Fort. *Inlicium Enlegium scriptum.*

quod tamen] *et tamen* Cod. B. Edit. princ. vet.

ibi idem] Vertran. Sciopp. — *ibidem* Florent. Havn. Cod. B. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. — *item* Ciacconius loc laud.

illicite illexit] Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulgat. — *inlicite inlexit* Havn. — *inlicit et inlexit* Cod. B. — *illicit et illexit* Vertr. — *illicit et ellegit* Sciopp. — *illicit et illegit* Ciacconius. — *illigit, illecitque, i cum e et c cum g magnum habet affinitatem* Turnebus.

quae cum E et C cum G.] Florent. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *quae cum C. et G* Cod. B. — *quia I cum E, et C. cum G* quidam apud Augustinum, item omisso *et* Sciopp. — *quia I cum E* Vertran. ceteris omissis; ille *quidam* est Ciacconius, qui loc. cit. ita haec laudavit verba; haud dubie vere.

habent] *habeant* Cod. B.

10. Sed quoniam in hoc de paucis rebus verba feci plura; de pluribus rebus verba faciam pauca, et potissimum quae in Graeca Lingua putant Latina, ut

Cap. X.

in hoc] *in hec* Edit. vetust. — *haec* Cod. B.

paucis] *pauceis* Vulgat.

plura] Florent. Havn. Cod. B. Sciopp. — *multa* Vulg. Vertr. — omittunt Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

de pluribus] *de plurimis* Havn.

in graeca lingua putant latina] *a Graeca lingua dicuntur latina* Sciopp. — Quae sequuntur, cum tanta laborent difficultate, ut quaedam vix possint restitui, quomodo in quoque exhibentur libro, non singula quaedam verba et divisa, sed ut melius quisque possit iudicare, omnia ex ordine apponamus. Et in Florentino sic ibi ad unguem:

ut scalpere a SCoLPSA et sternere a STPONYIN Lingere a ληγμαστε .]. *ab* hε *ite ab* hTЄ *gigni a* γηγνοιτε *ferte a ferete providete* πρωηδεhN *errare ab* ερρεhN. *Ab eo quod dicunt strangalā strangulare. Tingue à* THNЄΔЄ. *Praeterea ades* ΨЄC. *ab eo quod illi* MλλΑΣЄN *nos malaxare ut gargarissare ab* ΑΝΑΡΓΑΡΗCTЄ. *potare á* ποιΘЄCTΑЄ *domare à* Δμαιση. *mulgere ab* AMЄΛΓHN. *petere à* ΠЄΣЄΡЄ, *stringere a* CPHNΓHΔЄ: *id enim* ΣHNΓHMHC *ut runcinare a runcina, cuius* PHXANЄ *origo graeca.*

Codex Havn. sic praestat

ut scalpere a et sternere a lingere a
id est ab Item ab gignitur
ferte a providete πρ errare ab ab eo quod
dicunt strangulare tingue a praeterea
ades ab eo quod illi nos malaxare ut gargarissa.
re ab portare a domare a
mulgere ab pectore a stringere a
id enim ut Runtinare a runtina cuius origo Graeca. —

Cod. B. ita verba illa exhibet:

ut scalpere, sternere, errare, quae omnia graeca sunt. Item ab γίγνομαι gigno et ab eo quod dicunt στραγγαλέειν strangulare θιγάνειν tinguere. Praeterea μαλακίζειν ab eo nos ut gargarizare sic malaxare, potare, domare, mulgere

Scalpere a σκαλεῦσαι; Sternere a στρωννύειν; Lingere

ab ἀμέλγειν ut runcinare a Runcina cuius origo graeca ἐίγχος.

Edit. princ. vet.:
ut scalpere sternere lingere ferte rete providere erare: que omnia graeca sunt. Item ablite gignitur ab eo quod dicunt strangulam, strangulare, tingue a greco. Praeterea ades: ab eo nos ut gargarizare sic malessare portare. domare. Mulgere ab ut runcinare aruncina cuius origo graeca.

Edd. Rhol. Venet. I. II. Pius:
ut scalpere σκαλεύειν, *sternere* στορεννύναι *lingere* λιγνάασθαι (Venet. I. II. λιγνασθαι) *ferre* φέρειν *providere* προιδεῖν *errare* ἐρυειν *quae omnia graeca sunt. item ab* γίγνομαι *gignitur. ab eo quod dicunt* στραγγαλισθῆσαι *strangulare. tinguere a graeco* θιγ ἀνειν (Venet. I. II. θιγνανειν) *Praeterea ades ab eo quod illi nos malaxai* (Venet. I. II. omisso *nos. malaxare*) *illi* μαλακίζειν *potare* ποτιξειν *domare* δμέειν *mulgere ab* ἀμέλγειν *ut runcinare et cetera, ut runcinare a runcina cuius origo graeca.*

Has sequuntur Edd. Ald. Basil. Paris. Gryph. — Varietas lectionis haec est:
. . . . στορενύειν *. . .* λίχνεσθαι *. . . . .* στραγγαλίζειν *. . . . .* θιγγήνειν *. . . . malaxare* (omisso *nos*) *. . .* ποτίζειν *. . .* δεσμεῖν (Gryph. δομᾶν) *. . . . graeca.*

Vulgat. Vertran.:
ut scalpere σκαλεύειν, *sternere* στορεννύειν; *lingere* λείχεσθαι (Vertr. λίχνεσθαι) *ferre* φέρειν, *providere* προιδεῖν. *errare* ἐρύειν, *quae omnia graeca sunt. Item ab* γύγνομαι *gigno et ab eo, quod dicunt,* στραγγαλίζειν *strangulare, tingere* θιγγάνειν (Vertr. θιγγήνειν) *Praeterea ab eo quod nos malaxare, illi* μαλακίζειν, *potare* ποτίζειν. *domare* δομᾶν (in marg. uterque δεσμεῖν) *mulgere ab* ἀμέλγειν *ut runcinare a runcina, cuius origo graeca* ἐύγχος.

Quos hac tamen varietate sequitur Scioppius:
. . . στρεννύειν *. .* λίχνεσθαι *. . . . Praeterea ádes ab eo nos malaxare quod illi . . . .* ἐύγχος.

scalpere a σκαλεῦται] Buttmannus ex Florent. *SCoLPSA.*

sternere a στρωννύειν] ex Florent. *STRONYIN.*

lingere a λιχμᾶσθαι] ex Florent. ληγμαστε.

a λιχμᾶσθαι; I ab εἶ; Ite ab ἴτε; Gignitur a γίγνεται; Ferte a φέρετε; Providere προϊδεῖν; Errare ab ἐῤῥεῖν; ab eo quod dicunt στραγγαλᾶν Strangulare; Tinguere a τέγγειν. Praeterea ades . . . ab eo quod illi μαλάσσειν, nos Malaxare, ut Gargarissare ab ἀναγαργαρίζεσθαι; Putare a πυθέσθαι; Domare a δαμάζειν; Mulgere ab ἀμέλγειν; . . . . Stringere a στραγγαλίσαι; id enim a στραγγαλίς ut Runcinare a Runcina, cuius ῥυκάνη origo graeca.

11. Quod ad origines verborum huius libri perti- 78

I ab εἶ] ex Florent. .]. *ab* ΗΕ.
ite ab ἴτε] ex Florent. *item ab* ΗΤϵ.
gignitur a γίγνεται] prius ex Havn. Edit. princ. vet.; alterum ex Florent. γΗγνοιτε.

ferte a φέρετε] ex Florent. *ferte a ferete.*
στραγγαλᾶν strangulare] ex Florent. *strangalā* — στραγγάλην Buttmannus.

tinguere a τέγγειν] Buttmannus ex Flor. *tingue a* ΤΗΝϵΔϵ.
praeterea ades . . .] lacunam posuimus pro Florent. ΨϵC. — *praeterire a* παριέναι Thierschius. — Fort. *praeterea abes* ἄπεις.

μαλάσσειν] ex Florent. ΜΑΛΑΣϵΝ. — μαλάξαι Buttmannus.
ἀναγαργαρίζεσθαι] ex Florent. ΑΝΑΡΓΑΡΗϹΤϵ. — ἀναγαργαρίσαι Buttmannus.

putare a πυθέσθαι] ex Florent. *potare a* ποιΘϵϹΤΑΙ.
petere a ΠϵΣϵΡϵ] Florent., ex quo neque ego, neque alii probabile quid eruere valebant; itaque lacunae apposuimus signa.

a στραγγαλίσαι; id enim a στραγγαλίς] Buttmannus ex Flor. *a* ϹΡΗΝΓΝΔϵ *id enim* ϹΗΝΓΗΜΗϹ.

Cap. XI.

Quod] *Quid* Edit. princ. vet.
origines] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *originem* Cod. B. Vulg. Vertran.

pertinet, satis] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *pertinet, quoniam satis* Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — cf. V, 37.

net, satis multas arbitror positas huius generis. Desistam, et quoniam de hisce rebus tris libros ad te mittere institui, de oratione soluta duo, de poetica unum; et ex soluta oratione ad te misi duo, priorem de locis et quae in locis sunt, hunc de temporibus et quae cum his sunt coniuncta: deinceps in proximo de poeticis verborum originibus scribere institui.

arbitror] *arbitrorum* Edit. princ. vet. id est *arbitror eorum.*
de hisce] *de heisce* Vulgat.
rebus] *ribus* Havn.
tris] Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. — *treis* Codex B. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
soluta duo] Flor. Havn. Edit. princ. vet. — *soluta duos* reliqui.
de poetica] praepositio desideratur in Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.
ex soluta] *soluta* Havn.
misi duo] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *misi duos* ceteri.
priorem] om. Havn.
locis] *loceis* Vulg. sic et post; item *poeticeis.*
et quae] *quae* Havn.
cum his] *cum hieis* Cod. B. — *cum heis* Vulgat.
verborum originibus] *verbis et eorum originibus* Sciopp. a seq. libri principio.
institui] *in*— Havn.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD

M. TULLIUM CICERONEM

LIBER SEPTIMUS.

significans] *significant* Gryph. — *VARRO etiam de Lingua Latina libro sexto vel Protinum vel Protinus continuatione vel praeteritae vel futurae longitudinis dicit, et tamen quoniam ut mihi videtur, potest eius adverbii enuntiatio varia, significantia eius mutata pro locis exemplis testibus designanda est.* NONIUS pag. 376.

in Agidone] Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertr. Sciopp. — *in Agidione* Havn. — *in Agedone* Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *in N Agidone* Flor.

candacus] Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *caudacus* Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ald. Bas. Par. Gryph — *cauadacus* Ven. I. II. unde Scalig. *cavadatus* ex antiquitus excusis profert.

magistris] *magistreis* Vulg.

stigmatia] *istiginatia* Edit. princ. — *istiginata* Edit. vet.

praebia a praebendo] *proebia a prohibendo* Scalig.

ut sit tutus] Florent. Havn. — *ut sit tutum* Codex B. Edit. princ. Rhol. Ven. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ut sit totum* Edit vet. — *ut si lorum* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *usitatum* Scalig.

quod sint remedia] *quod sit remedia* Flor. — *quod sit remedio* Ald. Bas. Par. Gryph. — *quod si remedia* Havn.

pueris] *puereis* Vulg.

in Technico] Flor. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *in te chnico* Havn. — *in terinio* Edit. princ. vetust. — *In Therimo* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.

confictant] Turneb. — *conficant* Turneb. Cod — *conficiant* Florent. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *conficeant* Edit. princ. vetust. — *confittitant* Cod. B. unde *confictitant* Vulg. Vertr. Sciopp.

a conficto convenire dictum: in Tarentilla PACUVII
ab luce
illustre
in Tunicularia
exbolas quassant
aulas quae eiciuntur, a Graeco verbo ἐκβολὴ dictum:
in bello Punico 102
nec satis sarrare
ab serare dictum, id est aperire; hinc etiam Serae, qua remota fores panduntur.

a conficto] *a confecto* Havn. — *a confuto* Edit. princ. vetust. — *convitant a convito* Scalig.
convenire] *conveniri* Gryph. — Fort. *a convenire conficto.*
Tarentilla] *Terentilla* Sciopp.
ab luce] *dum a luce* Flor. Havn. — Fort. *dictum a luce.*
illustre] *in lustre* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp.
tunicularia] Florent. Havn. Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *trucularia* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *auricularia* Turnebi vetus cod.
exbolas quassant, aulas quae eiciuntur] Florent. Havn. — *exbolas et lilas quassant, eiciuntur* Ed. princ. vetust. — *exbolas aulas quassant, eiiciuntur* Rhol. Ven. I. II, item sed *eijciunt* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *exbaůlas quassant eiciuntur* Cod. B, unde *exbolas quassant ejiciunt* Vulg. Vertran. Sciopp.
ἐκβολὴ] *exbole* Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.
dictum] *ictum* Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas.
nec satis sarrare] Florent. Havn. Turneb. Cod. B. Rhol. Ven. I. II. — *nec satis sarrire* Ed. princ. vetust. Ald. Bas. Par. Gryph. — *nec satis resarrire* Cod. B. Vulg. — *nec satis reserare* Augustin. in Emend., et ita Vertr. Sciopp.
ab serare] Flor. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ab serrare* Havn. — *ab serra* Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertr. Sciopp.
aperire] *operire* Scalig.
serae, qua remota] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. — *sera qua remota* Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *serae quibus remota* Codex B. — *serae quibus remoteis* Vulg, item, sed *remotis* Vertr. Sciopp.

(83) 7. Sed quod vereor ne plures sint futuri, qui de hoc genere me, quod nimium multa rescripserim, reprehendant, quam quod reliquerim quaedam, accusent; ideo potius iam reprimendum quam procudendum puto esse volumen. Nemo reprehensus qui e segete ad spicilegium reliquit stipulam. Quare institutis sex libris, quemadmodum rebus Latina nomina essent imposita ad usum nostrum, e quis tres scripsi P. Septumio qui mihi fuit Quaestor: tris tibi quorum hic est tertius;

C a p. VII.

Excusatio in Edit. princ. vet. legitur.

sed quod] Florent. Havn. Cod. B. Rhol. Venet. I. II. — *sed quo quod* Edit. princ. — *si quo quod* Edit. vetust. — *sed* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp.

rescripserim] Flor. — *scripserint* Havn. — *scripserim* ceteri.

quam quod reliquerim] Ald. Bas. Par. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *quamquam deliquerint* Havn. — *quamquam reliquerint* Flor. Venet. I. II. — *quamquam relinquerim* Edit. princ. vet. — *quam qui reliquerim* Codex B. — *quae quod reliquerim* Gryph.

reprimendum] *repimendum* Edit. princ. — *repmendum* Edit. vetust.

procudendum] Flor. (Vict. Var. Lect. XVII, 16) inde Augustin. et Vertr. in marg. Sciopp. — *procedendum* Havn. — *protendendum* vetus Turnebi Cod. — *producendum* Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. Vertr.

qui e segete] *a segete* Codex B.

ad spicilegium] *id spicilegium* Havn.

reliquit] *relinquit* Ed. princ. vet. Rholand. Venet. I. II.

institutis sex libris] *instituteis sex libreis* Vulg.

imposita] *inposita* Edit. princ. vet.

e quis] *e queis* Vulg. Vertr. Sciopp.

treis] Cod. B. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *tris* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *tres* Flor. Havn.

P.] om. Havn.

Septumio] Flor. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Septunio* Venet. I. II. — *Septimio* Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertran. Sciopp. — *Septimo* Rhol.

qui mihi fuit] *qui fuit* Havn.

treis tibi] Cod. B. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran.

priores de disciplina verborum originis, posteriores de verborum originibus: in illis qui ante sunt, in primo volumine est, quae dicantur cur ἐτυμολογικὴ neque [an] sit, neque ea utilis sit; in secundo quae sint, cur et ars ea sit et utilis sit; in tertio quae forma etymologiae. In secundis tribus quos ad te misi, item generatim discretis, primum, in quo sunt origines [verborum] locorum et earum rerum quae in locis esse solent: secundum, quibus vocabulis tempora sint notata

Sciopp. — *tris tibi* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

de] om. Havn.

verborum originis] Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *originis verborum* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

in illis] *in illeis* Vulg.

qui ante sunt] Flor. Havn. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *quae ante sunt* reliqui.

ἐτυμολογικὴ] ἐθιμωλόγικη Havn. — *ethimologice* Edit. princ. vet. — *ethymologice* Rhol. Ven. I. II. — *etymologia* Ald. Bas. Par. Gryph. — *etymologice* ceteri.

neque sit] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *neque an sit* Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *neque an site* Havn. — Fort. *neque ars sit.*

quae sit] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *quae sint* Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II.

cur et ars ea sit] Flor. item Havn. qui *quur* scribit. — *cur et ea sit* Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *et cur ea sit* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

et utilis sit] Turneb. — *et illis sit* Florent. Havn. — *et in illis sit* Edit. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *et in illeis sit* Vulg. — *in illis sit* Cod. B.

etymologiae] *ethimologie* Edit. princ. vetust. — *ethymologiae* Rhol. Ven. I. II.

secundis] *secundeis* Vulg. item post *discreteis.*

verborum] om. Flor.

vocabulis] *vocabuleis* Vulg.

sint notata] *sunt notata* Cod. B. — *sint nota* Havn.

et eae res quae in temporibus fiunt: tertius hic, in quo a poetis item sumpta ut illa, quae dixi in duobus libris soluta oratione. Quocirca quoniam omnis operis de Lingua Latina tris feci parteis, primo quemadmodum vocabula imposita essent rebus; secundo quemadmodum ea in casus declinarentur; tertio quemadmodum coniungerentur: prima parte perpetrata, ut secundam ordiri possim, huic libro faciam finem.

et eae res] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. — *et heae res* Cod. B. — *et hae res* reliqui.
a poetis item sumpta] *a poeteis item sumta* Vulg. — *quae a poetis item sunt posita* Sciopp.
ut illa] Victor. Turneb. Scipp. — *utilia* libri omnes.
libris] *libreis* Vulg.
soluta] *solita* Flor. — *ex soluta* Sciopp.
quoniam] om. Havn.
lingua] *lingula* Havn.
tris feci] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *treis* feci] Cod. B. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
parteis] Flor. — *partis* Cod. B. — *partes* reliqui.
primo] *prima* Vulg Vertr. ex seq. libri principio.
secundo] *secunda* Vulg. Vertr.
ea] om. Edit. princ. vetust.
declinarentur] Flor. Havn. — *declinantur* reliqui.
tertio] *tertia* Vulg. Vertr.
coniungerentur] *conjungentur* Ed. princ. vet.
secundam] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Vulg. Vertr. Sciopp. — *secundum* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
possim] Florent. Havn. — *possimus* reliqui.
In fine libri Flor. Cod. ita:

M. Terenti Varronis De Lingua Latina Liber VII explicit. Incipit liber VIII. Quae dicuntur, cur non sit analogia Liber Primus.

Havn. *Quae dicantur quur non sint analgia L. I.* —
Edit. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. *Finis Trium Librorum lingue latine Ad Ciceronem.*

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD

M. TULLIUM CICERONEM

LIBER OCTAVUS.

---

1. Quom oratio natura tripartita esset, ut superiori- 103
bus libris ostendi, quoius prima pars, quemadmodum (84)

LIBER OCTAVUS.

M. terentii Varronis Anàlogie liber primus. Edit. princ. — *M. T. Varronis Analogie liber I. quemadmodum in casus vocabula declinantur.* Edit. vet. — *M. T. Varronis Analogiae liber primus, quae dicantur cur non sit Analogia.* Edit. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *M. Terentii Varronis de lingua latina liber septimus.* Vulgat. Vertran. Sciopp.

Cap. I.

Quom] Florent. Havn. Rhol. Vulg. Vertran. Sciopp. — *quomodo* Edit. princ. vet. — *cum* Codex B. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

oratio] Codex Flor. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ratio* Cod. B. Havn. Rholand. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph.

natura] Flor. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. — *naturae* Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *nostra* Sciopp. — Cod. B. hoc loco omittit.

esset ut] *esset natura, ut* Cod. B. — *sit ut* Sciopp.

libris] *libreis* Vulg.

cuius prima] Flor. Augustin in marg. Vertr. Sciopp. — *quoius prima* Havn. — *eius prima* reliqui.

vocabula rebus essent imposita; secunda, quo pacto de his declinata in discrimina ierunt; tertia, ut ea inter se ratione coniuncta sententiam efferant; prima parte exposita, de secunda incipiam hinc, ut propago omnis natura secunda, quod prius illud rectum, unde ea sit declinata: itaque declinatur in verbis rectum Homo; obliquum Hominis, quod declinatum a recto. De huiusce multiplici natura discriminum orae sunt hae: cur, et quo, et quemadmodum in loquendo declinata sunt verba. De quibus duo prima duabus causis percurram breviter: quod et tum quom de copia verborum scribam, erit retractandum; et quod et, de tribus tertium quod est, habet suas permultas ac magnas partes.

2. Declinatio inducta in sermones non solum Latinos, sed omnium hominum, utili et necessaria de

essent imposita] *essent imposita esset* Ald. Bas. Par. Gryph.
de his] *de heis* Vulg.
ierunt] *ierint* Sciopp.
efferant] *afferant* Ald. Bas.
rectum] om. Havn.
itaque] *ita que* Edit. princ. — *ita* Vulg.
declinatur] *declinantur* Havn.
in verbis] *in verbeis* Vulg.
discriminum] *discrimine* Havn.
orae] *ore* Edit. princ. Rhol. — *hore* Edit. vet.
hae] *hee* Edit. princ. vet.
et quo] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *et in quo* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
causis] *causseis* Vulg.
percurram] *percurra* Havn.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
et de] Havn. — *de* ceteri.
retractandum] *tractandum* Codex B.
est] om. Havn.
partes] *partis* Codex B. — *parteis* Vulg. Vertr. Sciopp.

C a p. II.

utili et necessaria] Flor. Havn. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

causa: nisi enim ita esset factum, neque dicere tantum 104
numerum verborum possemus; infinitae enim sunt naturae, in quas ea declinantur: neque quae didicissemus ex his, quae inter se rerum cognatio esset, appareret. At nunc ideo videmus, quod simile est; quod propagatum, Legi ut declinatum est a Lego: duo simul apparent quodammodo; eadem dici et non eodem tempore factum, ut si verbi gratia alterum horum diceretur Priamus, alterum Hecuba; nullam unitatem adsignificaret, quae apparet in Lego [et] Legi et in Pria- (85)
mus Priami. Ut in hominibus quaedam sunt cognationes et gentilitates, sic in verbis: ut enim ab Aimilio homines orti Aimilii, ac gentiles; sic ab Aimilii nomine declinatae voces in gentilitate nominali; ab eo enim, quod est impositum recto casu Aimilius, orta Aimilii,

— *utili ac necessaria* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *utili necessaria* Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II.
tantum] *tm̄* Havn. Edit. princ. quo factum, ut in Rhol. Ven. I. II. *tamen* legatur.
ex his] *ex hieis* Cod. B. — *ex heis* Vulg.
cognatio] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. — *cognitio* Edit. princ. vet. — *agnatio* Cod. B. Augustin. et Vertr. in margine, Sciopp. in textu.
appareret] *apparet* Havn. Ed. princ. vet.
legi ut] *legium* Havn.
a lego] inserit opportune Cod. B, unde et in Vulg. Vertran. Sciopp. — om. Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
lego et legi] *lego legi* Havn.
priami ut] *et priamo tamen* Havn.
cognationes] *agnationes* Havn. Codex B. August. et Vertr. in marg.
et gentilitates] *ad gentilitates* Flor.; id est *ac gent.* ut paulo post *ac gentiles.*
verbis] *verbeis* Vulg.
Aimilio] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *Emilio* Flor. Havn. Ed. princ. vet. — *Aemilio* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.; et sic libri constanter.
nominali] *nominati* Vertr. Sciopp.
recto] *rectum* pr. m. Havn.

Aimilium, Aimilios, Aimiliorum; et sic reliquae, eiusdem quae sunt stirpis. Duo igitur omnino verborum principia, impositititiorum et declinatorum; alterum ut fons, alterum ut rivus. Impositititia nomina esse voluerunt quam paucissima, quo citius ediscere possent: declinata quam plurima, quo facilius omnes, quibus ad usum opus essent, discerent. Ad illud genus quod prius, historia opus est; nisi descendendo enim, aliter id non pervenit ad nos: ad reliquum genus quod po-

reliqua] Vulg. Vertran. Sciopp. — *reliquae* Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

principia] Flor. Havn. Cod. B. Ald. Basil. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *principalia* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

impositititiorum et declinatorum] Vulg. Vertr. Sciopp. — *impositorum et declinatorum* Cod. B. — *impositititia* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *imposito* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *impositio* Flor. Havn.; fort. *impositio et declinatio*, nisi potius inducenda sunt.

impositititia] *impositia* Edit. princ. vet. Cod. B. — *impositiva* Havn.

quam paucissima] *per paucissima* Havn.

citius] *cicius* Edit. princ. vet.

quo facilius] Flor. Havn. Ald. Bas. Paris. Gryph. Sciopp. — *isto opere facilius* Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *quae isto opere facilius* Codex B. Vulg. Vertr.

ad usum] Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Sciopp. — *adversum* Flor. Edit. princ. vetust. — om. Cod. B. Vulg. Vertr.

discerent] Codex B. Vulg. Vertran. — *dicerent* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *dicerentur* Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol.

historia opus] *memoria opus* Henr. Stephanus in Append. pag. 179.

nisi] *nihil* Havn.

descendendo] *descendo* Havn. — *discendo* H. Stephanus.

enim] *ei* Havn.

ad reliquum] praepositio deest in Par. Gryph.

sterius, ars; ad quam opus est paucis praeceptis, quae sunt brevia. Qua enim ratione in uno vocabulo declinare didiceris, in infinito numero nominum uti possis: itaque novis nominibus allatis in consuetudinem, sine dubitatione eorum declinatus statim omnis dicit popu- 105
lus; etiam novicii servi empti in magna familia cito omnium conservorum nominis recto casu accepto in reliquos obliquos declinant. Qui si nonnunquam offen-

ars] *arte* Codex B. Stephan. loc. cit.
paucis praeceptis] *pauceis praecepteis* Vulgat. — *quam via* Havn. pro verbis *quam opus est p. pr. q. s. brevia.*
qua enim ratione] Flor. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *que enim ratio* Havn. Edit. princ. vetust. — *quae enim ratione* Rhol. Ven. I. II. — *quae enim recte* Cod. B. Edit. Vulg. Vertr.
uno] om. Havn.
didiceris] *dediceris* Havn.
in] om. Havn.
itaque] *ita* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
novis] *noveis* Vulg.
allatis] *adlateis* Vulg. — *adlatis* Codex B. Vertr. Sciopp.
in consuetudinem] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *consuetudinem* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *consuetudine* Codex B.
declinatus] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *declinamus* Flor. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *declinat* Havn.
dicit] *discit* Cod. B. Vertr. Sciopp.
etiam] *et iam* Havn.
novicii] Flor. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *novit. ii* Havn. — *novitii* ceteri.
empti] *emti* Vulg. Vertr. — om. Sciopp. — Edit. princ. vet. *servienti* pro *servi empti* legunt.
nominis] nos ex coniectura. — *omnis* Flor. Cod. B. Ed. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. — *omnes* Havn. — *nomina* in marg. ex coniectura Augustin. Vertr. Sciopp.
qui si nonnunquam] Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp — *quis nonnunquam* Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *queis nonnunquam* Cod. B.
offendunt] *ostendunt* Ald. Bas. Par. Gryph.

dunt, non est mirum: etenim illa qui primi nomina imposuerunt rebus, fortasse an in quibusdam sint lapsi; voluisse enim putant singularis res notare, ut ex his in multitudinem declinaretur, ab Homine Homines; sic mares liberos voluisse notari, ut ex his feminae declinarentur: ut est ab Terentio Terentia: sic in recto casu quas imponerent voces, ut illinc essent futurae quae declinarentur: sed haec in omnibus tenere nequisse, quod et una et dicuntur Scopae, et mas et femina Aquila, et recto et obliquo vocabulo Vis. Cur

illa qui] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *illi qui* Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp.

fortasse an] Florent. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *forsitan* Cod. B. Edit. Vulg. Vertr. Sciopp.

sint lapsi] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *sunt lapsi* Cod. B. Ed. Vulg. Vertran. Sciopp.

voluisse] *Solius* Havn.

singularis res] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *singulareis res* Vulg. — *singulares res* Vertr. Sciopp.

ex his] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *ex iis* reliqui.

multitudinem] Havn. — *multitudine* ceteri.

declinaretur] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *declinarentur* Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — addunt libri *ut est* quae cum Flor. Havn. omisimus; in Havn. quae sequuntur, omnia usque ad *declinarentur*, desiderantur.

voluisse notari] om. Sciopp.

ex his] *ex heis* Vulg.

ut est] quae sequuntur usque ad verba *quo declinarentur* in Cod. B. desiderantur.

ab Terentio] Flor. — *a Terentio* reliqui.

quo declinarentur] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quae declinarentur* Havn. Vulgat. Vertr. Sciopp.

una et dicuntur] Flor. Havn. — *una dicuntur* ceteri.

haec non tam sint in culpa, quam putant, pleraque solvere non difficile, sed nunc non necesse; non enim qui potuerint adsequi, sed qui voluerint, ad hoc quod propositum, refert, quod nihilo minus declinari potest (86) ab eo quod imposuerunt scopae, scopa, quam si imposuissent scopa, ab eo scopae; sic alia.

3. Causa, inquam, cur eas voces quae descendunt a recto [casu, declinarint,] caussa est, cur eas ab impositis nominibus declinarint, quam ostendi. Sequi-

sint in culpa] Cod. B. Edit. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *sit in culpa* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
quam putant] Flor. Havn. Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *qui putant* reliqui.
pleraque] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *plerique* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
qui] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quod* Cod. B. Vulg. Vertr. — *quid* Sciopp.
potuerint] Florent. Havn. Ed. princ. vet. — *potuerunt* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *non potuerint* Cod. B. Sciopp. — *non potuerunt* Vulg. Vertr.
adsequi] Flor. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *assequi* reliqui.
qui voluerint] Florent. Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quod voluerint* Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *quod voluerunt* Vulg. Vertr. — *quid voluerint* Sciopp.
scopae] om. Havn.

C a p. III.

causa] *caussa* Sciopp. — *caussam* Vulg. Vertr.
inquam] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ald. Bas. Sciopp. — *in quam* Ven. I. II. Par. Gryph. — *quare* Vulg. Vertr.
cur eas voces quae descendunt a recto caussa est] Cod. B. — om. ceteri omnes; addidimus, ne oratio minus cohaerens sit *casu declinarint;* excidisse hoc loco *declinarint* apertum mihi videtur, quod idem paulo post in Flor. Havn. apparet: *declinarint declinari*, ubi nullus ei locus.
cur eas] *quur eam* Havn.
impositis] *impositeis* Vulg.
quam ostendi] *ostendi* Vulg. Vertr. Sciopp.

tur in quas voluerint declinari aut noluerint, ut generatim ac summatim, item in formis. Duo enim genera verborum: unum fecundum, quod declinando multas ex se parit disparilis formas, ut est Lego, Legis, Legam, sic alia: alterum genus sterile, quod ex se parit nihil, ut est Etiam, Vix, Cras, Magis, Cur. Quarum rerum usus erat simplex, simplex ibi etiam vocabuli declinatus, ut in qua domo unus servus, uno servili opus est

sequitur in quas] Flor. Havn. Codex B. Ed. princ vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *sequitur in queis* Vulg. Vertr. Sciopp. — puto: *sequitur inde, quas.*

voluerint] Flor. Havn. Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *voluerunt* reliqui.

declinari] *declinarint declinari* Flor. Havn. — *declinare* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *declinati* Venet. I.

aut noluerint] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. Vulg. Vertr. Sciopp. — *aut voluerint* Edit. vet — *aut noluerunt* Rhol. — *aut voluerunt* Ven. I. II. Ald. Bas. — *autem voluerunt* Par. Gryph.

ut generatim] *ut* om. Vulg. Vertr. Sciopp.

in formis] *informes* Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *in formeis* Vulg. — *in foremem* Havn.

duo enim] *enim* om. Cod. B.

fecundum] Rhol. Vulg. Vertr. Sciopp. — *secundum* Codex B. Edit. princ. vet. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ferundum* Havn. et suprascripto ⊙ Flor. vid. Vict. Var. Lect. XVIII, 1.

disparilis] *disparileis* Vulg. Vertr. Sciopp.

lego legis] *lego gis* Havn.

vix, cras] sic nos ex Florent. Havn.: qui *vixerat; cras* omissum in Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — legitur post *magis* in Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.

cur] *quur* Havn.

simplex; simplex ibi] Sciopp. adiectivo repetito. — *simplex, ubi* Cod. B. — *simplex ibi* reliqui omnes.

vocabuli] *vocabula* Ald. Bas. Par. Gryph.

declinatus] Flor. Havn. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *declinantur* Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

uno servili opus est nomine] ita nos ex coniectura. — *uno servilio post nomine* Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vetust.

nomine; in qua multi, pluribus. Igitur et in his rebus 106
quarum sunt nomina, quod discrimina vocis plura, propagines plures; et in his rebus quae copulae sunt ac iunguntur, verba, quod non opus fuit declinari in plura, fere singula sunt: uno enim loro alligare possis vel hominem vel equum vel aliud quod, quidquid est, quod cum altero potest alligari. Sic quod dicimus in loquendo, Consul fuit Tullius et Antonius: eodem illo ET omnis binos consules colligere possumus, vel dicam

— *uno servilio post nomen* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *uno servolo post nomen* Vulgat., quem sequitur mutato *servolo* in *servo* Vertr. — *uno solum opust nomine* Sciopp.

in qua] Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertr. Sciopp. — *in quam* Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

multi] *populi multi* Ald. Bas. Par. Gryph.

igitur et] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *igitur ea* Cod. B. Edit. princ. vet. Augustin. et Vertr. in marg.

in his] *in heis* Vulg.

quarum sunt] Vertr. Sciopp. — *quorum sunt* libri omnes.

quod discrimina] *quot discrimina* Venet. I. II. — *quo discrimina* Ald. Bas. Paris. Gryph. Sciopp.

plures: et in his] Flor. Havn. — *plures in his* ceteri; vulg. *heis.*

sunt] om. Havn.

ac iunguntur] Flor. Ed. princ. vet. — *ac coniunguntur* Havn. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ac his iunguntur* Cod. B. Vulg. (*heis*) Vertr. Sciopp. — *Faernus delebat ac* Sciopp. in marg.

verba] Fort. *verbo.*

alligare] Flor. Havn. — *colligare* ceteri.

possis] *posses* Havn.

quidquid] Vulg. Vertr. Sciopp. — *quicquid* ceteri.

alligari] Flor. Havn. — *colligari* ceteri.

Tullius] *Tulius* Edit. princ. vet. — *Tullus* pr. m. Havn.

eodem illo] *eodem illos* Vertr.

omnis] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *omneis* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

colligere] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *colligare* Vulg. Vertr. Sciopp.

amplius, omnia nomina, atque ideo etiam omnia verba; cum fulmen tunc ex una syllaba, illud ET maneat unum. Quare duce natura, si quae imposita essent vocabula rebus . . .

MULTA DESUNT.

. . . ne ab omnibus his declinatus putarent, quorum generum declinationes oriantur.

4. Partes orationis sunt duae, si item ut DION, in tris diviserimus partes res, quae verbis adsignificantur: una, quae adsignificat casus: altera, quae tempora: tertia, quae neutrum. De his ARISTOTELES oratio-

cum fiunt tunc] Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. — *tum fiunt* Vertran. — *cum fiat ut* Sciopp. — *cum . . . tunc* Cod. B. vacuo spatio relicto. — *cum fulm̄ tunc* Havn. — *cum fulmen tunc* Florent. Codex, unde legendum *cum fulcimen tunc* videtur.

illud ET maneat unum] *unum cum et illud maneat* Vertran. — *ET maneant unum* Scioppius. — *illud remaneat unum* quidam apud Augustinum.

MULTA DESUNT] ita Vulgat. Vertran. Sciopp. — in reliquis libris arcte quae sequuntur cohaerent, nec ullum lacunae vestigium.

his] *heis* Vulg. — *hieis* Cod. B.

declinatus] *declinandus* Flor. Havn. — *declinandas* Augustin. et Vertr. in marg. ex libro.

quorum generum] *quarum generum* Flor. Havn. — *duorum generum* Popma.

oriantur] Florent. Havn. — *oriuntur* ceteri.

Cap. IV.

Dion] *Dyon* Flor.

tris] Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *treis* reliqui.

verbis] *verbeis* Vulg. — *verba* Gryph.

adsignificantur] *significantur* Florent. Havn.

una quae] *unum quae* Flor. Havn. — *unam quae* Codex B.

càsus] *capus* Flor. Havn. natum ex scribendi genere *caſſus* vel *caſsus*, ut alibi monuimus.

altera] *alterum* Flor. Havn. Venet. I. II. — *alteram* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol.

de his] *de hieis* Cod. B. — *de heis* Vulg.

nis duas partes esse dicit, vocabula et verba, ut Homo et Equus, et Legit et Currit. Utriusque generis et vocabuli et verbi quaedam priora, quaedam posteriora; priora, ut Homo, Scribit, posteriora, ut Doctus et Docte; dicitur enim Homo doctus, et Scribit docte. Haec sequitur et locus et tempus, quod neque Homo, (87)
nec Scribit potest sine loco et tempore esse: ita ut magis sit locus Homini coniunctus, tempus Scriptioni, quom de his nomen sit primum. Prius enim nomen est, quam verbum temporale: et reliqua posterius, quam nomen et verbum. Prima igitur nomina; quare de eo- 107
rum declinatione quam de verborum, ante dicam.

5. Nomina declinantur aut in earum rerum discrimina, quarum nomina sunt, ut a Terentius, Terenti: aut in eas res extrinsecus, quarum ea nomina non

orationis duas partes] Flor. Havn. — *duas partes orationis* reliqui. — conf. Quintil. I, 4, 18 ibiq. Spald. pag. 96 seq.
nom.
dicit vocabula] *dixit vocabula* Havn.
priora, quaedam] Flor. Havn. Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *priora et quaedam* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
priora ut homo] in marg. Cod. Flor. *Hic error non parvus.*
id est praefcam
posteriora] *posteriora* Havn.
et locus] *locus* Havn.
nec scribit] Edit. princ. vetust. — *neque scribit* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *nec scribi* Flor. Rhol. Ven. I. II. — *scribi* Ald. Bas. Par. Gryph. — *scribit* Havn.
potest sine] *potest nec sine* Ald. Bas. Paris. Gryph.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
de his] *de hieis* Cod. B. — *de heis* Vulg.
temporale] hoc cum seqq. usque ad *prima igitur* om. Havn.

C a p. V.

a] *ab* Havn.
Terenti] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *Terentii* Havn. Vulg. Vertr. Sciopp.
in eas res] *in ea res* Flor. Gryph. — *in ea re* Havn.

sunt, ut ab equo, Equiso. In sua discrimina declinantur aut propter ipsius rei naturam, de quo dicitur, aut propter illius, qui dicit. Propter ipsius rei discrimina aut ab toto, aut a parte. Ab toto, ut ab homine Homunculus, ab capite Capitulum: propter multitudinem, ut ab homine Homines; ab eo, quod alii dicunt, Cervices, [et] id ORTENSIUS in poematis Cervix. Quae a parte declinata, aut a corpore, ut a mamma Mammosae, a manu Manubria: aut ab animo, ut a prudentia

ab equo equiso] Flor. ut coniecit Vertran. — *ab equo equito* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. — *ab equo equisco* Havn. — *ab equo equile* quidam apud Augustinum, et sic edidit Vertr. Sciopp.
de quo] *de quo* Vertr. Sciopp.
dicitur] Flor Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *dicuntur* Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp.
discrimina] *descrimina* Edit. princ. — *discrimina declinantur* Havn.; alterum verbum a sec. m. inductum.
ab toto] Florent. Havn. — *a toto* ceteri.
aut a parte. A toto] Vulg. Vertr. Sciopp. — om. Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *aut a parte aut ab animo . a toto* Cod. B. in quo exciderunt: *a corpore* quae facile ex seqq. addas. — Scripsimus ut supra *ab toto.*
ab capite] Flor. Havn. — *a capite* reliqui.
dicunt cervices] *dicunt cervix* Sciopp.
Ortensius] Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *Hortensius* ceteri.
in poematis] *in poemateis* Vulgat. — *in poema.* Venet. I. II. unde *in poemate* Ald. Basil. Paris. Gryph.
cervix] *cervices* Sciopp. vid. X, 4, fine.
aut a corpore] *ut a corpore* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
ut a mamma] Flor. Havn. Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — reliqui omittunt praepositionem.
mammosae] Flor. Havn. — *mammose* Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. — *mammosa* Venet. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp. — *mammola* Ald. Bas. Par. Gryph.
manubria] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *manubiae* Codex B. Vulg. Vertran. Sciopp.
aut ab animo] Florent. Havn. — *alia ab animo* ceteri.

Prudens, ab ingenio Ingeniosi. Haec sine agitationibus; at ubi motus maiores, item ab animo, ut ab strenuitate et nobilitate, Strenui et Nobiles. Sic a pugnando et currendo Pugiles et Cursores. Ut aliae declinationes ab animo, aliae a corpore: sic aliae, quae extra hominem, ut Pecuniosi, Agrarii; quod foris pecunia et ager.

6. Propter eorum qui dicuntur, sunt declinati casus, uti is qui de altero diceret, distinguere posset, quom vocaret, quom daret, quom accusaret: sic alia eiusdem discrimina, quae nos et Graecos ad declinandum duxerunt. Sine controversia sunt quinque. Quis

ingeniosi] Flor. Havn. — *ingeniosus* reliqui.
haec sine] *hae sine* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
agitationibus] *eo agitationibus* Cod. B.
at ubi motus] Flor. Havn. — *aut ibi motus* Cod. B. — *aut ubi notus* ceteri.
ut ab strenuitate] Flor. Havn. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.; item sed *a* Edit. princ. vet. Rhol. — *aut strenuitate* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
pugiles] *et pugiles* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
agrarii] *agrosi* Sciopp.

C a p. VI.

propter eorum qui dicuntur] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Augustin. in marg. Rhol. — *propter eorum quam dicuntur* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *propter eorum quae dicuntur* Codex B. — *eorum propter quae dicuntur* quidam apud Augustin. et ita Sciopp. — *propter eorum qui dicunt usum* Vertr. — *propter eos tum qui dicunt* Popma.
uti is] Florent. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. — *ut his* Venet. I. II. — *ut iis* Ald. Bas. Par. Gryph. — *ut is* reliqui.
quom . . quom . . quom] Havn. — *cum . . cum . . cum* ceteri.
alia eiusdem discrimina] Florent. Havn. — *alia equidem discrimina* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *alia quidem discrimina* Vulgat. Vertran. Sciopp. — Fort. *alia eiusmodi discrimina.*
sunt quinque] Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *sunt quiquae* Flor. et supra Θ,

vocetur, ut Hercules; Quemadmodum vocetur, ut Hercule; Quo vocetur, ut ad Herculem; [a quo vocetur, ut ab Hercule;] Quoi vocetur, ut Herculi; Quoius vocetur, ut Herculis.

7. Propter ea verba quae erant proinde ac cogno-
108 minata, ut Prudens, Candidus, Strenuus, quod in his praeterea sunt discrimina propter incrementum, quod maius vel minus in his esse potest; accessit declinationum genus, ut a Candido, Candidius, Candidissimum:

Havn. — *sunt hi quinque* Vulg. Vertr. Sciopp. — *sunt quique* Rhol.

quis vocetur] Havn. Codex B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *quis vocetur* Florent. dittographia ut sit *vocetur* et *notetur*. — *quod vocetur* Edit. princ. vet. — *quod vocent* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph.

ut Hercule] Flor. Sciopp. — *ut Hercules* reliqui omnes. — *quemadmodum vocetur ut Hercules* om. Havn.

quo vocetur ut ad Herculem] Florent. Havn. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *quo vocetur ut Herculem* Codex B. Edit. princ. vet. — haec omissa in Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

a quo vocetur ut ab Hercule] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — omittunt haec Cod. B. Edit. princ. vet. Vulgat. Vertr. Sciopp.; uncis inclusimus ut spuria; quae qua ratione in textum irrepserint, quisque videt. Varro enim, cum de latinis et graecis loquatur, hunc casum, quem graeci omnino ignorant, non potest non omittere. VIII, 36. *sic Graeci nostra senis casibus non quinis dicere debebant; quod cum non faciunt, non est analogia.*

quoi] Havn. — *cui* ceteri.

cuius] *quoius* Havn. et in marg. *Nota . sēp hic dtm̄ ḡto ānp.*

C a p. VII.

propter ea verba] *praeterea verba* Sciopp.

ac] *ut* Havn.

cognominata] *cognomina* Havn. Sciopp.

in his praeterea] *in heis praeterea* Vulg. — *in iis praeterea* Havn. — *in his* Sciopp.

vel] *aut* Havn.

accessit] *adcessit* Vulgat. Vertr. Sciopp.

candidius] *candidus* Havn. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

sic a Longo, Divite, id genus aliis, ut fieret. Quae in eas res quae extrinsecus declinantur, sunt ab equo (88) Equile, ab ovibus Ovile, sic alia; haec contraria illis quae supra dicta, ut a pecunia Pecuniosus, ab urbe Urbanus, ab atro Atratus: ut nonnunquam ab homine locus, ab eo loco homo, ut a Romulo Roma, a Roma Romanus. Aliquot modis declinata ea quae foris; nam aliter qui a maioribus suis, Latonius et Priamidae: aliter quae facto, ut a praedando Praeda, a merendo Merces. Sic alia sunt, quae circum ire non difficile; sed quod genus iam videtur et alia urgent, omitto.

8. In verborum genere quae tempora adsignificant, quod ea erant tria, praeteritum, praesens, futurum; declinatio facienda fuit triplex, ut Saluto, Saluta-

fieret] *ferret* Havn.
illis] *illeis* Vulg.
ab homine] *ad homine* Edit. princ. vetust.
ab eo loco homo] *loco* omitt. Scioppius. — *ab colo eo homo* Havn.
a Roma] *ab Roma* Havn.
modis] *modeis* Vulg. ut paulo infra *sueis*.
Latonius] *Latonus* Flor. — *latonum* Havn.
Priamidae] Florent. Havn. — *Priamides* reliqui omnes.
quae facto] Flor. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quae fato* Havn. — *quam facto* Edit. princ. vet. — *qui a facto* Cod. B. — *quae a facto* Vulgat. Vertran. Sciopp.
praedando] *pridando* Edit. vet.
praeda] Flor. Havn. Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *praedae* reliqui.
circum ire] *circuire* Cod. B. Havn.
sed quod genus] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *sed genus* Vulg. Vertran. Sciopp.
urgent] Flor. Havn. Edit. vet. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. *urguent* Codex B. Vertr. Sciopp. — *urgeret* Edit. princ. — *urgerent* Rhol. Venet. I. II.

C a p. VIII.

praesens] *praesens et* Havn.
ut saluto] *ut ab saluto* Havn.

bam, Salutabo: quom item personarum natura triplex esset, qui loqueretur, de quo, ad quem, haec ab eodem verbo declinata, quae in copia verborum explicabuntur.

9. Quoniam dictum de duabus declinationibus, cur et in qua sit forma; tertium quod relinquitur, quemadmodum, nunc dicetur. Declinationum genera sunt duo, Voluntarium, et Naturale: voluntarium est, quo ut quoiusque tulit voluntas, declinavit. Sic tres quom emerunt Ephesi singulos servos, nonnunquam alius declinat nomen ab eo, qui vendit: Artemidorus, atque Artemidorum appellat: alius a regione quod ibi emit, ab

quom] Havn. — *cum* ceteri.
ad quem] desunt in Flor. Codice; addito ⊖; item in Havn.
quae in copia] *quae sunt in copia* Cod. B.

Cap. IX.

Quoniam] *quam* Edit. princ. vet.
in qua sit forma] Vulg. Vertr. — *in qua sint forma* Sciopp. — *in qua sit fama* libri veteres omnes.
nunc dicetur] Vulg. Vertr. Sciopp. — *dicitur nunc* Havn. — *nunc dicitur* ceteri.
quo, ut cuiusque] *quod ut cuiusque* Henr. Stephan. in Appendice pag. 182. — *quo ut quoiusque* Havn.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
emerunt] *emerint* Sciopp.
ab eo qui vendit] *ab eo quod vendidit* ex coniect. Vertran. Sciopp. Henr. Steph. loc. cit.
Artemidorus] *artem, idorus* Havn. — *Artemidoro* Vossius de Analog. I, 5, pag. 21; melius *vendit Artemidorus* Vertr.
atque Artemam appellat] Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *atque Artemidorum appellat* Flor. Codex B. Edit. princ. vetust.
alius a regione] Flor. Havn. — *alius aut regione* Edit. princ. vetust. Rhol. — *alius ăt regione* Ven. I. II. — *alius autem a regione* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *alius aut a regione* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.
Ionam] *Ionem* Augustin. ex libro in margine, Sciopp. — *Iona* Havn.

Ionia, Ionam; alius quod Ephesi, Ephesium; sic alius 109
ab alia aliqua re, ut visum est. Contra naturalem declinationem dico, quae non a singulorum oritur voluntate, sed a communi consensu. Itaque omnes impositis nominibus, eorum item declinant casus, atque eodem modo dicunt huius Artemidori, et huius Ionae, et huius Ephesii: sic in casibus aliis. Cum utrumque nonnunquam accidat, et ut in voluntaria declinatione animadvertatur natura, et in naturali voluntas (quae quoiusmodi sint, aperietur infra), quod utraque declinatione

alius quod Ephesi] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *aut ab urbe Epheso* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

ab alia aliqua] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. — *ab aliqua alia* reliqui; illud et Vossius loc. cit.

dico quae non] Flor. Havn. Vertr. in marg. Sciopp. — *dico quod non* reliqui.

voluntate] *voluntatem* Havn.

sed a communi] *sed aut communi* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

impositis] *impositeis* Vulg.

item] *idem* Havn.

Artemidori] Flor. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *autem idori* Havn. — *Artemae* intulerunt Augustinus in marg. Vertr. Sciopp. Vossius; an ex Codd. ab Augustino margini sit appositum, quamvis coniecturae signum desideratur, valde dubitandum.

et huius Ionae] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *et huius Ione* Cod. B. — *et huius Ionis* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Sciopp. Augustin. in margine, et omisso *huius* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *et huius Ioni* Havn.

Ephesii] *Ephesi* Rhol. — *ephesis* Havn.

in casibus aliis] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. — *in aliis casibus* reliqui.

et ut] Fort. *ut et.*

voluntaria] *volutaria* Havn.

cuiusmodi] *eiusmodi* Cod. B. Ed. princ. vetust. — *quoiusmodi* Havn. quod dedimus.

aperietur] *aperientur* Havn.

alia fiunt similia, alia dissimilia, de eo Graeci Latinique libros fecerunt multos; partim quom alii putarent in loquendo ea verba sequi oportere, quae a similibus similiter essent declinata, quas appellarunt ἀναλογίας:
(89) alii cum id neglegendum putarent ac potius sequendam dissimilitudinem, quae in consuetudine est, quam vocant ἀνομαλίαν: cum, ut ego arbitror, utrumque sit nobis sequendum; quod in declinatione voluntaria sit ἀνομαλία, in naturali magis analogia. De quibus utriusque generis declinationibus libros faciam bis ter-

alia dissimilia] om. Codex B. Edit. princ. vet.

libros] om. Havn.

fecerunt] *fecerut* Havn.

partim] *pertinet* Edit. princ. vet.

quom] Havn. — *cum* ceteri.

ab similibus] Flor. Havn. — *a similibus* reliqui.

appellarunt] *appellant* Codex B. Ed. princ. vet. — *appellaverunt* Havn.

ἀναλογίας] *analogias* Florent. Rhol. Ven. I. II. — ἀραλογίας Havn. — *analagogias* Edit. princ. vetust.

neglegendum] Flor. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *necligendum* Havn. — *negligendum* reliqui.

sequendam similitudinem, quae] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *sequendam συνήθειαν dissimilitudinem quae* Cod. B. — *sequendam συνήθειαν dissimilitudinemque quae* Vulg. Vertr. Sciopp.

quam vocant] *quam etiam vocant* Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp.

ἀνομαλίαν] Vict. Vulg. Vertr. Sciopp. — ὁμαλειαν Cod. B. — ΛΦΜΑϵΝΑΝ Cod. Flor. — συνήθειαν Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — om. Havn. — lacuna in Edit. princ. vetust.

quod in declinatione] Vulg. Vertr. Sciopp. — *quod declinatione* veteres libri omnes.

ἀνομαλία] *anomalia* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *magis* ἀνομαλία Henr. Stephanus in Append. pag. 31 et 37.

bis ternos] *bisternos* Edit. princ. vet.

nos: prioris tris de earum declinationum disciplina; posterioris, ex eius disciplinae propaginibus. De prioribus primus erit hic: quae contra similitudinem declinationum dicantur. Secundus, quae contra dissimilitudinem. Tertius de similitudinum forma: de quibus quae experiero, singulis tribus; tum de alteris totidem scribere ac dividere incipiamus.

10. Incipiam, quod huiusce libri est, dicere contra eos qui similitudinem sequuntur: quae est, ut in aetate puer ad senem, puella ad anum; in verbis, ut 110
est scribo scribam, dico dicam. Prius contra univer-

prioris] Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *prioreis* Vulg. — *priores* reliqui.

tris] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *treis* reliqui.

posterioris] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *posterioreis* Vulg. — *posteriores* reliqui.

experiero] *expetiero* Codex B. — *expedierim* Sciopp. — *expedierint* Augustin. in marg. ex libro, Vertr. — *ex prioribus* Scalig.

singulis] *singuleis* Vulg. item post *altereis.*

tum de alteris] *aut de alteris* Cod. B. Edit. princ. vetust.

incipiamus] Havn. — *incipiemus* Sciopp. — *incipimus* ceteri.

Cap. X.

dicere] *dicitur* Havn.

quae est] *quae* Havn.

puella] om. Rhol. Ven. I. II. cum Havn.

anum] *avum* Havn.

in verbis] Flor. Vertr. Sciopp. — *inberbis* Havn. — *imberbis* Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *in verbeis* Vulg.

scribo scribam, dico dicam] *scribo dico scribebam dicebam* Par. Gryph. — *dicere* pro *dicam* Edit. princ. vet.

prius] *dicam prius* Sciopp.

sam analogiam; dein tum de singulis partibus a natura sermonis incipiam.

11. Omnis oratio cum debeat dirigi ad utilitatem, ad quam tum denique pervenit, si est aperta et brevis, quae petimus, quod obscurus et longus orator est odio; et cum efficiat aperta, ut intellegatur; brevis, ut cito intellegatur; et apertam consuetudo, brevem temperan-

dein tum] Flor. Sciopp. — *deinde tum* Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *tum* Vulg. Vertr.

singulis] *singuleis* Vulg.

a natura] *et a natura* Henr. Stephan. Append. pag. 47.

sermonis incipiam] Havn. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *sermo incipiam* Flor. — *sermo sit incipiam* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *sermo sic incipiam* Ald. Bas. Par. Gryph.

Cap. XI.

ad quam tum denique] *ad quantum denique* Ald. Basil. Paris. Gryph.

quae petimus] *quum petimus* Vertr. — *quippe* emendat Augustin. et ita Sciopp.

aperta et brevis] *aperta* (*consuetudo brevem*) *et brevis* Havn. deletis qnae inclusa leguntur; desunt nempe in hoc codice quae sequuntur, usque ad *et cito.*

obscurus et longus] Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *obscurius et longius* Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.— *obscurum et longi* Florent. Codex et in marg. Θ.

intellegatur] Flor. Vulg. Vertran. Sciopp. — *intelligatur* reliqui; ita et paulo post.

brevis ut cito] Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.; ex coniectura ni fallor. — *brevis et cito* Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — Fort. *brevis ut et cito.*

apertam consuetudo] Vulg. Vertr. Sciopp. — *aperta consuetudo* libri veteres omnes.

brevem temperantia] Vulg. Vertr. Sciopp. — *brevem intemperantiam* Codex B. — *brevem temperantiam* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

tia loquentis: et utrumque fieri possit sine analogia: nihil ea opus est. Neque enim utrum Herculi an Herculis clavam dici oporteat, si doceat analogia, quom utrumque sit in consuetudine, non neglegendum, quod aeque sunt et brevia et aperta.

12. Praeterea, quod his utilitatis causa quaeque res sit inventa, si ex ea quis id sit consecutus, amplius ea scrutari, quom sit nimium otiosi? et cum utilitatis causa verba ideo sint imposita rebus ut ea significent, si id consequimur una consuetudine, nihil prodest analogia.

fieri] *fierit* Havn.
analogia] *anologia* Edit. princ. vet.
utrum Herculi] *utrumque Herculi* Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.
an Herculis clavam] *an Herc. clavam* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *in Herculis clavam* Havn.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
neglegendum] Flor. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *negligendum* reliqui.
quod aeque sunt] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *sunt quod aeque sunt* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quaedam sunt* Codex B.
brevia] *brevi* Havn.

C a p. XII.

praeterea quod his utilitatis] Flor. Codex B. Edit. princ. vet.; item Havn. qui *vis* exhibet. — *praeterea quod is utilitatis* Rhol. (hic *iis* habet) Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *praeterea quom utilitatis* Augustin. ex coniectura in margine, Vertran. Sciopp. Scalig. — Legend. *praeterea quor, si utilitatis.*
sit] om. Havn.
consecutus] *obscurius* Codex B.
ea scrutari] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *ea scrutari non debet* Codex B. et mutato *eam* Vulg. Vertran. Sciopp.
cum sit nimium] Flor. Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp. — *quom sit nimium* Havn. — *cum sit nimium* Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
ut] *et* Havn.
analogia] *anologia* Edit. princ.

13. Accedit, quod quaecunque usus causa ad vitam sint assumpta, in his non utilitatem quaerere, non similitudinem; itaque in vestitu quom dissimillima sit virilis toga tunicae, muliebris stola pallio; tamen inaequabilitatem hanc sequimur nihilo minus.

(90) 14. In aedificiis, quod non videmus habere atrium

Cap. XIII.

accedit] *accidit* Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

quod] *ut* Havn.

usus causa] *causa usus* Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

assumpta] *adsumpta* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp.

in his] *in heis* Vulg.

non utilitatem] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *utilitatem* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — alii *n̄*, alii *nō* exhibent, in quo latet verbum, sive *necesse*, sive *volumus* vel *volt*.

quaerere] *quaerimus* Augustin. marg. ex conj. Vertr. Sciopp.

quom] Havn. — *cum* ceteri.

dissimillima] *dissimilia* Havn.

tunicae] *tunica* Florent. Havn.

muliebris stola] ita correxit Gisb. Cuperus Observat. IV, 9. ex libr. IX, 33. *quare ut hic similitudines sequemur, ut virilis tunica sit virili similis, item toga togae: sic mulierum stola stolae proportione et pallium pallio simile. — muliebri: stola* libri omnes.

inaequabilitatem] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *inaequalitatem* reliqui.

hanc] *similibus hanc* Par. Gryph.

sequitur] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *sequimur* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.

Cap. XIV.

quod non videmus] *quod non videamus* Havn. — *quid? non videmus* Augustin. in marg. conj. Vertran. Sciopp. — Fort. *quod quom non videamus* repetito *quod*.

atrium] Fort. *ad atrium*.

περίστυλον similitudinem, et cubiculum ad equile, quod tamen propter utilitatem in his dissimilitudines potius quam similitudines sequamur; itaque et hiberna triclinia et aestiva non item valvata ac fenestrata facimus.

15. Quare quom ut in vestitu, aedificiis, sic in supellectile, cibo, ceterisque omnibus quae usu ad vi- 111
tam sunt assumpta, dominetur inaequabilitas; in sermone quoque, qui est usus causa constitutus, ea non repudianda.

16. Quod si quis duplicem putat esse summam, ad quas metas naturae sit perveniendum in usu, utili-

περίστυλον] ΠϵΡΗϹΤhλΟΝ Flor. — περίστηλον Rhol. — περιστίλων Havn. — περίστῆλον Venet. I. II. — lacuna in Edit. princ. vet. — περιστύλου Vertr. Sciopp. — *peristylii* Scalig.
ad equile] Flor. Havn. — *adaequale* Vertr. Sciopp. — *aediculae* Scaliger. — *ad ea aequale* Popma. — *ad aequale* ceteri.
quod tamen propter] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *cum tamen propter* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.
in his] *in ieis* Cod. B. — *in heis* Vulg.
triclinia] *et triclinia* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph
ac fenestrata] Florent. Havn. — *et fenestrata* reliqui.

C a p. XV.

quom] Havn. — *cum* ceteri.
ut in vestitu] Stephan. Append. pag. 174. — *et in vestitu* Florent. Havn. — *in vestitu* ceteri.
aedificiis] *aedificium* Havn.
ceterisque] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *cetèris* Codex B. Ed. princ. vet. Vertr. Sciopp. — *cetereis* Vulg.
quae usu] Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *quae usus* Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet.
assumpta] *adsumpta* Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp.
inaequabilitas] Flor. — *inaequalitas* reliqui omnes.

C a p. XVI.

sit] *si* Havn.

tatis et elegantiae, quod non solum vestiti esse volumus ut vitemus frigus, sed etiam ut videamur vestiti esse honeste: non domum habere ut simus in tecto et tuto solum, quod necessitas contruserit, sed etiam ubi voluptas retineri possit: non solum vasa ad victum habilia, sed etiam figura bella atque ab artifice . . . quod aliud homini, aliud humanitati satis est: quodvis sitienti poculum homini idoneum; humanitati nisi bellum, parum: sed cum discessum est ab utilitate ad voluptatem, tamen in eo ex dissimilitudine plus voluptatis, quam ex similitudine, saepe capitur. quo nomine et gemina conclavia dissimiliter pollent, et lectos non

ut vitemus] *ut nitemus* Edit. princ. — *et vitemus* Havn.
ut videamur vestiti esse honeste] *ut induamur honeste* Sciopp.
domum] *solum domum* Havn.
in tecto] om. Havn.
solum] om. Havn.
solum quod necessitas] *solum quo necessitas* quidam apud August. et ita Vertr. Sciopp.
ubi] *ibi* Havn.
voluptas] *voluntas* Ed. princ. vet.
sed etiam figura] Florent. Havn. Rhol. Venet I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *sed et figura* Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertran. — *sed et a figura* Sciopp. — *abilia* supra Havn.
ab] om. Havn.
artifice . . . quod] parvus est hiatus in cod. Florentino, ut quid deesse videatur; deest apodosis.
quodvis] *quovis* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I II.
sitienti] *sicutienti* Havn.
homini poculum] Flor. Codex B. — *poculum homini* reliqui.
nisi bellum] *si bellum* Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
discessum est ab] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *discessum et ab* Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *discessum ab* Ald. Bas. Paris. Gryph.
utilitate] *utilitati* Havn.
plus voluptatis, quam ex similitudine] om. Havn.

omneis paris magnitudine ac figura faciunt. Quod si esset analogia petenda supellectili, omnes lectos haberemus domi ad unam formam, et aut cum fulcro, aut sine eo, nec cum ad tricliniarem gradum, non item ad cubicularem: neque potius delectaremur supellectile, distincta quae esset ex ebore, aliisque rebus disparibus figuris, quam grabatis, qui analogon ad similem formam plerumque eadem materia fiunt. Quare aut negandum, nobis disparia esse iucunda; aut quoniam ne-

omneis] Flor. Vulg. — *omnes* reliqui. Supra fort. *quo modo.*
paris magnitudine] Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *pareis magnitudine* Vulg. — *pares magnitudine* Vertr. Sciopp. — *pari magnitudine* Ald. Bas. Paris. Gryph.
quod si esset] *quod essent* Flor. Havn.
petenda] *sequenda* Sciopp.
suppellectili] Florent. Havn. — *in supelectili* Rhol. Venet. I. II. et duplici *p.* Edit. princ. vetust. — *in supellectile* reliqui, item Cod. B. cum duobus *p.*
nec cum ad] Flor. — *neque tantum ad* Sciopp. — *nec tum ad* reliqui. — *et tantum ad* Henr. Stephanus Append. pag. 173.
tricliniarem] *triclinarem* Havn.
gradum] *gradus* Sciopp.
non item] fort. *nunc item;* ni delenda potius altera negatio.
delectaremur] *delecteremur* Ed. princ. vet.
aliisque] om. Havn.
disparibus figuris] Florent. Havn. — *disparibusque figuris* reliqui Vulg. *figureis.*
quam grabatis qui analogon] Flor. Havn. — *quam grabatis analogon* Edit. princ. (*grabattis*) vetust. Rhol. Venet. I. II. — *quam grabatis* ἀνάλογον Ald. Bas. Par. Gryph. — *quam grabattis analogicon* Cod. B. — *quam grabateis analogeis cum* Vulg. Vertr. — *quam cum* Sciopp.
ad similem] *similem* Codex B.
iucunda] *iocunda* Edit. princ. vet. — *iudicandum* Havn.; sed extrema littera inducta.
quoniam necesse est] Florent. Havn. Codex B. Ed. princ. vet. Rhol. — *quia necesse est* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quoniam esse necesse est* Vulgat. Vertran. Sciopp.

cesse est confiteri, dicendum, verborum dissimilitudinem quae sit in consuetudine, non esse vitandam.

17. Quod si analogia sequenda est nobis, aut ea
112 nobis observanda est quae est in consuetudine, aut quae
(91) non est. Si ea quae est, sequenda est, praeceptis nihil opus est, quod quom consuetudinem sequamur, ea nos sequetur: si, quae non est in consuetudine, quaeremus, ut quisque duo verba in quattuor formis finxerunt similiter, quamvis haec nolemus, tamen erunt sequenda, ut Iuppitri, Marspitrem; quas si quis servet

Cap. XVII.

sequenda est nobis] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *stamenda est nobis* Edit. princ. — *statuenda est nobis* Edit. vetust. — *nobis sequenda est* Vulg. Vertr. Sciopp. — haec desunt in Cod. B.

aut ea] om. Codex B. — *aut ea nobis* Vulg. Vertr. Sciopp.

si ea quae est] *si ea est* Cod. B.

sequenda est] *sequenda* Codex B.

praeceptis] *praecepteis* Vulg.

quom] Havn. — *cum* ceteri.

sequamur] Flor. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par Gryph. — *sequemur* Vulg. Vertr. Sciopp. et ut videtur Havn.

quae non est in consuetudine] *quae non sunt in consuetudine* Cod. B.

quaeremus] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *sequemur* Ald. cum reliquis.

quattuor] ita et Flor. alii *quatuor*. — *formeis* Vulg.

finxerunt similiter] omnes praeter Vertr. Sciopp. qui: *finxerit similiter*, ut et Henr. Stephan. Append. pag. 163.

haec] *et* Havn.

nolemus] Flor. Ed. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *nollemus* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp — *volemus* Havn.

ut Iuppitri, Marspitrem] ita nos ex Florent., qui: *ut Iuppiti Marspitrem*. — *ut Iuppi, Mars, pitrem* Havn. — *ut Iupiter Maspiter* Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. — *ut Iuspiter Maspiter* Par. Gryph. — *ut Iuppiter Marspiter* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ut a Iuppiter Marspiter* Henr. Stephan. Append. pag. 163.

quas si quis] *quod si quis* Cod. B.

analogias, pro insano sit reprehendendus. non ergo ea est sequenda.

18. Quod si oportet, id est, ut a similibus similiter omnia declinentur verba, sequitur, ut ab dissimilibus dissimilia debeant fingi, quod non fit: nam et a similibus alia fiunt similia, alia dissimilia; et ab dissimilibus partim similia, partim dissimilia. Ab similibus similia, ut a Bono et Malo, Bonum, Malum. A similibus dissimilia, ut ab Lupus, Lepus; Lupo, Lepori. Contra ab dissimilibus dissimilia, ut Priamus Paris, Priamo Pari. Ab dissimilibus similia, ut Iuppiter O-

ea est sequenda] Flor. Codex B. Ed. princ. vet. Rhol. — *ea ergo est sequenda* Havn. — *est ea sequenda* reliqui.

C a p. XVIII.

oportet, id est, ut] *id est* om. Vulg. Vertr. Sciopp. — *oportet idem ut* Havn.

ut ab dissimilibus dissimilia] ita sensu flagitante rescripsimus. — *ut ab his similibus dissimilia* Flor. Ed. princ. vet. item Codex B. sed *ieis* pro *his* exhibens. — *ut ab his similibus similia* Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. (*heis*) Vertr. Sciopp.

nam et a similibus] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *nam et similibus* Flor. Havn. Edit. princ. vetust.Rhol. Venet. I. II. — *nam ex similibus* Ald. Basil. Par. Gryph.

et ab dissimilibus] Flor. Havn. — *et dissimibus* Par. Gryph. — *et a dissimilibus* reliqui.

Ab similibus] Flor. Havn. — *a similibus* reliqui.

bono et malo] *bono ac malo* Vulgat. Vertr. Sciopp.

ut ab lupus] Flor. Havn. — *ut a lupus* reliqui.

contra] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *contraria* Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

ab dissimilibus] Florent. Havn. — *a dissimilibus* reliqui; ita et infra.

Iuppiter, ovis, Iovi, ovi] Flor. — *iuppiter ius et Iovis Iovis* Havn. — *Iupiter Iovis Iovi.* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *Iupiter Iovis et iovis iovi* Codex B. — *Iuppiter Iovis et Iovis Iovis* Vulgat. Vertran. Sciopp.

vis, et Iovi Ovi. Eo etiam magis ἀναλογικῶς dissimilia finguntur, sed etiam ab iisdem vocabulis dissimilia; neque a dissimilibus similia, sed etiam eadem ab iisdem vocabulis dissimilia fingi apparet, quod cum duae sint Albae, ab una dicuntur Albani, ab altera Albenses: cum trinae fuerint Athenae, ab una dicti Athenaei, ab altera Athenienses, a tertia Athenaeopolitae. Sic ex diversis verbis multa facta in declinando inveniuntur eadem: ut cum dico ab Saturni luo luam, et a solvendo abluo, abluam. Omnia fere nostra nomina

eo etiam magis] *eo iam magis* Havn. Sciopp.
ἀναλογικῶς] *analogicos* Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. — *anlogias* Flor. Havn.
ab hisdem] Flor. Havn. Rhol. — *ab eisdem* Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *ab iisdem* ceteri.
vocabulis] *vocabuleis* Vulg.; ita et infra.
eadem ab iisdem] *eadem ab hisdem* Flor. Edit. princ. vetust. — *eadem ab eisdem* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
duae] om. Gryph.
Albae] *alvae* Flor.
Albani] *albam* Havn.
fuerint] *fuerunt* Havn.
Athenaei] *Athenei* Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. — *Athene* Flor. — *Athenae* Havn.
Athenienses] Pius, Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *Atheniensii* Venet. I. II. — *Athenensii* Edit. princ. vet. Rhol. — *Athenaus* Havn. — *Athenaiis* Flor.
Athenaeopolitae] Flor. Havn. Vulg. Vertran. Sciopp. — *Atheneopolitae* reliqui.
Sic ex] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Vertr. Sciopp. — *Si ex* reliqui.
diversis verbis] *diverseis verbeis* Vulg.
dico a Saturni luo] Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *dico ab Saterni luo* Flor. — *dico ab Saturni lui* Havn. — *dico luo* Cod. B. — *dico a luo* Vulg. Vertr.
a solvendo] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Sciopp. — *ab solvendo* Havn. — om. Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — Verba mendosissima, quibus melior restituendi medicina, quam ut prorsus eiicerentur, nondum inventa est; sed hac ratione nil lucramur; duo

virilia et muliebria multitudinis cum recto casu fiunt dissimilia, cum dandi casu similia, ut mares Terentiei, feminae Terentiae eadem in dandi, viris Terentieis, et 113
mulieribus Terentieis. Dissimile Plautus et Plautius, et communia huius, Plauti, et Marci Plauti.

19. Denique si est analogia, quod in multis verbis est similitudo verborum, sequitur, quod in pluribus

flagitantur verba diversa, sed eadem in declinando. Fortasse hoc latet in vitiosa hac scriptura: *luam* duo significat: est enim verbum et idem quod *solvere*, et Accusativus vocis Lua, quae deam Romanorum significat.

nostra virilia] Scalig. — *nostra liberalia* Vulg. Vertr. Sciopp. — *nostra verba liberalia* Ald. Bas. Par. Gryph. — *nostra omnia liberalia* Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — corrige: *nostra nomina virilia.*

cum dandi] Edit. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *cum dandi casu* Codex B. Vulg. (*dandei*) Vertr. Sciopp. — *eum dant* Flor. et supra ⊖; Havn.

mares] *marces* Edit. princ.

Terentiei] Flor. — *Terentii* reliqui.

feminae Terentiae] *femina est Terentia* Flor. Havn.

dandi] *dandei* Vulg. — *dandis* Havn.

viris Terentieis] Flor. — *vireis Terentiis* Vulg. — *viris Terentiis* reliqui; ita et postea Flor. *Terentieis*, reliqui *Terentiis.*

dissimile] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *dissimilia* Codex B. Vulg. Vertran. Sciopp.

et Plautius] *ut Plautius* Havn.

et commune ut] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *communia* Cod. B. — *et communia* Vulg. Vertr. Sciopp.

et Marci, Plauti] ita nos rescripsimus praeeunte Florent. Havn. qui *et Marci* ille supra addito suspicionis mendo ⊖. — *et Plauti* Ed. princ. vetust. Rhol. — *et Plautii* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *et huius Plautii* Cod. B. Vulgat. — *et huius Plauti* Vertr. Sciopp.

C a p. XIX.

in multis verbis] *in multeis verbeis* Vulg.

est similitudo] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *et similitudo* libri veteres omnes.

est dissimilitudo, ut non sit in sermone [sequenda] analogia.

20. Postremo, si est in oratione, aut in omnibus eius partibus est aut in aliqua: et in omnibus non est, in aliqua esse parum est, ut album esse Aethiopam non satis est quod habet candidos dentes; non est ergo analogia.

(92) 21. Cum ab similibus verbis quae declinantur, similia fore polliceantur qui analogias esse dicunt, et cum simile tum denique dicant esse verbo verbum, ex eo-

sequenda] om. Sciopp.

Cap. XX.

aut] *autem* Havn.
omnibus eius] *eius omnibus* Havn.
aut in aliqua] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *aut in aliqua esse parum* Flor. Havn. Edit. princ. vet. — *aut in aliqua est parum* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph.
album esse Aethiopam] Florent. Havn. — *album esse Aethiopem* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. — *album esse Aethiopem esse* Cod. B. Ed. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. — *ut albus sit Aethiops* Sciopp.
habet] *habeat* Havn.

Cap. XXI.

ab similibus] Florent. Havn. — *a similibus* reliqui. — *verbeis* Vulgat.
polliceantur] Havn. — *pollicentur* ceteri.
cum simile tum denique] Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *cum simili letum denique* Ed. princ. vet. Rhol. — *cum simili laetum denique* Florent. Havn. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
dicant esse verbo] nos ex Florent. Havn., qui *dicantes se verbo.* — *dicentes se verbo* Edit. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *dicentes se ostendere ex verbo* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
verbum ex eodem] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *verbum quod ex eodem* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

dem si genere, eadem figura transitum de cassu in cassum similiter ostendi possit; qui haec dicunt, utrumque ignorant, et in quo loco similitudo debeat esse, et quemadmodum spectari soleat, simile sit necne. Quae cum ignorant, sequitur ut quom analogiam dicere non possint, sequi [non] debeamus. Quaero enim, verbum utrum dicant vocem quae ex syllabis est ficta, eam quam audimus; an quod eam significat, quam intellegimus; an utrumque. Si vox voci esse debet similis, nihil refert, quod significat, mas an femina sit: et utrum nomen an vocabulum sit, quod illi interesse dicunt. Sin illud quod significatur, debet esse simile, Diona et Theona quos dicunt esse paene ipsi geminos,

si genere] sic nos necessaria emendatione. — *sit genere* Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp. — *fit genere* Ald. Bas. Par. Gryph.
transitum] *transitu* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
de casu in casum] *de cassu in cassum* Flor.
debeat esse] *esse debeat* Havn.
spectari] *exspectari* Cod. B.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
sequi debeamus] ita libri omnes, praeter Vertr. Sciopp., qui recte: *sequi non debeamus;* seqq. magnum inesse mendum dicit Henr. Stephan. pag. 115 Append.
quae ex syllabis] *quam ex syllabis* Edit. princ. vet. — *syllabeis* Vulg.
est ficta] *conficta* Havn.
eam significat] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ea significat* ceteri.
intellegimus] Vulg. Vertr. — *intelligemus* Sciopp. — *intelligimus* reliqui.
esse debet] *debet esse* Havn.
utrum] *utrumque* Havn.
illi] *illae* Flor. — *ille* Havn.
Diona et Theona] Florent. Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *Theona et Theona* Edit. princ. vet. — *Theona et atheona* Rhol. Ven. I. II. — *Deona et Atheona* Havn. — *Theona et Diona* Pius, Ald. Basil. Paris. Gryph. — cf. Lobeck. ad Phrynich. pag. 58.
paene ipsi] *ipsi paene* Vulgat. Vertran. Sciopp.

inveniuntur esse dissimiles, si alter erit puer, alter senex, aut unus albus et alter Aethiops; item aliqua re alia dissimile. Sin ex utraque parte debet verbum esse
114 simile, non cito invenietur quin in altera utra re claudicet; nec Perpenna et Alphena erit simile: quod alterum nomen virum, alterum mulierem significat. Quare quoniam ubi similitudo esse debeat, nequeunt ostendere, impudentes sunt qui dicunt esse analogias.

22. Alterum illud quod dixi, quemadmodum simile spectari oporteret, ignorare apparet ex eorum praecepto, quod dicunt, quom transierit e nominandi casibus in eos quos appellant vocandi, tum denique posse dici rectos esse similis aut dissimilis; esset enim, ut si

albus et] Flor. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *et* reliqui omittunt. — *Gallus* Augustin. in margine, receptum a Vertr. ex coniectura quidem, sed vera, ut docet IX, 30.

dissimile. Sin.] *dissimiles. Sin* Vulg. Sciopp.

debet verbum] *debeat verbum* Vulg. Vertr. Sciopp.

quin in] *qui in* Flor. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol.

altera utra] Flor. Havn. Edit. princ. vet. — *alterutra* ceteri.

Perpenna] Florent. Havn. Ed. Rhol. Venet. I. II. — *per perna* Edit. princ. vetust. — *perperna* ceteri.

Alphena] *alfaen* Florent. — *alfaena* Edit. princ. vet. — *alphaena* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *alphaen* Havn.

impudentes] *imprudentes* Cod. B. Edit. princ. vetust.

Cap. XXII.

simile spectari] Victor. Augustin. in Emendat. Vertr. Sciopp. — *simile expectari* libri omnes.

quom] Havn. — *cum* ceteri.

vocandi] *vocandei* Vulg.: ut supra: *nominandei.*

similis aut dissimilis] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *simileis aut dissimileis* Vulg. — *similes aut dissimiles* Vertr. Sciopp.

ut] om. Havn.

quis Menaechmos geminos quom videat, dicat non posse iudicare similesne sint, nisi qui ex his sint nati, considerarit: nunc discrepat inter se. Nihil inquam quo magis minusve sit simile, quod conferas cum altero, ad iudicandum extrinsecus oportet sumi. Quare cum ignorent, quemadmodum similitudo debeat sumi, de analogia dicere non possunt. Haec apertius dixissem nisi brevius eo nunc mallem, quod infra sunt planius usurpanda. Quare quod ad universam naturam (93) verborum attinet, haec attigisse modo satis est.

23. Quod ad partis singulas orationis, deinceps dicam; quoius quoniam sunt divisiones plures, nunc

Menaechmos] *Menechmos* Flor. — *Menechinos* Ed. princ. vet. Rhol. — *Menaehmos* Codex B. — *Arehechimos* Havn. — *Menahemos* Vertr. qui in marg. *Menaechmos.*
quom] Havn. — *cum* ceteri.
dicat non posse] Flor. Havn. — *dicat se non posse* reliqui.
similesne sint] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *dissimilesne sint* Cod. B. Vulg. Vertr.
ex his] *ex heis* Vulg.
nunc discrepat inter se] Florent Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *nunc discrepant inter se* Cod. B. Vulg. — *num discrepent inter se* Augustin. in Emendat. Vertr. Sciopp.
oportet sumi] *opportet summi* Edit. princ. vetust. — alterum eaedem paulo post et hic et saepius in Havn.
ignorent] *ignorarent* Havn. Cod. B. Ed. princ. vet.
analogia] *analogi* Havn.
mallem, quod infra] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Sciopp. — *mallem: quae infra* Cod. B. Vulg.
naturam verborum] Flor. Havn. Cod. B. — *verborum nomen* Edit. princ. vetust. — *verborum naturam* reliqui.

C a p. XXIII.

partis] Flor. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *partim* Havn. — *parteis* Vulgat. Vertran. Sciopp.
quoius, quoniam] Flor. Havn. Augustin. in Emendat. Sciopp.

ponam potissimum in quae dividitur. Oratio secanda ut natura in quattuor partis: unam, quae habet casus; alteram, quae habet tempora; et [tertiam,] quae habet neutrum; et [quartam,] in qua est utrumque. Has vocant quidam appellandi, dicendi, adminiculandi, iungendi. Appellandi dicitur ut Homo et Nestor: dicendi ut Scribo et Lego: iungendi ut Atque: adminiculandi
115 ut Docte et Commode. Appellandi partes sunt quattuor, e quis dicta a quibusdam provocabula, quae sunt

— *cuius quoniam* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quarum vis quoniam* Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertran.

potissimum in quae dividitur] Ald. Basil. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *potissimum item qua dividitur* Codex B. Edit. princ. vet. — *potissimum iam qua dividitur* Florent. Rhol. Venet. I. II. — *potissimum. Iam quur* Havn.

secanda] Flor. Havn. Augustin. marg. Vertr. Sciopp. — *servanda* ceteri.

ut natura] *ut naturam* Florent. Havn.

partis] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *partes* Ald. Bas. Par. Gryph. — *parteis* Vulg. Vertran. Sciopp.

unam quae habet] *in iam quae habet* Florent. — *iniam quae habet* Havn. — Fort. *in eam quae habet casus et quae.*

alteram quae habet tempora] om. Cod. Flor. unde apparet littera Θ. — *et quae habet tempora* Havn.

tertiam] om. Florent. Havn. — *tertia* Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol.

quartam] om. Florent. Havn. — *quarta* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol.

quidam] *quidem* Flor. Havn.

iungendi] *iugendi* Havn.

appellandi] *appellandei* Vulg. ita et in seqq.

adminiculandi] *aminiculandi* Edit. princ. vetust. Rhol.

iungendi ut atque] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *iungendi atque* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *iungendi ut que* Florent. Havn. Edit. princ. vetust. — Deest alterum praeverbium. Fort. *Que et Atque* vel *Ac et Que.*

e quis] *e queis* Vulg. Vertr. Sciopp.

ut Quis, Quae: vocabula ut Scutum, [ut] Gladium: nomina ut Romulus, Remus: pronomina ut Hic, Haec. Duo media dicuntur nominatus; prima et extrema articuli. Primum genus est infinitum, secundum ut infinitum, tertium [ut] effinitum, quartum ut finitum. Haec singulatim triplicia esse debent quoad sexum, multitudinem, casum. Sexum, utrum virile an muliebre, an neutrum sit, ut Doctus, Docta, Doctum. Multitudinem, unum an plura significet, ut Hic, Hi, Hae. Casum, utrum recto sit, ut Marcus; an obliquo, ut Marco; an communi, ut Iovis.

ut quis, quae] Augustin. in Emendat. Vertran. Sciopp. — *ut quisque* libri omnes.

vocabula] om. Florent. Havn.

ut scutum, ut gladium] Florent. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. — *ut scutum gladium* Paris. Gryph. — *ut scutum gladius* Vulgat. Vertr. Sciopp.

nominatus prima et] Flor. — *prima nominantis* Codex B. — *nomina his prima et* Havn. — *nominatis prima et* Editio princ. vet. — *nomina prima et* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

tertium ut effinitum] libri veteres omnes. — *tertium ut finitum* Augustin. in Emendat. Vertr. Sciopp. — Fort. *tertium est finitum.*

quartum ut finitum] Havn. — *quartum finitum* ceteri.

singulatim] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *sigillatim* Cod. B. Edit. Vulg. Vertr. Sciopp.

quoad sexum] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *quod sexum* libri veteres omnes.

sexum] *sextum* Havn.

Sexum utrum] Florent. Havn. Vulg. Vertran. Sciopp. — *Sexus utrum* reliqui.

unum] *ut unum* Havn.

hic hi haec] *hic, hi, hae* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

communi] *commune* Havn. — Fort. *ut Ovis.*

24. His decretis partibus singulas perspice, quo facilius nusquam esse analogias quas sequi debeamus, videas. Nempe esse oportebat vocis formas ternas, ut in hoc, Humanus, Humana, Humanum; sed habent quaedam binas ut Cervus, Cerva: quaedam singulas ut Aper, et sic multa. non ergo est in huiuscemodi generibus analogia.

25. Et in multitudine ut unum significat Pater, plures Patres, sic omnia debuerint esse bina. Sed et singularia solum sunt multa ut Cicer, Siser; nemo enim dicit Cicera, Sisera; et multitudinis sunt ut Salinae, [Balneae]; non enim ab his singulari specie dicitur

Cap. XXIV.

His decretis] Florent. Havn. — *heis discreteis* Augustinus in marg. ex libro. — *his discretis* Vertr. Sciopp. — *his dictis* Edit. princ. vet. Rhol. — *heis dicteis* Vulgat. — *iis dictis* Cod. B. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
perspice] Flor. — *prospice* ceteri.
debeamus] *debemus* Havn.
habent quaedam] *habent quandam* Ed. princ. vetust.; iidem libri etiam post: *quandam singulas.*
huiuscemodi] Flor. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Vulg. Vertr. Sciopp. — *huiusmodi* Havn. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

Cap. XXV.

ut unum significat] *ut unus significat* Edit. princ. vetust.
debuerint] Florent. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. — *debuerunt* Havn. ut videtur. Cod. B. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
multitudinis sunt] Flor. Havn. Edit. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *sunt* om. Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *multitudines* Ed. princ. vetust.
ut salinae, balneae] vocabulum *balneae* in omnibus desideratur libris, a nobis ex coniectura inlatum; hoc enim excidisse, quae sequuntur docent; alia ratione succurrit corrector Codicis B. paulo post *balneae* emendans. At tum Varro non *ab his*, sed *ab eo*, vel, *ab hac voce* dixisset.
ab his] *ab iis* Havn. — *ab heis* Vulg.

Salina et Balnea. Neque ab eo quod dicunt Balneum, habet multitudinem consuetudo; nam quod est ut Praedium, Balneum; debuerunt esse plura ut Praedia, Balnea, quod non est: non est ergo in his quoque analogia.

26. Alia casus habent et rectos et obliquos, alia (94)
rectos solum, alia modo obliquos. Habent utrosque ut 116
Iuno, Iunonis: rectos modo ut Iuppiter, Marspiter: obliquos solum ut Iovis, Iovem; non ergo in his est analogia.

27. Nunc videamus in illa quadripartita. Primum si esset analogia, ut in his tribus articulis, ut est Quis, Quem, Quoius; sic diceretur Qua, Quam, Quaius; et

et balnea] *ut balnea* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *et balneae* Cod. B. — *et balena* Havn.
dicunt balneum] *dicunt balenum* Havn.
multitudinem] *multitudinis* Havn.
debuerunt] *debuerit* Ed. princ. vet. — *debuerint* Rhol.
quod non est] om. Paris. Gryph. — *balnea non est. Ergo* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
in his] *in heis* Vulg.

C a p. XXVI.

casus habent] *casus habet* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — idem et paulo post.
alia rectos . . . obliquos] om. Havn.
habent utrosque] *habent modo utrosque* Cod. B.
Iuppiter] Ven. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp. — *Iupiter* reliqui.
Marspiter] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *maspiter* reliqui.
in his] *in heis* Vulg.

C a p. XXVII.

videamus in illa] *videamus illa* Sciopp. — *videmus in illa* Havn.
his tribus articulis] *wfei in ei teis articulis.* sic Flor. supraposito ⊙. — *in feimi teis articulis* Havn. — *heis tribus articuleis* Vulg.
cuius] *quoius* Havn. Augustin. in margine, Vertr. — *cuius et ut est quis cui* Cod. B.
sic] *si* Havn.
qua, quam, cuius] Ed. princ. Rhol. Sciopp. — *qua quae cuius*

ut est Quis, Quoi, sic diceretur Qua, Quae: nam est proportione simile, ut Deae bonae, quae sunt, sic Dea bona, qua est. et ut est Quem, Quis: sic Quos, Ques. Quare quod nunc dicitur, Qui homines, dici oportuit Ques.

28. Praeterea ut est ab Is Ei, sic ab Ea, Eae diceretur, quod nunc dicitur Ei: pronuntiaretur ut in iis viris, sic eis mulieribus, et ut est in rectis casibus

Edit. vet. — *quae quam cuius* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *quae quamvis* Flor. Havn. — *qua quam quaius* Augustin. in marg., Vertr. — omittit haec Cod. B.

et ut est] *et est* Cod. B.

quis, cui] Vulg. Sciopp. — *quis quoi* Augustin. in margine, Vertr. — *a quis cui* Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *a quivis cui* Flor. — *a quibus quoi* Havn. — *quis quoi sic diceretur* om. Cod. B.

diceretur] *deceretur* Edit. princ.

qua, quae] *qua quai* Augustin. in marg. Vertr. — *qua quaenam* Havn.

deae bonae, quae sit: dea] ita omnes libri praeter Scioppium, qui: *deae bonae quae sint: dea:* puto *deae bonae quae sunt, sic dea* quod in textu dedi.

qua est] unus Sciopp. — *quae est* libri omnes . paulo ante pro *dea bona* Ed. princ. vet. *de ea bona.*

sic quos, ques] *sic quis ques* Cod. B. Edit. princ. vet.

C a p. XXVIII.

ab is ei] *ab his* Flor. — *ab iis* Havn.

sic ab] *si ab* Havn.

pronuntiaretur] *et pronuntiaretur* Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *nunc ei non diceretur* Havn. omisso *pronuntiaretur.*

ut in iis viris] *ut in ieis viris* Codex B. — *ut in ieis vireis* Vulg. — *ut in eis viris* Vertr. Sciopp. — *ut in his viris* Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — Fort. *in* delendum.

sic eis mulieribus] *sic es mulieribus* Florent. Havn. — *sic eeis mulieribus* Vulg. — *sic eaeis mulieribus* August. in Emendat. Sciopp.

et ut est] *ut ut est* Codex B.

in rectis casibus ea] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven.

Is, Ea, Id; in obliquis esset Eius, Eaius, . . . Nunc non modo in virili sicut in muliebri dicitur eius, sed etiam in neutris articulis ut Eius viri, Eius mulieris, Eius pabuli: cum discriminentur in rectis casibus Is, Ea, Id. De hoc genere parcius attigi, quod librarios haec spinosiora indulgentius elaturos putavi.

I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *in rectis is, ea,* Codex B. Vulg. (*recteis*) Vertr. Sciopp.; unde *is* in textum recepimus.

id in obliquis esset eius, eaius] Rholand. item Flor. Cod. nisi quod his disiunctim *ea ius* et Havn. qui *ea vis* scribit. — *id in obliquis esset eius et his* Edit. princ. vetust. — *id in obliquis esset eius et iis* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *debuit esse ibus eis sed id est in obliquis iis* Codex B. Vertr. item Vulg., sed . . *eeis* . . *obliqueis ieis* scribens. — *debuit esse in obliquis ibus eis, sed nunc est eis* Sciopp. — Deest forma propria neutrius generis *eius;* inde lacunae signum dedimus. Fort. Varro scripsit: *Ei.*

Nunc non modo] *et non modo* Sciopp.

in virili, sicut in muliebri] imo transponenda verba: *in muliebri, sicut in virili.*

sed etiam] *sed et* Havn.

neutris articulis] *neutreis articuleis* Vulg. — verba: *sed etiam in neutris articulis ut eius viri eius mulieris* in Codice B. desiderantur.

eius mulieris, eius] *cuius mulieris cuius* Havn.

discriminentur] *discrimen* Codex B. — *discriminetur* Paris. Gryph.

in rectis] *in recteis* Vulg.

parcius] *partius* Edit. princ. vet. Rhol.

attigi] Flor. — *tetigi* reliqui omnes.

spinosiora] Victor. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *sponsiora* Flor. Havn. Edit. princ. vet. — *sponsoria* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *spatiosiora* Codex B.

indulgentius] *indiligentius* Sciopp. et in margine: *q. V. C. indignantius.*

elaturos] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas — *laturos* Paris. Gryph. Vulg. Vertran. — *tralaturos* Sciopp.

29. De nominativis qui accedunt proxime ad finitam naturam articulorum atque appellantur vocabula ut Homo, Equus; eorum declinationum genera sunt quattuor: unum nominandi ut ab equo, Equile: alterum casuale ut ab equo, Equum: tertium augendi ut ab albo, Albius: quartum minuendi ut a cista, Cistula. Primum genus, ut dixi, id est, cum aliqua parte orationis declinata sunt recto casu vocabula ut a balneis, Balneator. Hoc fere triplices habet radices: quod et a vocabulo oritur, ut a venatore, Venabulum: et a nomine
117 ut a Tibure, Tiburs: et a verbo ut a currendo, Cursor. In nullo horum analogiam servare videbis.

Cap. XXIX.

nominativis] *nominativeis* Vulg. — Leg. *nominatibus*.

qui accedunt] Havn. — *quae accedunt* Flor. Rhol. Venet. I. II. — *quam accidunt* Edit. princ. vetust. — *quae accidunt* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.

proxime] *proximae* Ald. Bas.

ad finitam] *ad infinitam* Augustin. in Emendat. Sciopp., ex cap. 23. sed falso.

homo, equus] Florent. Havn. — *homo et equus* reliqui.

nominandi] *nominandei* Vulg. item *augendei*, *minuendei*. — *denominandi* Scal.

ut ab equo; equile alterum casuale] om. Havn.

minuendi ut] *minuendi aut* Havn.

ut a cista] *ut cista* Flor. Edit. princ. Rholand. Ven. I. II.

id] om. Havn.

casu vocabula] *casu vocabulum* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rholand.

balneis] *balneeis* Vulg.

a nomine] *a nobile* Havn.

ut a Tibure] *ut a Tibura* Flor. Havn.

Tiburs et] Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *Tibur sed* veteres libri omnes.

servare] *servari* Augustin. in Emendat. Sciopp. — Fortasse *se servare*.

30. Primum cum dicatur ut ab ove et a sue Ovile et Suile, sic a bove non Bovile dicitur: et cum simile sit Avis et Ovis, neque dicitur ut ab ave Aviarium, ab ove Ovile, ab ave Avile [non est,] neque ab ove Oviarium: et cum debuerit esse ut a cubatione Cubiculum sic a sessione Sediculum non est. Quoniam taberna ubi venit vinum, a vino Vinaria, a creta Cretaria, ab (95) unguento Unguentaria dicitur: ἀναλογικῶς si essent vocabula, ubi caro venit Carnaria, ubi pelles Pellaria,

Cap XXX.

ut ab ove] Flor. Cod. B. Rholand. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ut a bove* Edit. princ. vetust. Venet. I. II. Ald. Bas. — *ut ab iove* Havn.

et sue] Flor. Havn. Cod. B. — *et a sue* reliqui.

ovile et suile] *oville et suille* Edit. princ. vet.

a bove bovile non dicitur] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *a bove dicitur bovile non bovile* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — priorem lectionem ante oculos habuit Charisius pag. 81.

neque dicitur] *aeque dicitur* Popma deleto *ut*.

ut ab ave] *ab ave* Havn.

non est neque ab ove oviarium] haec omnia omittit Florent. Havn. nobis satis fuit importuna illa *non est* includere. Stephanus in append. pag. 122. *neque dicitur ab ove oviarium, ut ab ave aviarium, neque ab ave avile, ut ab ove ovile.*

debuerit] *debuerint* Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II.

sic a sessione] *sit a sessione* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.

sediculum] *sessiculum* Henr. Stephan. Appendice pag. 123.

taberna ubi] Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Vulg. Vertr. Sciopp. — *taberna vini* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

venit] *venet* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol.

ἀναλογικῶς si essent] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — ἀναλογικὰ *si essent* Ald. Bas. Par. Gryph — *analogicon si esset* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *analogion si essent* Florent. Havn.

pellaria] *pelliaria* Florent. Havn.

ubi calcei Calcearia diceretur; non Laniena ac Pellesuina et Sutrina. Et sicut est ab uno Uni, a tribus Trini, a quattuor Quatrini, sic a duobus Duini, non Bini diceretur; nec non ut Quadrigae, Trigae, sic potius Duigae quam Bigae. Permulta sunt huiusce generis, quae quoniam admonitus perspicere potest, omitto.

31. Vocabula quae ab nominibus oriuntur, si ab similibus nominibus similia esse debent, dicemus, quoniam gemina sunt Parma, Alba, Roma; Parmenses: aut quoniam est similis Roma, Nola, Parma; dicemus

diceretur] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *dicerentur* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
laniena] *laviena* Rhol. — *lavinea* Venet. I. II.
ac pellesuina] Flor. Edit. princ. vetust. — *a pellesuina* Havn. Rholand. Ven. I. II. — *pellissunia* Ald. Bas. — *pellesunia* Par. Gryph. — *pellesuina* Codex B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *pellesutrina* Henr. Stephan. Append. pag. 124.
et sutrina] *et* om. Vulg. Vertran. Sciopp. cum Ald. Bas. Par. Gryph.
et sicut est] *et sic*, *ut est* Par. Gryph. Vertr. Sciopp.
ab uno] *ab unus* Havn.
a tribus] *ab tribus* Havn.
quatrini] *quadrini* Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
duini] *diuni* Edit. princ.
diceretur] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *dicerentur* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
duigae] *diugae* Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

Cap. XXXI.

ab nominibus] Flor. Havn. — *a nominibus* reliqui. — *a nominibus propriis* Henr. Stephanus Append. pag. 125, vid. VIII, 23.
ab similibus] Flor. Havn. — *a similibus* reliqui.
Parmenses] om. Codex B. — *parnienses* Edit. princ.
est similis] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. — *similis est* reliqui.
Nola . . Nolani] *hola* . . *holani* Edit. princ. vet. — *nolani romani* Havn.

ut Romani, Nolani, sic Parmani: et a Pergamo, ab Ilio similiter, Pergamenus, Ilienus: aut ut Ilius [unus] et Ilia mas et femina, sic Pergamus et Pergama vir et mulier. Et quoniam similia nomina sunt Asia, Libya; dicemus Asiaticos et Libyaticos homines.

32. Quae vocabula dicuntur a verbis, [fiunt] ut a scribendo Scriptor, a legendo Lector, haec quoque non servare similitudinem licet videre ex his: cum similiter dicatur ut ab amando Amator, ab salutando Salutator, 118
ab cantando Cantator, et cum dicatur Lassus sum metendo, ferendo; ex his vocabula non reddunt propor-

ab Ilio] *ac Ilio* Sciopp.
Pergamenus, Ilienus] Flor. Ed. princ vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Pergameus Ilienus* Havn. — *ut Pergamenus, sic Ilienus* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
aut ut Ilius unus et Ilia mas et femina] Flor. item Havn. qui *ut* omittit. — *aut Ilius unus et alia mas et foemina* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. item sed *ilios* Par. Gryph. — *aut ut Ilius mas et Ilia foemina* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
vir et mulier] om. Cod. B. Edit. Vulg. Vertran. Sciopp.
Asiaticos et Libyaticos] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ut Asiaticos sic Libyaticos* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

Cap. XXXII.

dicuntur] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ducuntur* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.
a verbis] *a verbeis* Vulg.; item *ex heis.*
a legendo] *et a legendo* Codex B.
similitudinem] *consuetudinem* Havn.
similiter dicatur] *similiter non dicatur* Stephan. Append. pag. 127.
ex his vocabula] *ex his orta vocabula* Henr. Stephan. Appendice pag. 128.
dicatur] *dicitur* Havn.
amator] *amator et* Havn.
ab salutando] Havn. — *a salutando* ceteri; et sic in seqq.
salutator] *salutator et* Havn.
reddunt proportionem] *redduntur proportione* Sciopp.

tionem, quo non fit ut Messor, Fertor. Multa sunt item in hac specie, in quibus potius consuetudinem sequimur quam rationem verborum. Praeterea quom sint ab eadem origine verborum vocabula dissimilia superiorum, quod simul habent casus et tempora, quo vocantur participia; et multa sint contraria ut Amor Amo, Seco Secor; ab Amo et eiusmodi omnibus verbis oriuntur praesens et futurum ut Amans et Amaturus: ab eis verbis tertium quod debet fingi praeteriti, in Lingua Latina reperiri non potest: non ergo est analogia. Sic ab Amor, Legor et eiusmodi verbis vocabulum eius ge-

quo non fit] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *quo non sit* Codex B. — *quod non sit* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

quom] Havn. — *cum* ceteri.

simul habent] Flor. — *similes habeant* Havn. — *simul habeant* reliqui omnes.

quae vocantur] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *quo vocantur* omnes libri veteres.

seco secor] Flor. — *et seco sequor* Havn. — *sero seror* Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *seror sero* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — Fort. *sequor.*

eiusmodi] *huiusmodi* Havn.

ut amans et amaturus] Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *et amans veta maturus* Flor. unde Victor. *vel* et *ut* coniecit. — *et amans et amaturus* Havn. Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas.

ab] Flor. Havn. — *et ab* ceteri.

verbis] *verbeis* ut ante. — *tertius* Edit. princ. vet.

ergo est analogia] *est* om. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *non ergo non est analogia* Havn.

sic ab amor et legor] ita nos. — *sic ab amor, legor* ex coniectura Augustin. in Emendat. et ita Vertr. Sciopp — *sic amabor, et legor* Flor. — *sic amabor legor* libri veteres reliqui. — *legar* Augustin. in marg.

verbis] Augustin. in Emend. — *verbis non est* Vertr. Sciopp — *verbi est* libri omnes.

neris praeteriti temporis fit, ut Amatus eram, sum, ero; neque praesentis et futuri ab his fit. Non est ergo analogia, praesertim cum tantus numerus vocabulorum in eo genere interierit, quod dicimus in his verbis, (96) quae contraria non habent, Loquor et Venor: tamen dicimus Loquens et Venans, Locuturus et Venaturus, quod secundum analogias non est: quoniam dicimus Loquor et Venor. Unde illa quae erant superiora, minus servantur, quod cum ex his quae contraria verba non habent, alia efficiunt terna ut ea quae dixi, alia bina ut ea quae dicam, Currens, Ambulans, Cursurus, Ambulaturus; (tertia enim praeteriti non sunt ut Cur-

praeteriti] *praeteri* Havn.
fit ut] Augustin. in marg. Vertr. Sciopp.
amatus] *amaturus* Flor. Havn. Augustin. in marg. Sciopp.
ab his] *ab heis* Vulg.
ergo] om. Ed. princ. vetust.
interierit] *intererierit* Flor. — *introierit* Havn.
in his verbis quae] Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Sciopp. — *in his verbis et h ieis verbis quae* Cod. B. item Vertran. sed *iis* exhibens. — *in heis verbeis et in ieis verbeis quae* Vulg.
loquor et venor] *et* om. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.; idem et post *loquens*, *venans*, *locuturus*, *venaturus*.
et venaturus] om. Florent. Havn.
et venor unde] *et venerunt de* Havn.
illa quae erant] *illa erant* Flor. Havn.
minus servantur] *eminus servantur* Flor. Havn. Ed. princ. vet.
quod cum ex his] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Sciopp. — *quod cum ex hieis* Cod. B. — *quod cum his* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph., item sed *heis* Vulgat. — *quid? cum bis* Augustin. in marg. et Vertr.
verba non habent] Codex B. — *verba non habentur* Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *verba habent* Vulg. Vertr. Sciopp.
ut ea] *et ea* Havn.
quae dixi] *quam dixi* Edit. princ. vet.
quae dicam] *quam dicam* Edit. princ. vet. Rhol.
non] om. Havn.

sus sum, Ambulatus sum.) ne in his quidem, quae saepius quid fieri ostendunt, servatur analogia: nam ut
119 est a cantando Cantitans, ab amando Amitans non est et sic multa. Ut in his singularibus, sic in multitudinis; sicut enim Cantitantes, Seditantes non dicuntur.

33. Quoniam est vocabulorum genus quod appellant compositititium, et negant conferri id oportere cum simplicibus de quibus adhuc dixi, de compositis separatim dicam. Cum ab tibiis et canendo Tibicines dicantur, quaerunt, si analogias sequi oporteat, cur non a cithara et psalterio et pandura, dicamus Citharicen

ne in his quidem] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. — *nec in his quidem* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *neque in his quidem* Vulg. (*heis*) Vertr. Sciopp.

quae saepius qnid] *quam saepius quid* Edit. princ.

servatur analogia] Florent. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *servant analogiam* Cod. B. Ed. princ. vetust. Vulg. Vertr. Sciopp.

nam ut est] *nam* om. Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.

ut in his] *ut in heis* Vulg. — *ut* om. Edit. princ. vět. — *ut in* om. Cod. B.

in multitudinis] praepositio abest a Cod. B.

seditantes] *sed equitantes* Havn.

C a p. XXXIII.

quoniam est vocabulorum] *est* om. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

compositititium] Florent. Havn. Rhol. — *compositium* Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *compositum* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.

et] om. Havn.

de compositis] *de compositeis* Vulg.

ab tibiis] Florent. Havn. — *a tibiis* reliqui.

tibicines dicuntur] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *tibicines dicantur* Havn. — *tibicen dicitur* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *tibicen dicatur* Henr. Stephan. Append. pag. 115.

analogias] *analogia* Havn.

a cithara] *ad cithera* Havn.

et sic alia. Si ab aede et tuendo Aedituus est, cur ab atrio et tuendo non potius Atrituus sit quam Atriensis? Si ab avibus capiendis Auceps dicatur, debuisse aiunt ex piscibus capiendis ut Aucupem, sic Piscicupem dici. Ubi lavetur aes, Aerarias, non Aerelavinas nominari; et ubi fodiatur argentum, Argentifodinas dici, neque ubi fodiatur ferrum, Ferrifodinas. Qui lapides caedunt, Lapicidas; qui ligna, Lignicidas non dici: neque ut Aurificem, sic Argentificem: non doctum dici Indoctum,

si ab aede] *sic ab aede* Par. Gryph.
aedituus est] om. Flor. Havn.
ab atrio et tuendo] om. Florent. Havn. — *non ab atrio et tuendo* Cod. B.
aedituus sit] om. Havn.
non potius] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *potius* Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
atrituus] *atritumus* Edit. princ. — *atrutumus* Flor. — *a turtumus* Havn. — *atrituus sit potius* verba collocat Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.
ex] *a* Havn.
capiendis] *capiendeis* Vulg. ita et paulo post.
ut aucupem sic piscipem] Flor. Havn. — *pisiceps ut aucupem sic piscipem* Rhol. Venet. I. II. — *pisceps ut aucupem sic piscupem* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *pisciceps utque aucupem sic piscicupem* Cod. B. et omisso *que* Vulg. Vertran. Sciopp. — *pisciceps ut aucupe sic piscipe* Edit. princ. vet. — *pisciceps ut auceps* Henr. Steph. Append. pag. 117.
ubi lavetur aes] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. — *ubi lavatur aes* Ald. Basil. Par. Gryph. — *et ubi lavetur aes* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *et ubi lavet ut aes* Venet. I. II. quod natum ex Rhol. edit. in qua *lavet ur* separatum vitiose legitur. — *ubi lavetur ex* Havn.
aerarias] *ferarias* Cod. B. Edit. princ. vetust. — *aerelavinas, non aerarias* coniecit Vertr. Sciopp. Henr. Steph. Append. pag. 118.
ubi fodiatur] *ubi effodiatur* Henr. Stephan. Append. p. 119, idem a librariis *aurifodinae* omissum esse censet.
ferrifodinas] *ferifodinas* Edit. princ. vetust.
ligna] *linga* Havn.

non salsum Insulsum. Sic ab hoc quoque fonte quae profluant, animadvertere est facile.

34, Relinquitur de casibus, in quo Aristarchei suos contendunt nervos.

35. Primum si in his esset analogia, dicunt debuisse omnes nominatus et articulos habere totidem casus: nunc alios habere unum solum ut literas singulas omnes; alios tris ut Praedium, Praedii, Praedio; alios quattuor ut Mel, Mellis, Melli, Melle; alios quinque ut Quintus, Quinti, Quinto, Quintum, Quinte; alios (97) sex ut Unus, Unius, Uni, Unum, Une, Uno. Non esse ergo in casibus analogias.

36. Secundo quod CRATES [dicebat,] cur quae

non salsum insulsum] *non salsum non dici insalsum* Henr. Stephan. Append. pag. 120. cf. Mureti Var. Lect. VIII, 12.
sic ab hoc] *sic et ab hoc* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.

C a p. XXXIV.

Aristarchei] *Aristarchi* Sciopp.
contendunt] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *intendunt* Cod. B Vulg. Vertran. Sciopp.

C a p. XXXV.

si in his] *si in heis* Vulg. — *si in iis* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
dicunt debuisse] Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *dicant derisse* Flor. Havn. — *dicant dixisse* Codex B. Edit. princ. vetust — *dicunt dixisse* Rhol. Venet. I. II.
omnes] *omnis* Codex B. — *omneis* Vulg.
nominatus] nos ex coniectura. — *nominaturos* Ed. princ. vet. — *nominativos* ceteri. — conf. cap. 23.
unum solum] *nnum solum* Edit. princ. — *non solum* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph.
tris] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *treis* reliqui.
melli] om. Edit princ. vet.

C a p. XXXVI.

Crates] *Grates* Flor. Havn.
dicebat] om. Flor. Havn.

singulos habent casus ut literae Graecae, non dicantur 120
Alpha, Alphati, Alphatos? Si idem mihi respondebitur quod Crateti, non esse vocabula nostra, sed penitus barbara; quaeram, cur idem nostra nomina et Persarum et ceterorum quos vocant barbaros, cum casibus dicant. Quare si esset analogia, aut, ut Poenicum et Aegyptiorum vocabula, singulis casibus dicerent, aut pluribus, ut Gallorum ac caeterorum. Nam dicunt ab alauda Alaudas et sic alias. In quod scribent di-

dicantur alpha, alphati, alphatos] Flor. Havn. item interposito *et* post *alpha* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *dicantur alpha alphatos* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — Henr. Stephanus Append. pag. 8. a librariis inter verba *dicantur* et *alpha* quaedam excidisse censet, talia fere: *dicantur per plures ut alpha alphatos;* idem *alphati* coniectura reposuit.

Crateti] *grateti* Florent. Havn. — *Crateri* Venet. I. II. — *Cratei* Par. Gryph.

non esse vocabula] Vulg. Vertran. Sciopp. — *non essent vocabula* Flor. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *si non essent vocabula* Ald. Bas. Par. Gryph.

cur idem] Flor. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. — *curidem* Havn. — *cur iidem* Vulg. Vertr. Sciopp. — *cur inde* Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.

persarum] *personarum* Havn.

casibus dicant] *casibus dicat* Florent. Havn.

si esset analogia] Ald. — *si esset in analogia* Flor. Ed. princ. vet. — *si essent in analogia* Havn. Rhol. Venet. I. II.

aut ut Poenicum] Flor. Havn. — *aut poenicorum* Ald. Basil. Par. Gryph. — *aut ut Poenicorum* reliqui.

dicerent] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. — *dicentur* Edit. princ. vet. — *dicerentur* reliqui.

ac caeterorum] *et* scribit Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.

ab alauda alaudas] Scalig. — *ab alaco alacus* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ab alauc alaucus* Ed. princ. vet. — *ab alano alaucus* Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *a laceo alaucus* Havn., et a pr. m. *alalacus.* — *a lacco alaucus* Flor.

in quod scribent] *id quod scribent* August. in margine, Vertran. — *inde quod scribent* Codex B. — *sin quod scribunt* Popma, qui quod dicit *vulgo* legi *scribunt*, ipse finxit; omnes

cent, quod Poenicum sit, singulis casibus ideo eas literas Graecas nominari; sic Graeci nostra senis casibus, quinis non, dicere debebant: quod cum non faciunt, non est analogia.

37. Quae si esset, negant ullum casum duobus modis debuisse dici, quod fit contra. Nam sine reprehensione volgo alii dicunt in singulari hac Ovi et Avi, alii hac Ove et Ave. In multitudinis hae Puppis, Restis, et hae Puppes, Restes. Item quod in patrico casu hoc genus dispariliter dicatur Civitatum, Parentum et

enim Editiones *scribent* legunt; coniectura vero non mala, imprimis cum *alias* aperte in *alia* sit mutandum.

dicent] *dicerent* Havn.

poenicum sit] *Poeni cum sint* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. — *Poeni cum* Par. Gryph.

singulis] *singuleis* Vulg.; item *seneis* . . *quineis.*

ideo eas . . . casibus] om. Havn.

quinis non] Flor. — *non quivis* Edit. princ. vet. — *non quis* Cod. B. — *quis non* Havn. — *non quinis* reliqui.

debebant] *debeant* Cod. B.

Cap. XXXVII.

quae si esset] *quae si essent* Flor. Havn.

modis] *modeis* Vulg.

volgo] Havn. — *vulgo* ceteri.

alii hac ove] *hac* om. Cod. B. — *hoc ovi* . . *hoc* Havn.

puppis, restis] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *hae puppeis*, *resteis* Vulg. Vertran. Sciopp. — *hae* om. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.

et hae puppes] *hae puppes* Cod. B. — *et eae puppes* Havn.

patrico] *patrio* Ald. Bas. Par. Gryph. Augustin. in marg. — *patricio* Rhol. Ven. I. II. — *patricos* Havn.

hoc genus] *hoc* om. Par. Gryph.

dicuntur] Flor. Havn. Edit. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *dicatur* Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — om. Edit. princ. vetust.

et civitatium] *et* om. Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp.

Civitatium, Parentium: in accusandi hos Montes, Fontes et hos Montis, Fontis.

38. Item cum si sit analogia, debeant a similibus verbis similiter declinatis similia fieri et id non fieri ostendi possit, despiciendam eam esse rationem. Atqui ostenditur; nam quid potest similius esse quam Mens, Dens, Gens? cum horum casus patricus et accusativus in multitudine sint dispariles: nam a primo

accusandi] *accusandei* Vulg.
hos montes, fontes, et hos montis, fontis] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *hos montis fontis montes fontes* Cod. B. — *hos monteis fonteis, montes fontes* Vulg. Vertr. Sciopp.

C a p. XXXVIII.

item cum] *item* om. Ald. Bas. Par. Gryph.
si sit] *si esset* Ald. Bas. Par. Gryph.
debeant] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp., et Henr. Stephan. Append. pg. 41. — *debent* Ed. princ. vetust. Vulg. Vertr. — *dicunt* Cod. B.
ab similibus] Flor. Havn. — *a similibus* reliqui.
verbis similiter] *verbi simili* Havn. — *verbeis similiter declinateis* Vulg.
non fieri] *fieri* Havn.
despiciendam] *dispiciendam* Havn.
possit] om. Ald. Bas. Par. Gryph.
eam esse rationem] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. — *esse eam rationem* reliqui.
mens dens gens] *omnes gens dens* Havn. — Sic transponenda: , *gens*, *mens*, *dens* ut seqq. docent.
patricus] *patritius* Rhol. Ven. I. II. — *patrius* Ald. Bas. Par. Gryph. Augustin. in marg.
et accusativus] Flor. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. item omisso *et* Havn. — *et accusandi* Cod. B. Vertr. Sciopp. — *et accusandei* Vulg.
in multitudine] praepositionem om. Codex B.
dispariles] *disparibus* Havn.
nam a primo] Florent. Havn. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *nam de primo* reliqui.

fit Gentium et Gentis, utrobique ut sit I: ab secundo Mentium et Mentes, ut in priore solo sit I: ab tertio Dentum et Dentes, ut in neutro sit I. Sic item quo-
121 niam simile est recto casu Surus, Lupus, Lepus; rogant, quor non dicatur proportione item Suro, Lupo, Lepo. Sin respondeat, similia non esse, quod ea vocemus dissimiliter, Sure, Lupe, Lepus; sic enim respondere voluit ARISTARCHUS CRATETI: nam cum scri-

et gentis] Flor. Cod. B. Ed. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *et genteis* Vulg. Vertr. Sciopp.
ut sit I] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *I* om. reliqui.
ab secundo] Flor. Havn. — *a secundo* Vulgat. Vertr. Sciopp. — *a secunda* ceteri.
mentes] *mentis* Flor.
I.] Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — om. Havn. — *id est* libri veteres reliqui.
ab tertio] Flor. Havn. — *a tertio* reliqui.
dentum] *dentium* Havn.
sit I. sic] Codex B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *sit sic* ceteri.
simile] om. Havn.
surus] *sciurus* Augustin in Emendat. Vertr. Sciopp. Stephan. Append. pag. 38 et sic in seqq.
rogant cur non] *rogant quor non* Flor. — *rogant non* Edit. princ. vet.
dicatur] Flor. Havn. — *dicant* reliqui omnes.
proportione] *proportionem* Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II.
sin] Flor. Havn. Rhol. Ald. Bas. Par. Gryph. — *si non* Ed. princ. vet. — *sint* Ven. I. II. — *si* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *sed* Stephanus Append. pag. 7. — *his* Popma.
respondeat] Flor. — *respondent* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *respondeatur* Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald.Bas. Par. Gryph.
ea vocemus] Flor. Cod. B. Rhol. Vulg. Vertr. Sciopp. — *eo vocemus* Venet I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *ea nocemus* Edit. princ. vetust.
enim] *etiam* Havn.
Aristarchus] *Aristrachus* Havn.
nam cum] *nam ut* Edit. princ. vetust. — *ut ut* Cod. B.
scripsisset] *is scripsisset* Sciopp.

psisset similia esse Philomedes, Heraclides, Melicertes, dixit non esse similia; in vocando enim [cum E brevi] dici Philomede cum E longo, Heraclide, cum brevi Melicerta: In hoc dicunt Aristarchum non intel- (98)
lexisse quod quaereretur, cum sic solverit. Si enim, ut quidque in obliquis casibus discrepavit, dicere potuit, propter eam rem rectos casus non esse similes: quom quaeratur, duo inter se similia sint necne, non

philomedes] *phylomedes* Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. sic et paulo post.
in vocando] *in vocandei* Augustin. in Emendat. Sciopp.
cum E brevi dici] *cum brevi dici* Havn — nisi trium vocabulorum litura, vix possis locum sanare; haec ut illa quae sequuntur *cum E longo* nata videntur, ne desit, quod verbis *cum A brevi* vel *cum brevi* opponatur.
cum A brevi Melicerta] Sciopp. vide modo Lib. IX, 52. neque praetermittendum, ibi Philomedem et Melicertem, tertio omisso Heraclide, laudari; fort. nec hoc loco a Varrone notatum, qui scripsisse videtur: *in vocando enim dici Philomede cum longo, cum brevi Melicerta.* — *cum brevi Melicerte* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *et cum E brevi Melicerte* Cod. B. Ed. Vulg. Vertr.
quod] *quid* Havn.
cum sic solverit] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *sic cum solverit* Ald. Bas. Par. Gryph. — *si non solveret* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *non solveret cum solveret* Cod. B.
si enim] Ed. Ald. Bas. Par. Gryph. — *sic enim* ceteri omnes.
quidque] Florent. Havn. Augustin. in marg. Vertr. Sciopp. — *quidquid* reliqui.
obliquis] *obliqueis* Vulg.
propter eam rem] Flor. Havn. — *propterea* reliqui.
casus non esse] Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *casus voci esse* Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *casus noti esse* Florent. Havn.
similes] Flor. Havn. — *similis* Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *simileis* Vulg. Vertr. Sciopp.
cum quaeratur] Codex B. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Vulg. Vertr. Sciopp. — *cum quaereretur* Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *quon quaeratur* Flor. unde *quom* dedimus.

debere extrinsecus assumi cur similia sunt. Item si esset analogia, similiter, ut dicunt Aves, Oves Sues, dicerent item ut Ovium Avium, Suium. Si analogia est, inquit, cur populus dicit Dii Penates, Dii Consentes? cum sit ut hic Reus Ferus, Deus; sic hi Rei, Feri, Dei? Item quaerunt, si sit analogia, cur appellant omnes aedes Deum Consentum et non Deorum Consentium? Item quor dicatur mille Denarium, non mille Denariorum? est enim hoc vocabulum figura ut Vatinius, Manilius. Denarius debet igitur dici, ut Vatiniorum

assumi] *assummi* Edit. princ. — *adsumi* Vulg. Vertr. Sciopp.
ut dicunt] om. Cod. B. Vulg. Vertr.
ut ovium] *ut avium* Havn. — *ovium* Sciopp.
avium] *ovium* Havn. — *et avium* Codex B.
suium] *sic suium* Codex B. Vulg. Vertr.
inquit] *inquiunt* Henr. Stephan. Append. pag. 129.
dii penates] Cod. B. Vulg. Vertr. — *dei penates* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp.
dii consentes] Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *dei consentes* reliqui.
cum sit] *et cum sit* Cod. B.
ut hic] *hic* Havn.
hi rei] *hei rei* Flor.
feri] *ferei* Florent. — om. Codex B. — Fort. *ferrei* et supra *ferreus*.
cur appellant] *cum appellant* Edit. princ. vet.
aedes deum consentum] Flor. Havn. Edit. princ. vet. — *aedes deum consentium* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *aedem deum consentum* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — Henric. Stephan. pag. 131 utrobique vult aut *consentum* aut *consentium*.
consentum et non deorum] om. Havn.
item cur dicatur] *item quor dicatur* Flor. quod recepimus.
est enim hoc] *est hoc* Cod. B.
figura] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *ea figura* Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp.
Vatinius] *Varinius* Florent. Havn.
Manilius] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald.

Maniliorum, Denariorum: et non equum publicum mille Assarium esse, sed mille Assariorum; ab uno enim assario multi assarii, ab eo assariorum. Item secundum illorum rationem debemus secundis syllabis longis dicere Hectorem, Nestorem; est enim ut Quaestor, Praetor, Nestor; Quaestorem, Praetorem, Nestorem; Quaestoris, Praetoris, Nestoris. Et non debuit dici Quibus das Quis das; est enim ut Ei Qui, His Quis; aut si- 122

Bas. Par. Gryph. — *Manlius* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *Manlius denarius Vatinius* collocat Cod. B.
Vatiniorum] *Variniorum* Flor.
Maniliorum] *Manliorum* ut supra.
denariorum] *sic denariorum* Codex B. Vulgat. Vertr. Sciopp.
publicum] *publium* Edit. princ. vetust.
secundis syllabis] *secundeis syllabeis* Vulg.
longis] *longeis* Vulg. — *longius* Cod. B. Edit. princ. vetust.
dicere] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — reliqui omittunt.
Hectorem, Nestorem] *Hectōrem Nestōrem* Flor. — *Hectorem. Hectorem* Edit. princ. vet. — *Hectore Nestore* Havn.
Nestor] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *Nestor Hector* Codex B. Vulg. Vertran. Sciopp.
quaestorem, praetorem, Nestōrem, quaestoris praetoris nestōris] Ita Flor. Cod. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph.; item sed in fine *hectoris* Edit. princ. vet. — omittunt haec omnia Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
quibus das, quis das] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas Par. Gryph. — *quibusdas sed quisdas* Codex B. item sed *queis das* Vulg. — *quibusdam*, *sed queisdam* Augustin. in Emendat. Vertr. Sciopp.
ei qui, his quis] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *ei his quis* Ed. princ. vet. — *eeis hieis quis* Cod. B. — *eeis heis queis* Vulg. Vertr. — *hei quei*, *heis queis* Sciopp.; primum verum est: aut *hei* aut *hi* scribendum.
at sicut quibus hibus] Florent. unde necessario emendavimus: *aut.* — *et sicut quibus hibus* Havn. — *at sicut quibus*, *ibus* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. item, nisi quod *ac* pro *at* Sciopp. — *at si est quibus*, *cum non ibus et ibuscum dicatur.* Cod. B. mira interpolatione, qua etiam *cum dicatur* e seqq. his addantur oportet. — *at si est quibuscum*, *non ibus et hibuscum dicatur?*

cut Quibus Hibus. Cum dicatur Da patri Familiai, si analogias sequi vellent, dicere non debuerunt hic Paterfamilias, quod est ut Atiniae, Scatiniae, Familiae; sic una Atinia, Scatinia, Familia. Item plures Patresfamilias dicere non debuerunt, sed ut SISENNA scribit, Patres familiarum. Neque oportebat consuetudinem notare, alios dicere Boum greges, alios Boverum; et signa alios Ioum, alios Ioverum: cum esset ut Iovis, Bovis, Struis, et Iovem, Bovem, Struem, Iovi, Bovi,

Vulg. Vertr. — *at si est quibus et quibuscum; cur non hibus et hibuscum dicatur* Stephan. in Append. pag. 27.

da patri familiai] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. — *da patri familias* Cod. B. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

debuerunt] *debuerint* Ed. princ. vet. — *dicere non debuerunt si analogias sequi vellent* sic verba transposita in Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

hic paterfamilias] Flor. Havn. — *da patrifamilias* Ed. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — omittit haec Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

Atiniae] *Attiniae* Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II; sic et infra.

Scatiniae] Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *cattiniae* Ed. princ. vetust. Rhol. — *catiniae* reliqui; sic et infra.

patres] om. Havn.

non debuerunt] *non* om. Par. Gryph.

alios boverum et similia alios Ioum] Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *alios boverum et signa alios Ioum* quod a nobis receptum, Cod. Flor. supra vocem *signa* Victorius ⊖. posuit. — *alios boerum et signa Iovin* Havn. — *alios boverum ut struum sic Ioum* Cod. B, item sed *Iovum* Vulg. Vertr. Sciopp.; desunt quaedam nec optime ab emendatore restituta censeo.

alios Ioverum] *et Ioverum* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

bovis struis] *bovis strui* Edit. princ. vet.

et Iovem] *et* om. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *et bovem Iovem* Havn. — Fort. *ut Iovem.*

Iovi bovi strui] om. Cod. B. — *bovi Iovi strui* Havn.

Strui; nec cum haec convenirent in obliquis casibus, dubitare debuerunt in rectis propinquioribus: nunc in consuetudine aliter dicere pro Iovis Iuppiter, pro Bus Bos, pro Strus Strues.

39. Deinceps dicam de altero genere vocabulorum, in quo contentiones fiunt ut Album, Albius, Albissimum, in quo [id] analogias non servari apparet: (99)
nam cum sit simile Salsum, Caldum et dicatur ab his

nec cum haec] *an haec* Cod. B.

convenirent] *convenerit* Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.

obliquis] *obliqueis* Vulg.; item *recteis*.

debuerunt] Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *debuerint* Cod. Flor. Edit. princ. vetust.

propinquioribus] Codex B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *propinquibus* Havn. Edit. princ. vetust. neque ex Flor. a Victorio quidquam allatum. — *propinquius* Rholand. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.

dicere] *dicerem* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

pro bus bos] Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *et pro bus bovis et bos* Codex B. — *pro bovis et bus bos* Vulg. Vertr. Sciopp.

pro strus, struis] ex coniect. nos. conf. IX, 47. — *pro struus struis* Flor. et omisso *pro* Havn. — *pro struis, scrues* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *pro strues struis* ceteri.

C a p. XXXIX.

contentiones fiunt] Flor. Havn. — *contentiones sunt* reliqui.

album albius albissimum] *albus albius albissimus* Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet.

id analogias] Flor. — *id analogia* Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *ideo analogia* Codex B. — *iam analogiam* Ald. Bas. — *eam analogiam* Vulgat. Vertr. Sciopp. — *analogiam* Par. Gryph.

ab his] *ab heis* Vulg. — *ab iis* Havn. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

Salsius, Caldius, Salsissimum, Caldissimum debuit dici. Quoniam simile est Bonum, Malum, ab his Bonius et Malius, Bonissimum et Malissimum: nonne dicimus Bonum, Melius, Optumum? Malum, Peius, Pessimum? In aliis verbis nihil deest ut Dulcis, Dulcior, Dulcissimus; in aliis primum ut Peium, Peius, Pessimum; in aliis medium Caesior, Caesius, Caesissumus; in aliis bina sunt quae sint ab eadem voce declinata, et ea ita, ut alias desint secundum et tertium ut in hoc Mane, Manius, Manissime: alias ut duo prima absint ut ab Optimum Optius, Optum: alias ut primum

caldius, salsissimus] Flor. Havn. — *calidius salsissimus* Edit. princ. vetust. — *caldius salsissimum* Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *salsissimum caldius* Codex B. Vulg. Vertran. — cf. Henr. Stephan. Append. 143 seqq.
caldissimus] Flor. — *calidissimus* Edit. princ. vet. — *caldissimum* reliqui.
simile est] *est simile* Havn.
ab his] *ab heis* Vulg. — *ab hieis* Cod. B.
et malissimum] *et* om. Cod. B.
nonne dicitur] *nonne dicimus* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp.
optumum] Flor. — *optimum* reliqui.
malum peius pessimum] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — om. ceteri.
verbis] *verbeis* Vulg.
nihil deest] *nihil est* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
ut peium peius] Florent. — *ut peius peius* Havn. — *ut peius* reliqui omnes.
medium caesior, caesius] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *medium ut caesius* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.
caesissumus] Flor. — *cesisimus* Ed. princ. vet. — *caesissimus* reliqui.
bina] *bona* Havn.
alias desint] *aliis desit* Ald. Bas. Par. Gryph.
ut ab optimum optius optum] Florent. Havn. — *ut ab optimum optius optimi* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ut optimum* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.

et tertium desit, ut a Melius Melum, Melissumum. Praeterea si dicerentur similiter, cum similia essent 123
Macer, Sacer, Tener et Macerrimus, Sacerrimus, Tenerrimus, non discreparet in his Macrior et magis Sacer et Tenerior, neque alia trisyllaba fierent; et si in his dominaretur similitudo, diceremus ut Candidissimus Candidissima, Pauperrimus Pauperrima, sic Candidus Candida, Pauper Paupera; et ut dicimus Doctus Docta, Doctissimus Doctissima, sic diceremus Frugalissumus Frugalissima, Frugus et Fruga. Ea si proportione essent verba, ut uno vocabulo dicimus virum et mulie-

ut a melius, melum, melissumum] nos ex coniectura. — *ut a melus melius melissumus* Florent., item sed *melissimus* Edit. princ. vet. — *ut a melium melius melissimum* Havn. — *ut a melum melius melissumum* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.; item sed *melissimum* Sciopp. — *ut melius* Cod. B. Vulg. Vertr.
dicerentur similiter] Flor. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *diceretur similiter* Havn. Ed. princ. vet. — *dicerent similiter declinari* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp.
macer] *acer* Havn. Sciopp.
macerrimus] *acerrimus* Havn. Scioppius. — *macerimus* Editio princ. vetust.; ita et *sacerimus*, *tenerimus*.
sacerrimus tenerrimus] *tenerrimus sacerrimus* Cod. B.
non discreparet] Flor. — *non discreparent* reliqui; cf. IV, 22.
in his] *in heis* Vulg.
macrior] *acrior* Sciopp.
et magis sacer] om. Florent. Havn.
et tenerior] Codex B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *tenerrimus* Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *tenerimus* Edit. princ. vetust.
trisyllaba] *quadrisyllaba* Vertr. — *trisyllaba alia quadrisyllaba* Sciopp. — *perissosyllaba* Popma.
pauperrimus] *pauperrumus* Flor.
sic candidus] Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. Sciopp. — *si candidus* Flor. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *ut candidus* Cod. B. Vulg. Vertr.
frugalissumus] Flor. — *frugalissimus* ceteri.
ea si] *et si* Havn.
ut uno vocabulo] *et uno vocabulo* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

rem Sapientem et Diligentem, et Sapientiorem et Diligentiorem, sic diceremus item, cum pervenissemus ad summum, quod nunc facimus aliter: nam virum dicimus Sapientissimum et Diligentissimum: feminam Sapientissimam et Diligentissimam. Quod ad vocabulorum huius generis exempla pertinet, multa sunt reliqua; sed ea quae dicta, ad iudicandum satis sunt, quod analogias in collatione verborum sequi non debemus.

40. Magnitudinis vocabula cum possint esse terna ut Cista, Cistula, Cistella, in mediis non sunt ut in his Macer, Macriculus, Macellus; Niger, Nigriculus, Nigellus. Item minima in quibusdam non sunt ut Avis, Avicula, Avicella: Caput, Capitulum, Capitellum. In hoc genere vocabulorum quoniam multa desunt, dicendum non esse in eo potius sequendam quam consue-

sapientem . . . sapientiorem] om. Havn.
pervenissemus] Flor. Havn. — *perveneremus* Edit. princ. vet. — *pervenerimus* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *perveniremus* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
nunc] Havn. — om. ceteri.
exempla pertinet] *pertinet exempla* Havn.
ea quae dicta] Florent. Havn. — *eadem quae dicta* reliqui.

Cap. XL.

in his] *in heis* Vulg.
in mediis] *in aliis media* quidam apud Augustin. et ita Vertr. Sciopp.
macriculus] Havn. — *macriolus* Cod. B. Edit. princ. vet. — *macricolus* ceteri.
nigriculus] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *nigricolus* ceteri.
avicella] *aucella* Cod. B. Ed. princ. vet. — *et avicella* Havn.
quoniam multa] Flor. Havn. — *quod multa* reliqui.
dicendum non esse] Flor. — *dicendum est non esse* reliqui.
in eo potius] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. — *in eo, sed potius* Cod. B. Ed. princ. vet. Vulg. Vertr. — *in eo analogiam sed potius* Sciopp.
quam consuetudinem,] Florent. Havn. — *consuetudinem quam* ceteri omnes.

tudinem, rationem. Quod ad vocabulorum genera quatuor pertinet, ut in hoc potius consuetudinem, quam 124
analogias dominari facile animadverti possit, dictum est. (100)

41. Sequitur de nominibus, quae differunt a vocabulis, ideo quod sunt finita ac significant res proprias ut Paris, Helena, cum vocabula sint infinita ac res communis designentur ut Vir, Mulier; e quibus sunt alia nomina ab nominibus ut Ilium ab Ilo, et Ilia ab Ilio: alia a vocabulo ut ab albo Albius, ab atro Atrius: In neutris servata est analogia; nam et cum sit a Romulo Roma, proportione non est quod debuit esse.

genera quatuor] *quatuor genera* Havn.
pertinet] *pertinent* Ald. Bas. Par. Gryph.
analogias] Florent. Havn. — *analogiam* reliqui.
dictum est] *est* om. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

Cap. XLI.

vocabulis] *vocabuleis* Vulg. — quae sequuntur, in Codice B. Vulg. Vertr. Sciopp., ita leguntur: *ideo quod sunt infinita ac res communeis designent ut vir mulier cum nomina sint finita ac significent res proprias ut Paris Helena, e quibus* etc.
infinita] *finita* Havn.
cum nomina . . infinita] om. Havn.
significant] *significent* Vulg. Vertr. Sciopp.
res communis] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *res communeis* Vulg. Vertr. Sciopp.
designentur] *designent* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *designetur* Havn.
alia nomina] *nomina alia* Par. Gryph.
ab nominibus] Flor. — *a nominibus* reliqui.
ut Ilium ab Ilo, et Ilia ab Ilio] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ut illum ab illo et illa ab illo* libri veteres omnes.
ab atro] Flor. Havn. — *et ab atro* reliqui.
neutris] *neutreis* Vulg.
et cum] *cum* Havn. pr. m.
proportione non est] Henr. Stephan. Append. pag. 8. ex libro IX, cap. 35. *quod debuit esse Romula non Roma item Perperna filia.*

Perpenni filia, non Perpennae (Perpenna mulieris nomen) esse debuit et nata esse a Perpenno, quod est ut Arbernus Percelnus, Perpennus; Arberna et Percelna, Perpenna. Quod si Marcus Perpenna virile est nomen et analogia sequenda, Lucius Aelia et Quinctus Mutia virilia nomina esse debebunt: item quae dicunt

Perpenni filia] Flor. Cod. B. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *Perperni filia* Edit. princ. vet. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *Perpenni ut Ilii* Popma. — om. Havn.

non] om. Havn.

Perpennae] *Perpernae* Vulg. Vertr. Sciopp. — om. Havn.

Perpenna] *Perpena* Codex B. — *Perperna* Vulgat. Vertran. Sciopp. — *Perperna enim* Henr. Stephan. Append. pag. 8.

et nata esse] *et nata* Codex B. Vulgat. — *et natae* Vertran. Sciopp.

Perpenno] *Perperno* Vulgat. Vertran. Sciopp.

ut Arbernus] *ut ab Arbernus* Flor.

Percelnus] Flor. — *Procelnus* Havn. — *Percernus* Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — omitt. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

Perpennus] Flor. Havn. — *Perpernus* reliqui.

Arberna] *arbena* Havn.

et Percelna] Flor. — *et Percerna* Edit. princ. vet. Rhol. — *procelna* Havn. — *Percerna et* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — om. Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.

Perpenna] Florent. Havn. Rhol. — *Perperna* reliqui.

Marcus Perpenna] *magis Perpenna* Codex B. — *Marcus Perperna* Edit. princ. vetust. Vulgat. Vertran. Sciopp.

Aelia] Cod. B. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *Elia* reliqui.

Lucius] *Lutius* Ed. princ. vet.

Quinctus] *Quintius* Havn.

Mucia] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *Mutia* reliqui.

item quae dicunt] Flor. Havn. — *item quod* Sciopp. — *item quae habent* reliqui.

ab Rhodo Andro Cyzico, Rhodius Andrius Cyzicenus, similiter Cyzicius dici et civis unusquisque. Nam ut Athenaeus dicitur rhetor nomine, etsi non sit Atheniensis, in hoc ipso analogia non est: quod alii nomina habent ab oppidis; alii aut non habent, aut non ut debent, habent. Habent plerique libertini a municipio manumissi; in quo, ut societatum et fanorum servi, non servarunt proportionem et rationem, et Ro-

Cyzico] *Cizico* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — om. Sciopp.

Andrius] om. Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — Sciopp. ita pervertit: *Andrius; a Cyzico similiter Cyzicius diceretur, nunc est Cyzicenus. Nam etc.* — *Rhodus* ante in Venet. I. II

Cyzicenus] *cizicenus* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas.

Cyzicius] Vulg. Vertr. Sciopp. — *cizicius* Florent. Rhol. Ald. Bas. — *Cicicius* Havn. — *cizius* Cod. B. Ed. princ. vetust. — *cizinus* Venet. I. II. — *cycicus* Par. Gryph.

dici et civis unusquisque] Flor. — *dici et ciccius unusquisque* Havn. — *dicerent cuius unusq.* Ed. princ. vet. — *diceret civis unusq.* Rhol. Venet. I. II. — *diceretur civis unusq.* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *civis diceretur unusq.* Cod. B. Vulg. Vertran. — Fort. *dici debet civis unusq.* nec *debebit* ex praecedenti intelligendum.

nam ut Athenaeus dicitur] Flor. Havn. — *nam ut ab Athenis Athenicus dicitur* Edit. princ. vet. — *nam ut ab Athenis Athenaeus dicitur* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. (*Atheneis*) Vertr. — Sciopp. dedit *nam quod ab* etc. neque cum *dicatur* displiceat, melius quid invenire possum.

oppidis] *oppideis* Vulg.

alii nomina] *alia nomina* Havn.

ab] om. Havn.

alii aut non] *alii autem non* Par. Gryph.

ut societatum] *non societatum* Cod. B. Edit. princ. vetust. — *et societatum* Sciopp. — *aut societatum* Havn.

proportionem et rationem] *proportionem rationem* Flor. Havn. fortasse *proportione rationem.* — *proportionem. Etenim Romanorum* Sciopp.

et Romanorum liberti] *et Romanorum libertati* Edit. princ.

manorum liberti debuerunt dici, (ut a Faventia Faventinus, a Reate Reatinus, sic a Roma Romanus,) ut no-
125 minantur a libertinis orti publicis servis, Romani, qui manumissi ante quam sub magistratus nomina qui eos liberarint, succedere coeperint: hinc quoque illa nomina Lesas, Ufenas, Carinas, Maecenas: quae cum essent ab loco ut Urbinas, [et] tamen Urbinus, ab his debuerint dici ad nostrorum nominum similitudinem . . . . .

DEEST FOLIUM.

vet. — *Romanorum liberti* Havn. — his Sciopp. quae infra exstant: *qui manumissi sunt . . . . coeperunt* adiunxit.

a Faventia] *Faventia* Havn.

Faventinus] *Faventius* Ed. princ. vetust. — *Faventini* Sciopp.

a Reate] *ab Reate* Havn.

nominantur] *nominatur* Havn.

a libertinis orti] om. Sciopp. — *libertineis* Vulg.

publicis servis] *publici servi* Vulg. Vertr. Sciopp. exhibent. — Vertr. ita edidit: *ut nominentur libertini, olim publici servi, Romani* ex coniectura.

manumissi] *manumissimi* Havn.

sub magistratus] *sub* om. Cod. B. — *sub magistratu in* Popma. — *sub magistratuum* Sciopp. — Vertr. vult: *qui manumissi ante quam fuerint, magistratibus, qui eos liberarunt, nomina dare coeperunt.*

liberarint] Flor. — *liberaret* Edit. princ. vet. — *liberarunt* reliqui. — *liberaverunt* pr. m. Havn.

coeperint] Flor. — *cepit* Ed. princ. vet. — *coeperunt* reliqui.

Lesas] Florent. Havn. Cod. B. Vulg. — *Laenas* Augustin. in marg. Vertr. Sciopp. — *lesis* reliqui.

Ufenas] *Sufenas* Popma.

Carinas] *Carrinas* Flor. — *caprinas* Havn.

ab loco] Flor. Havn. — *a loco* reliqui.

debuerint] Flor. — *debuerunt* ceteri — *heis* Vulg.

et tamen] *tamen* Havn.

similitudinem] om. Flor.; ex quo haec adnotat Victorius: *In eo codice vetusto folium relictum fuerat vacuum tamquam deesset, et quod hic principium libri est, ibi ex fragmento reliquiae videbantur; praeterquam quod ita supercilio pagellae ascriptum fuerat: Liber VIIII. et magno deinde intervallo subiiciebatur fragmentum.*

In Cod. Havn.

Hic desunt lineae octo quemadmodum relictum erat in exemplari.

In Cod. B. haec adnotata leguntur:

Multum deest in fine VIII, et principio VIIII, sed longe plus de fine superioris, quam de principio sequentis.

DEEST PAGINA. Vulgat. Vertran. Sciopp. — in reliquis nulla lacunae vestigia.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD

M. TULLIUM CICERONEM

LIBER NONUS.

DESUNT QUAEDAM

126 1. . . . nesciunt docere quam discere, quae igno-
(101) rant. in quo fuit CRATES nobilis grammaticus, qui fretus CHRYSIPPO homine acutissimo, qui reliquit sex li-

LIBER NONUS.

Liber Quintus. Edit. princ. vet. — *M. T. Varronis Analogiae Liber Quintus.* Rhol. — *Marci Terr. Varronis Analogiae Liber Secundus incipit.* Ven. I. II. item omisso *incipit* Ald. Basil. Par. Gryph. — *M. Terentii Varronis de Lingua Latina Liber Octavus* Vulgat. Vertran. Sciopp. — *DESUNT QUAEDAM.* Vulgat. Vertran. Sciopp.

Cap. I.

nesciunt] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *tam nesciunt* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
quom] *quod* Havn.
nobilis] *notabilis* Havn.
grammaticus] *crammaticus* Ed. princ. vet.
Chrysippo] *Crispo* Edit. princ. vetust. — *Crysippo* Rhol. — *Chrisippo* Venet. I. II.
sex libros] om. Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II.

bros περὶ ἀνομαλίας, his libris contra analogian atque Aristarchum est nixus, sed ita ut scripta indicant eius, ut neutrius videatur pervidisse voluntatem, quod et Chrysippus de inaequabilitate cum scribit sermonis, propositum habet ostendere similes res dissimilibus verbis et dissimilibus similes esse vocabulis notatas. Id quod est verum: et cum Aristarchus de aequabilitate conscribit et de verborum similitudine, quorundam inclinationes sequi iubet, quoad patiatur consuetudo. Sed

περὶ ἀνομαλίας] Ald. Bas. Par. Gryph. — *perianomalias* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — περὶ τῆς ἀνομαλίας Cod. B. Edit. Vulg. Vertr. Sciopp.
his libris] *heis libreis* Vulg. — *hi libri* Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *hei libri* Flor. — *lei librei* Havn.
analogian] Flor. — *anologiam* ceteri.
Aristarchum] *Aristarcum* Ed. princ. vet. — *aristracum* Havn.
neutrius] *ventrius* Ed. princ. vet.
voluntatem] *volontatem* Havn.
Chrysippus] *crisippus* Ed. princ. vet. — *chrisippus* Ven. I. II.
inaequabilitate] Flor. — *inaequalitate* reliqui.
cum scribit sermonis] Codex B. Henr. Stephan. Append. pag. 3, 37. — *cum scribit sermones* ceteri.
res] om. Havn.
verbis] *verbeis* Vulg.
dissimilibus similes] Flor. — *similibus condissimiles* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *similibus dissimilibus* Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertran. Sciopp. — *similes* Havn. omissis *verbis et dissimilibus.*
esse vocabulis] *esse vocabuleis* Vulg.
notatas] *nominatas* Sciopp.
id quod est verum] Flor. Ald. Bas. Paris. Gryph. Henr. Stephan. Append. pag. 3 et 37. — *id quod est verbum* Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *id quidem verbum* Codex B. — *id quidem est verum* Vulgat. Vertr. — omisit haec Sciopp.; Augustin. locum esse mendosum arbitratur.
de] om. Havn.
aequabilitate] Flor. — *aequalitate* ceteri.
similitudine] *similitudinem* Havn.
quorundam inclinationes] *quarumdam inclinationes* Flor. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

ii qui in loquendo partim sequi iubent nos consuetudinem, partim rationem, non tam discrepant, quod consuetudo et analogia coniunctiores sunt inter se, qnam iei credunt. Quod est nata ex quadam consuetudine
127 analogia et ex hac consuetudo, ex dissimilibus et similibus verbis eorum quod declinationibus constat, neque anomalia neque analogia est repudianda, nisi si non est homo ex anima, quod est homo ex corpore et anima. Sed ea, qnae dicam, quo facilius pervideri possint, prius de trinis copulis discernendum: nam cum confusim ex utraque parte pleraque dicuntur, quorum alia ad aliam referri debent summam, primum de copulis naturae et

sed ii, qui] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. — *sed eei qui* Sciopp. — *sed hi qui* reliqui.
iubent nos] Victor. Vulg. Vertran. Sciopp. — *lubet nos* Edit. princ. — *iubet nos* reliqui.
non tam] *nam tam* Edit. princ. vetust.
et analogia] *et alogia* Flor.; quae sequuntur usque ad *analogia* om. Edit. princ. vet.
iei] Florent. Sciopp. — *ii* Havn. — *hi qui* Codex B. — *hi* ceteri.
ex dissimilibus] *et dissimilibus* Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.
verbis eorum] mutilum esse locum et Augustin. Stephan. Append. pag. 34, et Popma censent. Fort. *verborum.* — *verbeis eorum* Vulg.
anomalia]*anomala* Havn.
ex anima] Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *ex anima quod est ex anima* male addunt reliqui libri. — *homo et anima et anima quod est ex corpore et anima* Havn.
possint] *possunt* Codex B. Edit. princ. vet.
trinis copulis] *trineis copuleis* Vulg.; et in seqq.
discernendum] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *disserendum* Vulgat. Vertran. Sciopp.
nam cum confusim] *nam confusim* Vulg. Vertr.
alia ad aliam] Flor. Codex B. Edit. princ. vet. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *alia ad alia* reliqui.
pleraque] om. Havn.
quorum] *quarum* Havn.

suis; haec enim duo sunt quae exigunt diversa, quod aliud est dicere verborum analogias, aliud dicere uti oportere analogiis. Secundum de copulis multitudinis ac finis, utrum omnium verborum dicatur esse analo- (102)
gia, an usus, an maioris partis. Tertium de copulis personarum, qui eis debent uti, quae sunt plures. Alia enim populi universi, alia singulorum, et de his non eadem oratoris et poetae, quod eorum non idem ius. Itaque populus universus debet in omnibus verbis uti analogia, et si perperam est consuetus, corrigere se ipsum, cum orator non debet in omnibus uti, quod sine offensione non potest facere, cum poetae transilire lineas impune possint. Populus enim in sua potestate, singuli in illius; itaque ut suam quisque con-

et suis] *et sueis* Vulg. Codex B. margine huius versus asteriscum apponit, qui procul dubio ad *suis* referendus.
quae] *quod* Havn.
exigunt] *erigunt* Flor. Havn.
ac finis] *an finis* Codex B. — *ac finitis* Havn.
utrum] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. Sciopp. — *utrumque* Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr.
esse] om. Havn.
an usus] *an unius* Augustin. in Emendat. Vertran. Sciopp. — *an nullius* Vertr. in marg. — Fort. alterum *an* delendum.
partis] *patri* Edit. princ. vet.
de his non] *de ieis non* Flor. — *de heis non* Vulg. — *de lis non* Havn.
oratoris] Flor. Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. — *oratores* Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp. — *apud oratores et poetas* Stephan. Append. pag. 48.
verbis] *verbeis* Vulg.
est consuetus] *est consecutus* Edit. princ. vet. — *est* om. Codex B. — *loqui est consuetus* Stephan. Append. p. 45. 48.
se ipsum] *se ipse* Vulg. Vertr. Sciopp.
non debet] Flor. Havn. — *non debeat* reliqui omnes.
impune possint] *impune possit* Florent. Havn. unde fortasse *poeta* corrigendum.
in sua potestate] *in sui potestate* Codex B.

suetudinem si mala est, corrigere debet, sic populus suam. Ego populi consuetudinis non sum ut dominus, at ille meae est. Ut rationi obtemperare debet gubernator, gubernatori unusquisque in navi, sic populus rationi, nos singuli populo. Quare ad quamcunque summam in dicendo referam, si animadvertes intelliges, utrum dicatur analogia esse, an uti oporteret redigere-
128 tur, dici id in populum aliter, ac inde omnibus dici in eum qui sit in populo.

2. Nunc iam primum dicam pro universa analogia, cur non modo videatur esse reprehendenda, sed etiam cur in usu quodammodo sequenda. Secundo de

corrigere debet] Flor. — *corrigere debeat* reliqui.
consuetudinis] *consuetudinem* Havn.
ut dominus] *ut* delet Victor. Stephan. Append. pag. 48.
obtemperare] *obtemptare* Havn.
nos singuli] Codex B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertran. Sciopp. — *non singuli* Florent. Havn. Edit. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
ad quamcunque] *ad quemcunque* Edit. princ. vet.
intelleges] Flor. — *et intelliges* Cod. B. Edit. princ. vet. — *intelliges* reliqui.
oporteret] *opporteret* Edit. princ. — *oportet* Havn.
redigeretur] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *redigere* Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp.
in populum] *populum* Havn.
ac inde omnibus] *atque in omnibus* doctus quidam (Faernus) apud Augustin. Sciopp.; *ac* si stare nequit, induxerim.
qui sit] *quod sit* Ed. princ. vet.

C a p. II.

primum] om. Havn.
non modo videatur] *non modo non videatur* Stephanus Append. pag. 47, 63 et 140, item Perizonius ad Sanct. Minervam tom. II, pag. 300.
reprehendenda] *repraehendenda* Flor. — *non reprehendenda* Vertr. Sciopp.
secundo] *secunduo* Havn.

singulis criminibus, quibus rebus possint quae dicta sunt contra, solvi, dicam ita, ut generatim comprehendant et ea quae in priore libro sunt dicta, et ea quae possunt dici, atque illic praeterii.

3. Primum quod aiunt, qui bene loqui velit, consuetudinem sequi oportere, non rationem similitudinum, quod alterum si neglegat, sine offensione facere non possit; alterum si non sequatur, quod non sine reprehensione non sit futurum; errant: quod qui in loquendo consuetudinem qua oportet uti, sequitur, non sine ea ratione.

singulis] *singuleis* Vulg.
rebus possint] *rebus possit* Edit. princ. vet.
comprehendant] Flor. (iterum cum diphthongo *ae* ut supra) Cod. B. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *comprehendam* Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp.
priore] Havn. — *priori* ceteri.
atque] om. Havn.
illic] *illi* Havn.

C a p. III.

consuetudinem sequi oportere] Flor. Edit. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *sequi consuetudinem oportere* Havn. — *sequi oportere* post *similitudinum* collocata in Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — prorsus omissa in Edit. princ. vet.
rationem similitudinum] Flor. Codex B. Ed. princ. vet. Vulg. Vertran. Sciopp. — *rationum similitudinem* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *ratione similitudinum* Havn.
neglegat] Flor. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *negligat* reliqui.
alterum si non sequatur] ita Henr. Stephan. in Append. pag. 62 negatione, ab omnibus omissa ex seqq. inserta.
quod non sine] Havn. — *quod sine* ceteri.
non sit futurum] *sit futurum* Stephan.
errant] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *erat* libri omnes.
qui] om. Havn.
non sine ea ratione] *non sine causa ratione* Havn. — *non sine ea ratione sequatur* Sciopp. — *non absit a ratione* Stephan. Append. pag. 62. — Fort. *sequitur eam non sine ratione.*

4. Nam vocabula ac verba, quae declinamus, similiter ea in consuetudine esse videmus et ad eam conferimus, et si quid est erratum, non sine ea corrigimus. Nam ut qui triclinium constrarunt, si quem lectum de tribus unum imparem posuerunt aut de paribus nimium aut parum produxerunt, una corrigimus et
(103) ad consuetudinem communem et ad aliorum triclinio-rum analogias, sic si quis in oratione in pronuntiando ita declinat verba ut dicat disparia, quod peccat redigere debemus ad ceterorum similium verborum rationem.

5. Cum duo peccati genera sint declinationum, unum quod in consuetudinem perperam receptum est, alterum, quod nondum est et perperam dicatur; unum dant non oportere dici, quod [non] sit in consuetudi-

Cap. IV.

et ad eam] Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *et ad ea* libri veteres omnes.
conferimus] Flor. Havn. — *referrimus* Edit. princ. — *referimus* reliqui.
ut qui] *et qui* Havn.
aut] *ac* Havn.
de paribus nimium] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *de paribus minus* Codex B. Ed. princ. vetust.
quis in oratione] *in* om. Edit. princ. vetust.
in pronuntiando] *pronuntiando* Havn.
disparia] *disperia* Havn.
peccat] *petat* Havn.

Cap. V.

genera sint] *genera sunt* Codex B.
declinationum] om. Havn.
perperam dicatur] *perperam dicitur* unus Sciopp.
unum dant] *unum dicunt* Cod. B.
quod [non] sit in consuetudine] Augustin. in Emend. Sciopp. Stephan. Append. pg. 80. — *non* om. libri omnes. — Popma vulgatam servare studet mutato *non oportere* in *hoc oportere*.

ne, alterum non conceditur quin ita dicatur, ut si si- 129
militer, cum id faciat, ac si quis puerorum per delicias pedes male ponere atque imitari vacias coeperit, hos corrigi oportere si concedat; contra si quis in consuetudine ambulandi iam factus sit vacia aut compernis, si eum corrigi non concedat. Non sequitur ut stulte faciant, qui pueris in geniculis alligent serperastra, ut eorum depravata corrigant crura. Cum vituperandus non sit medicus, qui e longinqua mala consuetudine aegrum in meliorem traducat, quare reprehendendus sit, qui

conceditur] *concedant* Havn.
ut si similiter] Florent. Havn. — *ut sit simile* reliqui.
cum id faciat] *cum idem faciant* Havn. Sciopp. Henr. Steph. Append. pag. 81.
ac si quis] *ac si qui* Sciopp. — *at si quis* Popma. — Fort. *si quis.*
male ponere] *male poneret* Sciopp. Vertr. — *inanes ponere* Havn.
vacias] *vatias* Flor. — *varias* Havn.
coeperit] *coeperint* Sciopp.
si concedat] Flor. Havn. Cod. B. — *si concidat* Edit. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. — *si concedant* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
ambulandi] *ambulandei* Vulg.
vacia] *vocia* Ed. princ. vet. — *vatia* Flor.
non concedat] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *non concedant* Vulg. Vertr. — *oportere non concedant* Sciopp.
pueris in geniculis] *puereis in geniculeis* Vulg.
alligent] Florent. Havn. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *alligant* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
corrigant] *non corrigant* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
vituperandus] Havn. Victor. ex Flor. Codice qui *detuperandus* habet. — *deculpandus* Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *culpandus* Vulgat. Vertr. Sciopp.
e longinqua] *in longinqua* Cod. B. — *male* Gryph.

orationem minus valentem propter malam consuetudinem traducit in meliorem?

6. Pictores Apelles, Protogenes, sic alii artifices egregii non reprehendundi quod consuetudinem Miconos, Dioris, Arimnae et aliorum superiorum non sunt secuti; Aristophanes improbandus, qui potius in quibusdam veritatem quam consuetudinem secutus?

7. Quod si viri sapientissimi et in re militari et in aliis rebus multa contra veterem consuetudinem cum essent usi, laudati; despiciendi sunt qui potiorem dicunt opotere esse consuetudinem ratione.

traducat] Havn. — *traducit* ceteri.
propter] *praeter* Cod. B. Ed. princ. vetust.

C a p. VI.

Apelles] *Appelles* Codex B. Edit. princ. vet.
artifices] *artufices* Flor.
reprehendundi] Flor. — *reprehendi* Edit. princ. vetust. — *reprehendendi* ceteri.
quod] *qui* Havn.
Miconos] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *Myconos* Ald. Basil. — *Myronos* Paris. Gryph. — *Myconis* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp.
Dioris, Arimnae et aliorum] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *Dyorosari me et* Havn. — *Diorosaris me etiam* Flor. — *et aliorum Dyorosarim me etiam* Edit. princ. vet. — *Dyorosarim me etiam* Rholand. Venet. I. II. — *Diorosarīmae etiam* Pius. — *Cassiodori eventusve* Ald. Basil. Par. Gryph. — Fort. *Polygnoti, Arcesilai et aliorum.*
veritatem] *veteritatem* Flor. Rholand. Venet. I. II.

C a p. VII.

quod si viri] *quid si viri* Par. Gryph. Vulg. Vertr.
multa] Flor. Havn. Ed. princ. vet. — *multeis* Vulg. — *multis* reliqui.
contra veterem] *contra veritatem* Ald. Bas. Par. Gryph.
despiciendi sunt] *sunt* om. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.
oportere] om. Havn. — *non oportere* Henr. Stephanus Append. pag. 4 et 51.

8. An cum quis perperam consuerit quid facere in civitate, non modo patiemur, sed etiam poena afficiemus; idem si quis perperam consuerit dicere verbum, non corrigemus, cum id fiat sine poena?

9. Et hi qui pueros in ludum mittunt, ut discant quae nesciunt verba, quemadmodum scribant; idem barbatos, qui ignorabunt verba, quemadmodum oportuit dici, non docebimus, ut sciant qua ratione conveniat dici?

10. Sed ut nutrix pueros a lacte non subito avel- 130
lit a consuetudine, cum a cibo pristino in meliorem

Cap. VIII.

consuerit] Florent. Havn. — *consueverit* reliqui.
non modo patiemur] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *non modo non patiemur* Codex B. Vulg. Vertran. Sciopp.
poena afficiemus] *poenam afficiemus* Flor. Havn. — *pena affinem* Edit. princ. vetust.
idem si quis] Havn. — *id est si quis* Florent. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *item si quis* Vulg. Vertr. Sciopp.
consuerit] Flor. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. — *consueverit* reliqui.
cum id fiat] *tum id fiat* Cod. B. Edit. princ. vet.

Cap. IX.

hi] *ii* Havn. — Fort. *et ut hi.*
scribant] *sitibant* Edit. princ. vetust. — *scribunt* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *scribent* Sciopp.
idem] Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *itidem* Vulg. Vertr. Sciopp.
barbatos] Flor. Havn. Rholand. Ven. I. II. Sciopp. — *barbaros* Cod. B. Pius. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. — *bardaros* Edit. princ. vetust.
oportuit] *opportuit* Edit. princ. vetust. — *oportet* Ald. Basil. Par. Gryph. — *oporteat* Havn. Sciopp.

Cap. X.

non subito] *subito non* Ald. Bas. Par. Gryph.
avellit] Flor. Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. — *evellit* reliqui.

(104) traducit; sic in maioris loquendo a minus commodis verbis ad ea quae sunt cum ratione, modice traducere oportet, cum sint consuetudine contra rationem alia verba ita ut ea facile tolli possint, alia ut videantur esse fixa, quae leviter haerent, ac sine offensione commutari possint. Si enim ad rationem corrigi oportet, quae tum sunt ita, ut in praesentia corrigere nequeas; quin ita dicas, his oportet si possis non uti: sic enim obsolescent, ac postea iam obliterata facilius corrigi poterunt.

in maioris loquendo] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *maior loquendo* Ald. Bas. Par. Gryph. — *in maioribus loquendo* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — Fort. *maior vis in loquendo.*

a minus] Vulg. Vertr. Sciopp. — *animus* Flor. Havn. — *annis* libri veteres omnes.

commodis verbis] *commodeis verbeis* Vulg.

ad ea] *ad* om. Codex B.

modice] om. Havn.

cum sint consuetudine] Flor. Havn. Cod. B. — *cum sint in consuetudine* Vulg. Vertr. Sciopp. — *cum sit consuetudine* Edit. princ. vet. Rhol. — *cum sit in consuetudine* Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.

rationem] *ratione* Edit. princ. vetust.

tolli possint] *tolli non possint* Stephan. Append. pag. 63.

haerent ac sine] *haerent sine* Ald. Bas. Par. Gryph. — *haberet ac sine* Havn.

commutari possint] *commutari possunt* Ald. Bas. Par. Gryph. Steph. loc. cit.

si enim ad] *Sic enim ad* Vertr. Sciopp.

quae tum sunt] Flor. — *quae sunt aut* Havn. — *quae tum ad rationem sunt* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *quae autem ad rationem sunt* Cod. B. — *quae non ad rationem sunt* Vulg. Vertran. Sciopp.

his oportet] *hic opportet* Edit. princ. vetust. — *heis oportet* Vulgat.

obsolescent] *absolescent* Ed. princ. vetust. — *adolescent* Cod. B. — *obolescent* Rhol. Venet. I. II.

obliterata] Flor. — *oblitterata* alii.

poterunt] *potuerint* Cod. B.

11. Quas novas verbi declinationes ratione introductas respuet forum, his boni poetae, maxime scaenici, consuetudine subigere aureis populi debent, quod poetae multum possint in hoc; propter eos quaedam verba in declinatione melius, quaedam deterius dicuntur. Consuetudo loquendi est in motu; itaque solet fieri ex meliore deterior. Meliora verba perperam dicta apud antiquos, aliquos propter poetas non modo nunc dicuntur recte, sed etiam quae ratione dicta sunt tum, nunc perperam dicuntur.

12. Quare qui ad consuetudinem nos vocant, si ad rectam, sequemur; in eo quoque enim est analogia:

Cap. XI.

ratione] *rationes* Flor. Havn.
respuet] *respuit* Cod. B. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.
his] *iis* Vulg. Vertr. — *eis* Sciopp.
scaenici] Venet. I. II. Vulg. Vertran. Sciopp. — *scenici* Edit. princ. vetust. — *scenici* reliqui.
aureis] Florent. Havn. Vulg. Vertran. Sciopp. — *auris* Edit. princ. vet. — *aures* reliqui.
possint] *possunt* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *potest* Havn.
deterius dicuntur] *deterius dicitur* Edit. princ. vet.
ex meliore deterior] Cod. B. Edit. Vulg. Vertran. Sciopp. — *et meliore deteriora* Flor. Ed. princ. vetust. — *ut meliore deteriora* Rhol. Ven. I. II. — *et meliora deteriora* Havn. — *ut meliora, deteriora* Ald. Bas. Paris Gryph. — Fort. *ex meliore deterior, ex deteriore melior. Verba*
perperam dicta] *perperam dictum* Edit princ. vetust.
nunc dicuntur recte] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *nunc dicantur recte* libri veteres omnes.
nunc perperam] Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *num perperam* Flor. Ed. princ. vetust. Rhol. (*nū*) Venet. I. II. — *non perperam* Havn. Ald. Bas. Par. Gryph.

Cap. XII.

rectam] *recta* Havn.
sequemur] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. — *sequamur* reliqui.
quoque enim] *enim quoque* Vulgat. Vertran. Sciopp. — *mea enim quoque* Stephan. Append. pag. 54.

si ad eam invitant quae est depravata, nihilo magis sequemur: nisi cum erit necesse, sequar in ceteris rebus mala exempla; nam ea quoque cum aliqua vis urget, inviti sequemur.

13. Neque enim Lysippus artificum priorum potius est vitiosa secutus quam artem: sic populus facere debet, etiam singuli, sine offensione quod fiat populi, qui amissa [non] modo quaerant, sed etiam quod in-
131 dicium dent: idem, ex sermone si quid deperiit, non modo nihil impendunt ut requirant, sed etiam contra

ad eam invitant] Florent. Havn. — *ad ea invitent* Codex B. item sed *eam* Vulg. Vertr. Sciopp. — *ad ea invocent* Edit. princ. vetust. Rhol. — *ab eo invocent* Venet. I. II. — *ad ea vocent* Ald. Bas. Par. Gryph.

ceteris] *cetereis* Vulg.

exempla] *extrema* Havn.

urget] *urguent* Codex B.

inviti sequemur] Florent. Havn. — *inviti sequamur* Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *inviti sequimur* Vulg. Vertr. Sciopp.

C a p. XIII.

secutus] om. Florent. Havn.

singuli] *singulis* Cod. B.

qui amissa] *quae missum* Cod. B. — *qui admissa* Ed. princ. vetust.

non modo quaerant] Vertr. Sciopp. — *modo quaerant* libri veteres omnes.

indicium] Flor. Havn. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *iudicium* reliqui.

dent] Flor. Havn. Cod. B. Rhol. Venet. I. II. Vulg. Vertran. Sciopp. — *det* Edit. princ. vet. — *debet* Ald. Basil. Paris. Gryph.

idem] *iidem* Vulg. Vertr. Sciopp. — *hi idem* Ald. Bas. Par. Gryph.

deperiit] *deperit* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

contra indices] Florent. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *contrâ iudices* reliqui.

indices repugnant, ne restituatur verbum quod novum et ratione introductum, quo minus ut recipiamus, vitare non debemus.

14. Nam ad usum in vestimentis, aedificiis, supellectili, novitati non impedit vetus consuetudo. Quem enim amor assuetudinis potius in pannis possessorem retinet, quam ad nova vestimenta traducit?

15. An non saepe veteres leges abrogatae novis cedunt?

16. Nonne inusitatis formis vasorum recentibus (105)

ne restituatur] *nec restituatur* Ald. Bas. Paris. Gryph. — *ne restituantur* Havn.
verbum, quod novum] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *verbum novum* ceteri.
quo minus ut recipiamus] *quo minus recipiamus* Vertran. — *quod quo minus recipiamus* Sciopp.
vitare non] *iuvare nos* Edit. princ. vet.

C a p. XIV.

vestimentis] *vestimenteis* Vulg.
supellectili] Vulg. Vertr. Sciopp. ex Cod. B. qui *suppellectili* habet. — *suppelecti* Havn. — *supellectilis* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph., et duplici *p* Flor. Edit. princ. vetust.
impedit] *impediat* Edit. princ. vet.
assuetudinis] *adsuetudinis* Vulg. Vertr. Sciopp.
pannis] *panneis* Vulg.
retinet quam] Florent. Vulg. Vertr. Sciopp. — *retinet quem* Cod. B. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *retinet quae* Ald. Bas. Paris. Gryph.

C a p. XV.

saepe] *semper* Cod. B. — *veteres leges saepe* Havn.
abrogatae] *abrogare* Edit. princ. vet.
novis] *noveis* Vulg.
cedunt] *caedunt* Venet. I. II.

C a p. XVI.

inusitatis formis] *inusitateis formeis* Vulg.

ex Graecia allatis obliteratae antiquae consuetudinis sinorum et capularum species? His formis vocabulorum incontaminati uti nollent, quae docuerit ratio praeter consuetudinem veterem? Et tantum inter duos sensus interesse volunt; ut oculis semper aliquas figuras supellectilis novas conquirant, contra auris expertis velint esse?

17. Quotus quisque iam servos habet priscis nominibus? quae mulier suum instrumentum vestis atque

ex Graecia] Flor. — *e Graecia* Havn. Stephan. Append. pag. 55. — *a Graecia* reliqui omnes.
ablatis] Flor. Havn. — *adlatis* Vulg. Vertr. Sciopp. — *allatis* reliqui.
obliteratae] ita et Flor. — alii *oblitteratae.*
capularum] Florent. Havn. Cod. B. Rhol. Venet. I. II.. item sed duplici *l* Edit. princ. vet. — *capidarum* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *capidum* Stephan. Append. pag. 55 et 174.
his formis] *heis formeis* Vulg. — *novis formis* Sciopp.
incontaminati] Florent. Havn. Cod. B. Edit. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Sciopp. — *in contaminati* Editio princ. vet. — *contaminati* Vulg. Vertr.
nollent quae] *nolent, quas* Stephan. Append. pag. 56. — *nolent quae* Sciopp.
ratio praeter] Victor. Vertr. Sciopp. — *oratio propter* Flor. Edit. princ. vet. — *ratio propter* reliqui.
et tantum] *eo tantum* Codex B.
volunt] *volent* Sciopp.
oculis] *oculeis* Vulg. — *hoc oculis* Havn.
supellectilis] *suppellectilis* Cod. B. — *supellectillis* Ed. princ.
auris] Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *aureis* Vulg. Vertr. Sciopp.
expertis] Flor. Havn. — *expertes* reliqui.

Cap. XVII.

servos habet] *servus habet* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *servorum* Flor.
priscis] *prisceis* Vulg.
vestis atque auri] Flor. Havn. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas.

auri veteribus vocabulis appellat? Inductis non tam irascendum, quam huiusce pravitatis patronis. Si enim usquequaque non esset analogia, tum sequebatur, ut in verbis quoque non esset; non cum esset usquequaque ut est, non esse in verbis.

18. Quae enim est pars mundi, quae non innumerabiles habeat analogias? Caelum, an mare, an terra, an aer, et cetera quae sunt in his? nonne in caelo, ut ab aequinoctiali circulo ad solstitialem et hinc ad septentrionalem divisum; sic contra paribus partibus idem a bruma versum contraria parte non, quan-

Par. Gryph. Sciopp. — *vesas atque auri* Ed. princ. vetust. — *atque vasa auri* Cod. B. Vulg. Vertr.

vocabulis] *vocabuleis* Vulg.; post: *patroneis . . verbeis.*

sed inductis] *sed* om. Codex B. Vulg. Vertran. — *inducteis* Vulg. et in marg. ex coniectura: *indocteis.*

non esset] Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *nomen esset* libri veteres.

usquequaque ut est] *usquequaque cum est* Cod. B. Ed. princ. vetust.

esse in verbis] *esse verbis* Ald. Basil. Paris. Gryph.

non cum] *nam cum* Havn.

C a p. XVIII.

quae enim] *quam enim* Edit. princ. vet. — *quae* Havn.

est pars mundi] *pars est mondi* Havn.

innumerabiles] *est numerabiles* Edit. princ. vetust.

an mare] *in mare* Ven. I. II. — *mare* Ald. Bas. Par. Gryph.

an aer et cetera] Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — om. ceteri.

quae] *quam* Edit. princ. vetust. — *quae sunt* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.

et hinc] *et huic* Edit. princ. vetust.

ad septentrionalem] praepositio om. in Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

contra paribus] Flor. Vulg. Vertr. Sciopp. — *contra a paribus* ceteri.

idem a bruma] *item a bruma* Vulgat. Vertr. Sciopp.

132 tum polo superior abest, et abest et a septentrionali circumit cum his ad solstitium, tantundem abest inferior ab eo quem ἀνταρκτικὸν vocant astrologi, et is ad brumalem? non, quemadmodum quodque signum exortum hoc anno, quotquotannis eodem modo exoritur? Num aliter sol a bruma venit ad aequinoctium? an contra cum ad solstitium, venit ad aequinoctialem circulum, et inde ad brumam? Nonne luna, ut a sole discedit ad aquilonem et inde redit in eandem viam; sic inde fertur ad austrum et regreditur inde? Sed quid plura de astris, ubi difficilius reperitur quid sit, aut fiat in motibus dissimiliter?

19. At in mari, credo, motus non habent dissi-

polo superior] *polo superiori* Vertr. — *polus superior* Scalig. Sciopp.
et abest . . . abest] om. Cod. B. Vulg. Vertran. — *a septentrionali circulo abest* Sciopp.
et a] Flor. Edit. princ. vetust. — *a* ceteri.
ἀνταρκτικὸν] *arti articon* Flor. Ed. princ. vet. — *antiarcticon* Rhol. Ven. I. II. — ἀνταρκτικὸν *antarcticum* Codex B. — *antarcticum* Havn.
exortum] *extortum* Editio princ. vet.
quotquot annis] *quod quotquot annis* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. — *anneis* more suo Vulg. — *quotannis* Vertran. Sciopp.
num aliter] *non aliter* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
sol a bruma] Flor. Sciopp. — *sola bruma* reliqui.
venit ad . . . solstitium] om. Havn.
ut] om. Havn.
ab sole] Flor. Havn. — *a solis via* Sciopp. — *a sole* reliqui.
eandem] *eodem* Havn.
viam; sic] *viam et sic* Ald. Bas. Paris. Gryph.
astris] *astreis* Vulg.
reperitur] *repetitur* Edit. princ. vet.

Cap. XIX.

At in mari] *an in mari* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *at in amari* Havn. pr. m.

militudines geminas, qui in XXIIII. horis lunaribus cotidie quater se mutant? Ac cum sex horis aestus creverunt, totidem decreverunt rursus idem. Itemque ab his, an hanc analogiam ad diem servant, ad mensem non item alios motus, sic item cum habeant alios inter se convenientes, de quibus in libro quem de aestuariis feci, scripsi?

20. Non in terra in sationibus servata analogia?

XXIIII] Ald. Bas. Par. Gryph. — *XXIII* Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *viginti quatuor* Vulg. Vertran. Sciopp.
horis] *horeis* Vulg.; et post.
cotidie] Florent. Havn. — *cottidie* Vulgat. Vertr. Sciopp. — — *quottodie* Edit. princ. vet. — *quotidie* Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
quater se] *se quater* Havn.
ac cum] Flor. Edit. princ. vetust. Sciopp. — *at cum* reliqui.
creverunt] Rhol. Ven. Vulgat. Vertran. Sciopp. cum Cod. B. — *creverint* Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *circumerunt* Flor. Edit. princ.
decreverunt] *decrescunt* Sciopp.
rursus] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. — *rursum* Par. Gryph. Vulg. Vertr. — *versus* Sciopp.
idem] Flor. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — om. Sciopp. — *item* Havn. — *iidem* reliqui.
itemque ab his] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *item ab his* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. (*heis*) — *item atque ab his* Cod. B. — *identidem aliis* August. in marg. ex coniectura, Vertr. — Sciopp. haec omisit. — Legendum: *Item, quae ab his.*
an hanc] *ante hanc* Cod. B. Havn. Edit. princ. vet.
non item alios motus. Sic item cum habeant alios] *non habent alios motus* Sciopp.
in] om. Havn.
aestuariis] *escuariis* Edit. princ. vet.
scripsi] lacunae signa addidit Sciopp.

C a p. XX.

terra] *terra non* Havn. — Fort. *In terra non.*
in sationibus] Florent. Havn. Vulg. Vertr. — om. Sciopp. — *in sectionibus* reliqui.
servata] *servatur* Sciopp.

(106) nec cuiusmodi in praeterito tempore fructuum genera reddidit, similia in praesenti reddat? et cuiusmodi tritico iacto reddidit segetes, sic ordeo sato proportione reddidit parilis? Non ut Europa habet flumina, lacus, montis, campos, sic habet Asia?

21. Non in volucribus generatim servatur analogia? non ex aquilis aquilae atque ut ex turdis qui procreantur, turdi, sic ex reliquis sui cuiusque generis?

22. An aliter hoc fit, quam in aere, in aqua? non hic conchae inter se generatim innumerabili nu-

nec cuiusmodi] *ut cuiusmodi* Sciopp. — *ne cuiusmodi* Codex B. — quae sequuntur usque ad *tritico* om. Havn.
praesenti reddat] *praesenti reddit* Vertr.
et cuiusmodi] *et ciusmodi* Edit. princ. unde *et eiusmodi* Edit. vetust.
tritico] Florent. Havn. — *a tritico* reliqui.
iacto] *iactato* Havn.
reddidit] Florent. Havn. — *reddit* reliqui.
segetes . . reddidit] om. Havn.
proportione reddidit] *proportione reddit* Vulg. Vertr. — *proportione reddat* Sciopp.
parilis] *parileis* Vulg. Vertran. Sciopp.
non ut Europa] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *nam ut Europa* Cod. B. Edit. princ. vetust. — *nonne ut Europa* Vulg. Vertr. Sciopp.
montis] Florent. Havn. Cod. B. — *monteis* Vulgat. Vertran. Sciopp. — *montes* reliqui.

C a p. XXI.

non in volucribus] Flor. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *nam in volucribus* reliqui.
non ex aquilis] *ut ex aquilis* Ald. Bas. Par. Gryph. — *aquileis . . turdeis . . reliqueis* Vulg.
ut ex turdis] Havn. — *ex turdis* ceteri.
sui cuiusque] Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *suis cuiusque* reliqui.

C a p. XXII.

quam in aere, in aqua] *in aere quam in aqua* Ald. Bas. Par. Gryph.

mero similes? non pisces? an e murena fit lupus aut 133
merula? Non bos ad bovem collatus similis? et qui ex his progenerantur, inter se vituli? etiam ubi dissimilis foetus ut ex equa et asino mulus, tamen ibi analogia; quod ex quocunque asino et equa nascitur, id est mulus aut mula, ut ex equo et asina hinnulei.

23. Non sic ex viro et muliere omnis similis partus, quod pueri et puellae? non horum ita inter se non omnia similia membra, ut separatim in suo utroque genere similitudines intra paria? Non omnis cum sint ex

an e murena] Augustin. in Emendat. Vertr. Sciopp. — *sane murena* libri veteres omnes.
collatus] *conlatus* Vulg. Vertr. Sciopp.
ex his] *ex heis* Vulg.
etiam ubi] *et ubi* Havn.
foetus] *vetus* Ed. princ. vet. — *fetus* Vulgat. Vertran. Sciopp.
et asino] Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — om. ceteri.
mulus tamen . . item] om. Havn.
equa nascitur] *equo nascitur* Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II.
id est mulus] Flor. Codex B. Ed. princ. vet. Rhol. — *idem mulus* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *item mulus* Vulg. Vertran. Sciopp.
mula] *mulo* Havn.
hinnulei] Flor. — *hinnuli* ceteri.

C a p. XXIII.

quod pueri] Florent. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *quid pueri* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp.
non horum] *num horum* Augustin. in marg. Sciopp.
ita] om. Havn.
non omnia] *omnia* Sciopp. — Fort. *non* ante *horum* positum delendum.
separatim] *separati* Edit. princ. vet. Rhol.
in utroque] *utroque* Rhol. Venet. I. II.
intra paria] Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *intra parit* Flor. Ed. princ. vet. — *intra pariles* Cod. B. — *sint pariles* Vulg. Vertr. Sciopp.
non omnis cum] Flor. Edit. princ. vetust. — *non omnes cum* Havn. Rholand. Ven. I. II. — *nonne omnes cum* Ald. Bas.

anima et corpore, partes quaeque horum proportione similes? Quid ergo cum omnes animae hominum sint divisae in octonas parteis, eae inter se non proportione similes? quinque quibus sentimus, sexta qua cogitamus, septuma qua progeneramus, octava qua voces mittimus? Igitur, quoniam [qua] loquimur voce orationem, hanc quoque necesse est natura habere analogias; itaque habet.

24. An non vides, ut Graeci habeant eam quadripartitam, unam in qua sit casus, alteram in qua tempora, tertiam in qua neutrum, quartam in qua utrumque, sic nos habere? Ecquid verba nescis, ut

Par. Gryph. — *non homines omnis* Cod. B. Vulg. (*omneis*) Vertr. Sciopp. (uterque *omnes*).

partes quaeque] Flor. — *partes quaque* Havn. — *partes quoque* ceteri.

sint] *sunt* Havn.

divisae] *diversae* Havn. Codex B. Edit. princ. vetust.

octonas] *octovas* Edit. princ. vetust. — *octavas* Codex B. — *octenas* Havn.

parteis] Flor. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *partes* ceteri.

eae inter se] Flor. — *hae inter se* Havn. Rholand. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *inter se* Cod. B. Ed. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp.

septuma] Flor. — *sapientia* Havn. — *septima* ceteri.

loquimur voce] *loquimur vocem* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

hanc] *hac* Havn.

analogias] *analogiam* Sciopp.

Cap. XXIV.

habeant] *habent* Havn.

quadripartitam] Florent. Havn. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *quadriplicatam* Cod. B. Edit. princ. vet. Augustin. et Vertr. in marg.

unam] *una* Havn.

quartam] *quartum* Edit. princ. vet.

Ecquid verba] Sciopp. — *Et quid verba* libri omnes.

apud illos sint alia finita, alia non; sic utraque esse apud nos. Equidem non dubito, quin animadverterint item in eam innumerabilem similitudinum numerum ut trium temporum verba, ut trium personarum.

25. Quis enim potest non una animadvertisse in omni oratione esse ut Legebam, Lego, Legam, sic Lego, Legis, Legit; cum haec eadem dicantur alias ut (107) singula, alias ut plura significentur? Quis est tam tardus qui illas quoque non animadvertit similitudines, 134

illos sunt] Sciopp. — *illos sint* reliqui.
alia non] Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *alia ne* veteres libri.
sic utraque] Vulg. Vertran. Sciopp. — *sic utra* libri veteres omnes.
equidem] *quidem* Codex B.
quin animadverterint] ita nos ex coniectura. — *qui animadvertunt* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *qui animadverterunt* Codex B. Vulg. Vertr. — *quin animadverteris* Sciopp.
innumerabilem] *numerabilem* Havn.
in eam] *in eeis* Sciopp.
similitudinum] Sciopp. — *similitudinem* omnes reliqui.
ut] *et* Havn.
verba] om. Sciopp.
personarum] *perso* Havn.

Cap. XXV.

non una] Havn. — *nominà* Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *non* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
legam] om. Havn.
lego] *lego lego* sic Flor.
sic lego] Havn. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *si lego* libri veteres.
significentur] *significent* Codex B. Vulgat. Vertr. Sciopp.
quis est tam] Flor. Havn. — *quis enim tam* Ed. princ. vet. — *quis est enim tam* reliqui.
animadvertit] *animadvertat* Sciopp. cum Augustin. in Emend. — Fort. *animadverterit.*

quibus utimur in imperando, quibus in optando, quibus in interrogando, quibus in infectis rebus, quibus in perfectis, sic in aliis discriminibus?

26. Quare qui negant esse rationem analogiae, non vident naturam non solum orationis, sed etiam mundi; qui autem vident et sequi negant oportere, pugnant contra naturam, non contra analogiam: et pugnant volsillis, non gladio, cum pauca excepta verba ex pelago sermonis puri minus trita afferant, cum dicant propterea analogias non esse, similiter ut si quis viderit mutilum bovem aut luscum hominem claudican-

in imperando] Sciopp. — *imperando* ceteri.

in optando] *optando* Havn.

in interrogando] *in* om. Havn. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

in infectis] *infectis* Havn. — *in infecteis* et post *perfecteis* Vulgat.

C a p. XXVI.

qui negant] Flor. Havn. — *qui negat* ceteri.

esse rationem] *esse orationem* Flor.

non vident] nos. — *non videt* libri omnes.

qui autem vident] *qui cum vident* Codex B. Edit. princ. vet.

et sequi] *sequi* Havn.

contra naturam . . . pugnant] om. Havn.

volsillis] *volsilis* Gryph. — *volsellis* Codex B. Vertr. — *volselleis* Vulg.

sermonis puri minus] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. — *sermonis puliminus* Flor. Havn. — *sermonis pulvinis* Cod. B. Ed. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. — *sermonis puri munus* vitiose in Sciopp. editione excusum.

afferant] Florent. Havn. Sciopp. — *efferant* reliqui.

propterea] *praeterea* Havn.

si quis viderit] Fort. *si quis qui viderit.*

claudicantemque] Florent. Havn. — *vel claudicantem* Sciopp. — *claudicantem* reliqui.

temque equum, neget in [cornibus] boum, hominum et equorum natura similitudines proportione constare.

27. Qui cum duo genera esse dicunt analogiae unum naturale, quod ut ex lentibus seminatis nascuntur lentis, sic ex lupinis lupinum, alterum voluntarium ut in fabrica, cum vident scaenam, ut in dexteriore parte sint ostia, sic esse in sinisteriore simili ratione

cornibus] om. Sciopp., verissime.
boum] *bovom* Flor. — *bovum* Havn.
et] *aut* Havn.
equorum] *oculis hominum et pedibus equorum* Henr. Stephan. Append. pag. 176 et 39; verum vidit Sciopp.
natura] Flor. Havn. Sciopp. — *naturam* reliqui.
similitudines] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. Sciopp. — *similitudinis* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr.

C a p. XXVII.

qui cum duo] Flor. Ed. princ. vetust. — *qui aut duo* Havn. — *qui autem duo* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *qui autem cum duo* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
esse dicunt] *dicit esse* Ald. Bas. Par. Gryph.
ex lentibus seminatis] Codex B. — *ex lentibus seminateis* Sciopp. — *ex natis* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *ex lentibus nateis* Vulg. — *ex lentibus sateis* corrigit Augustin. in Emendat. unde Vertr. *satis* recepit.
nascuntur lentis] *nascuntur lentes* Vulg. Vertr. Sciopp.
sic ex lupinis lupinum] Codex B. Vertr. Sciopp., item Vulg. sed *lupineis*. — *sic et lupinum* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.; neque hic *ex lupinis*, neque ante vox *lentibus*, modo *e seminatis* retineas, necessaria est; imo utramque, quo magis fieret oratio perspicua, a correctore additam esse, mihi persuasum.
fabrica] *fabricata* Havn.
ut in dexteriore] Florent. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ut dexteriore* Havn. Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *ut deteriore* Ed. princ. vet.
ostia] *hostia* Edit. princ. vet.
sinistriore] *sinisteriore* Havn.

facta; de his duobus generibus naturalem esse analogian ut sit in motibus caeli, voluntariam non esse, quod ut quoique fabro lubitum sit, possit facere partis scaenae; sic in hominum partibus esse analogias quod eas natura faciat, in verbis non esse quod ea homines ad suam quisque voluntatem fingat; itaque de eisdem rebus alia verba habere Graecos, alia Syros, alia Latinos: ego declinatus verborum et voluntarios et natu-

facta] Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *factum* Havn. — *factam* ceteri.
de his] *de heis* Vulg.
analogian] Flor. — *analogicen* Codex B. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *analogiam* ceteri.
ut sit] *ut sic* Gryph.
voluntariam non esse] *voluntaria non esse* Havn. — *voluntariam vero esse* Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp.
ut quoique fabro] Codex B. — *ut quoque fabro* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. — *ut quaeque fabro* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *ut cuique fabro* Vulgat. Vertr. Sciopp.
lubitum] *libitum* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
partis scaenae] Florent. Havn. — *partem scaenae* reliqui.
quod eas] *quod ea* Flor. Havn.
faciat] Florent. Havn. — *fecit*. Vulg. Vertr. Sciopp. — *facit* ceteri.
verbis] *verbeis* Vulg.
quod ea homines] Florent. Havn. item Sciopp. marg. ex coniectura.
fingat] Flor. Havn. — *fingant* Ald. Bas. Par. Gryph. — *fingunt* ceteri.
eisdem] *iisdem* Vulgat. Vertran. Sciopp.
Syros] *Syrios* Par. Gryph.
naturaleis] Flor. Vulg. Vertran. Sciopp. — *naturalis* Cod. B. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *naturales* Ald. Bas. Par. Gryph. Bip. — *Albani dicuntur ab Albano, Albenses autem ab Alba Fucente cuius rei causam VARRO ait esse quod analogia in naturalibus nominibus tantum servatur, in voluntariis vero negligitur. Nam ut a Roma Romanus dicitur, a Nola Nolanus, ab Atellis Atellanus, ab Mella Mellanus, sic Albanus ab Albano dici debet. In illa autem Fucente Alba non conservatur hoc quod alterius*

raleis esse puto, voluntarios quibus homines vocabula imposuerint rebus quaedam, ut ab Romulo Roma, ab Tibure Tiburtes; naturales ut ab impositis vocabulis 135 quae inclinantur in tempora aut in casus: ut ab Romulus, Romuli, Romulo, Romulum, et ab Dico, Dicebam, Dixeram. Itaque in voluntariis declinationibus inconstantia est, in naturalibus constantia, quas utrasque quoniam iei non debeant negare esse in oratione, quod in mundi partibus omnibus sit, et declinationes verborum innumerabiles, dicendum est, esse in his ana-

nomine cognominetur, quod magis apparet quum dicimus Hispanus et item Sardus, Hispanienses et Sardienses. Nam cum dicimus Hispanus, nomen nationis ostendimus, cum autem Hispanienses, cognomen eorum qui Provinciam Hispanam colunt, etsi non Hispani. CHARISIUS pag. 81 seq. conf. VIII, 31.

imposuerint] *imposuerunt* Havn.

rebus quaedam] *rebus quādam* Edit. princ. vetust. — *rebus . . . Roma* om. Havn.

ab Romulo] Flor. — *a Romulo* reliqui.

ab Tibure] *a Tiburno* Fulv. Ursinus apud Sciopp. — *ab Tybere* Flor. — *a Tibure* reliqui.

Tiburtes] *tibures* Havn.

impositis vocabulis] *impositeis vocabuleis* Vulg.

ab Romulus] Vulg. Vertr. Sciopp. — *a Romulo* Flor. Havn. — *a Romuli* reliqui omnes.

Romuli] Flor. Havn. Vulg. Vertran. Sciopp. — omittunt reliqui. — Fort. *ut ab Romulus, Romulo, Romuli, Romulum.*

ab dico] Flor. Havn. — *a dico* reliqui.

dicebam dixeram] *dicebam, dixi, dixeram* Henric. Stephanus Append. pag. 179.

constantia] *inconstantia* Havn.

quoniam iei non] Florent. ita IЄI; *quoniam lei non* Havn. — *quoniam id non* reliqui omnes.

debeant] *decebant* Havn.

oratione quod] Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *oratione quam* Flor. Edit. princ. vet. — *oratione quae* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

sit et] *sint in* Havn.

innumerabiles] *in universales* Ed. princ. vet.

in his] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. — *in iis* reliqui.

(108) logias. Neque ideo statim ea in omnibus verbis est sequenda; nam si qua perperam declinavit verba consuetudo, ut ea aliter efferri non possint sine offensione multorum, hinc orationem verborum praetermittendam ostendit loquendi ratio.

28. Quod ad universam pertinet causam, cur similitudo et sit in oratione et debeat observari et quam ad finem quoque, satis dictum. Quare quod sequitur de partibus singulis, deinceps expediemus ac singula crimina quae dicunt in analogias, solvemus. In quo animadvertito, natura quadruplicem esse formam, ad quam in declinando accommodari debeant verba, quod

analogias] *analogiam* Vulg. Vertr. Sciopp.
ideo statim] Flor. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *statim ideo* reliqui.
verbis] *verbeis* Vulg.
aliter efferri non possint sine] Vulg. Vertr. Sciopp. — *aliter efferri non possit sine* Ald. Bas. Par. Gryph. — *aliter sine* mediis omissis Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
hinc orationem] *hinc rationem* Sciopp. Popma.
praetermittendam] Flor. Codex B. Ed. Rhol. Venet. I. II. — *praetermittenda* Havn. — *praetermittendum* Ed. princ. vet. — *non praetermittendam* reliqui.

C a p. XXVIII.

universam] Flor. Havn. Codex B. — *universalem* ceteri.
et sit] *et fit* Ald. Basil. Par. Gryph.
singulis] *singuleis* Vulg.
crimina quae] *crimina quam* Ed. princ. vet. — *crimina qua quae* Pius.
in analogias] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *analogias* Florent. Havn. Edit. princ. vet. — *analogiae* Ald. Basil. Par. Gryph. — om. Rhol. Venet. I. II.
animadvertito] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. — *animadverto* ceteri.
natura] Flor. Havn. Edit. vet. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *naturae* Cod. B. Edit. princ. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
declinando] *delinando* Edit. princ.

debeat subesse res quae designetur, et ut sit ea res in usu, et ut vocis natura ea sit, quae significavit ut declinari possit, et similitudo, figura verbi ut sit ea, quae ex se declinata genus prodere certum possit. Quo neque a terra Terrus ut dicatur, postulandum est, quod natura non subest, ut in hoc alterum maris, alterum feminae debeat esse; sic neque propter usum, ut Terentius significat unum, plures Terentii, postulandum est, ut sic dicamus Faba et Fabae; non enim in similibus utrumque; neque ut dicimus ab Terentius Terentium, sic postulandum ut inclinemus ab A et B, quod 136
non omnis vox natura habet declinatus; neque in forma collata quaerendum solum, quid habeat in figura simile, sed etiam nonnunquam, in eo quem habeat ef-

res quae] *resque* Flor. — *neque* Ed. princ. vetust.
designetur] *designentur* Flor.
sit] om. Havn.
usu] *visu* Havn.
declinari possit] Fort. *declinari possint.*
quae ex se] *quam ex se* Edit. princ. vetust. — *quae si* Cod. B. — *quae ex* Havn.
certum possit] Augustin. in Emend. Vertr. Sciopp. — *certum possunt* libri.
ut dicatur] Flor. Havn. — *ut diceretur* reliqui.
quod natura . . postulandum est] om. Havn.
ut Terentius] *ut quoniam Terentius* Sciopp.
in similibus] *in similius* Florent. Havn.
dicimus ab Terentius] Florent. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *dicimus Terentius* Cod. B. Ed. princ. vetust. Vulgat. Vertr. Sciopp.
Terentium] *Terentum* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
postulandum ut] *postulandum est ut* Codex B.
inclinemus ab A] *inclinemus A* Vulg. Vertr. Sciopp.
vox] om. Codex B. Edit. princ. vet.
neque in forma] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *neque enim forma* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
collata] *conlata* Vulgat. Vertr. Sciopp.
effectum] *affectum* Par. Gryph.

fectum. Sic enim lana Gallicana et Appula videtur imperito similis propter speciem, cum peritus Appulam emat pluris, quod in usu firmior sit. Haec nunc strictim dicta, apertiora fient infra. Incipiam hinc.

29. Quod rogant, ex qua parte oporteat simile esse verbum, ab voce an significatione, respondemus a voce; sed tamen nonnunquam quaerimus genere similiane sint, quae significantur, ac nomen virile cum virili conferimus, feminae cum muliebri, non quod id quod significant voces, commoveat; sed quod nonnunquam in re dissimilis figurae formas indissimiles impo-

Appula] *Apula* Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II.; sic et infra.
nunc] *nunquam* Havn.

Cap. XXIX.

quod] *quid* Havn.
oporteat] *opporteat* Ed. princ. vet. — *simile oporteat* Havn.
voce an] *ocena* Havn.
significatione] *a significatione* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.
respondemus] Flor. Havn. Codex B. Ed. princ. vet. Rholand. Sciopp. — *respondeamus* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr.
quae significantur] Flor. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *quae significentur* Havn. — *quam significantur* Ed. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. — *quae significant* Cod. B.
nomen virile] *nomen viri* Sciopp.
non quod id] *non quod hic* Cod. B. — *non quod heic* Augustin. in marg.
significant voces] Cod. B. Edit. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *significant vocem* Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. — *significat vocem* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
commoveat] Florent. Havn. Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *commoveant* reliqui.
dissimilis] *dissimiles* Havn.
formas indissimiles] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *formas vocum indissimiles* Cod. B. Edit. Vulg. Vertr. Sciopp. — Fort. *indissimiles* inducendum.

nunt dispariles, ut calcei muliebres sint an viriles, dicimus ad similitudinem figurae; cum tamen sciamus (109)
nonnunquam et mulierem habere calceos viriles et virum muliebris. Sic dici virum Perpennam aut P. Laenam muliebri forma et contra Parietem, ut Abietem, esse forma similem, cum alterum vocabulum dicatur virile, alterum muliebre, et utrumque natura neutrum. Sic itaque ea virilia dicimus, non quae virum significant, sed quibus proponimus Hic et Hi, et sic muliebria, in quibus dicere possimus Haec, aut Hae.

30. Quare nihil est, quod dicunt Theona et Diona

imponunt] *ponunt* Vulg. Vertr. Sciopp.
dispariles] *disperiles* Flor. — *dispares* Havn.
dicimus] om. Cod. B. Edit. princ. vet.
virum muliebris] Flor. Edit. princ. — *virum muliebreis* Vulg. Vertr. Sciopp. — *virum muliebres* reliqui.
Perpennam] *Perpernam* Vulg. Vertr. Sciopp.
aut P. Laenam] nos ex coniectura. — *aut plenam* Florent. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *aut Percelnam* ex coniectura sumpta ex VIII, 41. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *et M. Laecam* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
forma] *formam* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
ut abietem] Flor. Ed. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *aut abietem* Havn. — *et abietem* Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *ut obiectam* Cod. B. Ed. princ. vet.
formam similem] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *formà similem* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.
cum alterum] Vulg. Vertr. Sciopp. — *quo alterum* Florent. Havn. Edit. princ. vetust. — *quorum alterum* Cod. B. — *quod alterum* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
dicatur] *vocatur* Havn.
quae virum significat] *quae utrum significant* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
proponimus] *praeponimus* Cod. B.
sic muliebria] *sic muliebre* Cod. B. — *sic muliebri* Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
possimus] Flor. Havn. — *possumus* ceteri.
haec aut hae] *haec et hae* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.

non esse similis, si alter est Aethiops, alter Gallus, si analogia rerum dissimilitudines assumat ad discernendum vocis verbi figuras.

31. Quod dicunt, simile sit necne nomen nomini,
137 imprudenter ARISTARCHUM praecipere, oportere spectare non solum ex recto, sed etiam ex eorum vocandi casu; esset enim ridiculum, si simileis inter se parentes sint, de filiis iudicare: qui errant, quod non ab eo obliquis casibus fit ut recti simili facie ostendantur, sed propter eos facilius perspici similitudo potest eo-

Cap. XXX.

similis] Flor. Havn. Cod. B. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *simileis* Vulg. — *similes* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vertr. Sciopp.
alter est] *est alter* Havn.
assumat] *adsumat et* Codex B. Vulg. *adsumat* Vertr. Sciopp.
vocis verbi figuras] Flor. Havn. Codex B. Rhol. Venet. I. II. Vertr. Sciopp. — *vocis verbis figuras* Edit. princ. vetust., item sed *verbeis* Vulg. — *verbeis vocis figuras* Augustin. in Emendat. — *vocis figuras* Ald. Bas. Paris. Gryph. — Fort. *verbi figuras* conf. VIII, 21.

Cap. XXXI.

imprudenter] Codex B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *impudenter* ceteri.
oportere] *opportere* Edit. princ. vet. — *Aristrachum praeoportere* Havn.
vocandi] *vocandei* Vulg.
esset] *essin* Havn.
deridiculum] *diridiculum* Codex B. — *ridiculum* Vulg. Vertr. — *deridiulcum* Havn.
si simileis] Flor. — *si similes* reliqui.
de filiis] *et de filiis* Flor.
errant] *erant* Rholand. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — Fort. *qui* delendum.
b eo obliquis] *eo* om. Vulg. Vertr. Sciopp.
casibus fit] *casibus sit* Flor. Codex B. Edit. princ. vet.
simili facie] *simile facile* Havn.
perspici] Flor. — *prospici* reliqui.
potest] om. Cod. B.

rum, quam vim habeat, ut lucerna in tenebris allata non facit, quae ibi sunt posita, similia sint sed ut videantur, quae sint quaeve desint. Quid similius videtur quam in his est externa litera X. Crux, Frux? quas qui audit voces, auribus discernere potest nemo, cum easdem non esse similes ex aliis verbis intellegamus, quod cum sit Cruces et Fruges et de his extremis syl-

quam vim] *quamvis vim* Cod. B. Edit. princ. vetust.

habeat] *haleant* Havn.

allata] *adlata* Vulg. Vertran. Sciopp. — *tenebreis* Vulg.

facit] *faciat* Flor. — Fort. *facit ut.*

sunt posita] *posita sunt* Havn.

quae sint] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *quae sunt* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.

quaeve desint] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *quoius dissint* Flor. — *eius dissint* Havn. — *quove desint* Cod. B. — *cuius desint* Edit. princ. vet. — *cuius desinit* Rhol. Ven. I. II. — *quod quae iis desint* Ald. Bas. Par. Gryph.

quid similius] Flor. Havn. Rholand. Vulg. Vertr. Sciopp. — *quod similius* Cod. B. — *quid similis* Edit. princ. vetust. — Venet. I. II. — *in similibus* Ald. Bas. Par. Gryph.

videtur] *videatur* Havn.

his est] *heis est* Vulg. — *est* om. Cod. B.

externa litera] Flor. — *extrema syllaba* Cod. B. — *extrema litera* reliqui omnes.

X] Havn. — om. ceteri.

frux] Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *frix* Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. — *fryx* Venet. I. II. — *phryx* Ald. Bas. Par. Gryph.

verbis] *verbeis* Vulg.

intellegamus] Flor. — *intelligamus* reliqui.

quod cum sit] *quod cum sint* Vulg. Vertr. Sciopp.

fruges] Ed. princ. vetust. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *friges* Flor. Havn. — *fryges* Rhol. Venet. I. II. — *phryges* Ald. Bas. Par. Gryph.

his extremis syllabis] *heis extremeis syllabeis* Vulg.

labis exemptum sit E, ex altero fit ut ex C et S Crux, ex altero G et S Frux; quod item apparet, cum est demptum S; nam fit unum Cruci, alterum Frugi.

32. Quod aiunt, cum in maiore parte orationis non sit similitudo, non esse analogian, dupliciter stulte dicunt, quod et in maiore parte est et in minore parte est, et, si in minore sit, tamen sit [in maiore], nisi etiam nos calceos negabunt habere, quod in maiore parte corporis calceos non habeamus.

exemptum] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp. — *exemplum* Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. — *exemplis* Cod. B. Edit. princ. vetust.

sit E] Flor. Sciopp. — *sit C* reliqui omnes.

altero fit ut] Flor. Havn. — *altero fit* Sciopp. — *altero sit ut* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *altero ut* Cod. B. — *altero sicut* Vulg. Vertr.

ex C et S] om. Sciopp.

crux] *crucs* Cod. B. Sciopp.

ex altero G et S] Havn. Codex B. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ex altero c et s* Flor. Ed. princ. vet. — *ex G et S.* Vulg. Vertr.

frux] Vulg. Vertr. — *frugs* Codex B. Sciopp. — *frix* Flor. — *frux frix* Edit. princ. vet. Rhol. — *frux fryx* Venet. I. II. — *frux phryx* Ald. Basil. Par. Gryph. — om. Havn.

nam fit] *scilicet nam fit* Ald. Bas. Par. Gryph.

frugi] Codex B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *frigi* Flor. Havn. — *phrygis* Ald. Bas. Par. Gryph.

Cap. XXXII.

esse] *est* Havn.

analogian] Flor. — *analogiam* reliqui.

et in minore parte est] om. Havn. — *etsi* loco *et* Flor.

et si in minore sit, tamen sit in maiore] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *et si in minore non sit, tamen sit in maiore* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *et si in maiore non sit, tamen sit in minore* Henr. Stephan. Append. 35. — Delenda *in maiore.*

habeamus] *habeam* Cod. B.

33. Quod dicunt, nos sequi dissimilitudinem, itaque in vestitu, in supellectile delectari varietate, non paribus subuculis uxoris, respondeo, si varietas iucunditas, magis varium esse, in quo alia sunt similia, alia (110) non sunt: itaque sicut abacum argento ornari, ut alia paria sint, alia disparia, sic orationem. Rogant, si similitudo sit sequenda, cur malimus habere lectos alios ex ebore, alios ex testudine, sic item genere aliquo 138 alio. Ad quae dico non dissimilitudines quoque sequi: saepe itaque ex eadem supellectili licet videre; nam nemo facit triclinii lectos, nisi pareis et materia et al-

C a p. XXXIII.

nos sequi dissimilitudinem] Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *nos dissimilitudinem* Flor. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *non dissimilitudinem* Havn. — *nos dissimilitudine* Ald. Bas. Par. Gryph.
supellectile] *suppellectile* Cod. B. Edit. vet.
delectari] *delelectari* Edit. princ.
subuculis] *sub oculis* Edit. princ. vetust. — *subuculeis* Vulg.
varietas iucunditas] Flor. Havn. Venet. I. II., item sed *iocunditas* Edit. princ. vetust. Rhol. — *varietas est iucunditas* Codex B. — *varietas iucunda* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *varietas est iucunda* Vulg. Vertran. Sciopp.
non sunt] *sunt* Havn.
ornari, ut] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ornari videmus ut* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
alia paria sint alia disparia] Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *alia disparia* Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *alia paria* Flor.
sic orationem] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas Par. Gryph. — *si oratione* Ed. princ. vetust. — *sic in oratione* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.
malimus] *malumus* Havn.
ebore] *ebere* Havn.
dico non] *dico nos* Augustin. in Emendat. Vertr. Sciopp. — *dico nos similitudines* Stephan. Append. pag. 172.
supellectili] *suppellectili* Cod. B. Edit. princ. vet.
pareis] Flor. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *paris* reliqui.
et altitudine] *et a latitudine* Edit. princ. vetust.

titudine et figura. Quis facit mappas triclinareis non similis inter se? quis pulvinos? quis denique cetera, quae unius generis sint plura? Cum, inquit, utilitatis causa introducta sit oratio, sequendum non quae habebit similitudinem, sed quae utilitatem. Ego quidem utilitatis causa orationem factam concedo, sed ut vestimentum; quare ut hic similitudines sequemur, ut virilis tunica sit virili similis, item toga togae, sic mulierum stola ut sit stola proportione, et pallium pallio simile: sic cum sint nomina utilitatis causa, tamen virilia inter se similia, item muliebria inter se sequi debemus.

34. Quod aiunt ut Persedit et Perstitit, sic . . . . Percubuit: quoniam non sit, non esse analogiam,

quis facit] *qui facit* Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.
tricliniareis] Flor. — *tricliniaris* Havn. — *tricliniarias* Rhol. Codex B. — *triclinarias* reliqui.
similis] *simileis* Vulg. Vertr. Sciopp.
se quis] *se qui* Havn.
pulvinos] *pulvinas* Flor.; fort. *pulvinar.*
quae unius] *quam unius* Edit. princ. vetust.
cum inquit] *cum inquiunt* Vertr. Sciopp.
ego quidem] *ergo* Havn.
factam concedo] *factam esse concedo* Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp.
vestimentum] *vestimenta* Vulgat. Vertr. Sciopp.
sequemur] Vulgat. Vertr. — *sequimur* Sciopp. — *sequeremur* reliqui.
sic mulierum] *et mulierum* Sciopp.
stola ut sit stola proportione] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *stola proportione* Codex B. Edit. princ. vet. — *stola stolae proportione* Vulg. Vertr. Sciopp.
tamen virilia] *tam virilia* Cod. B.
similia] om. Havn. — Fort. ante *sequi* collocandum.
inter se sequi] *inter sequi* Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

Cap. XXXIV.

persedit] *praesedit* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
et] om. Havn.
percubuit, quoniam] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven.

et in hoc errant, quod duo posteriora ex prioribus declinata non sunt, cum analogia polliceatur ex duobus similibus similiter declinatis similia fore.

35. Qui dicunt quod sit a Romulo Roma et non Romula, neque ut ab ove Ovilia, sic a bove Bovilia, non esse analogias, errant, quod nemo polliceatur e vocabulo vocabulum declinari recto casu singulari in rectum singularem, sed ex duobus vocabulis similibus casus similiter declinatos similes fieri.

36. Dicunt, quod vocabula literarum Latinarum

I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *percubuit percepivit quoniam* Cod. B. — *percubuit et percubivit quoniam* Vulg. — *percubuit et percupivit* Vertr. Sciopp. — Ante *percubuit* incertum excidit, quod priori respondeat *persedit*, verbum; itaque ibi lacunae posuimus, signa.

et in hoc errant] Vulg. Vertran. Sciopp. — *ut in hoc errant* Cod. B. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *ut in hoc erant* Flor. Edit. princ. vet. — *et in hoc . . analogia* om. Havn. — Fort. *vel in hoc errant.*

polliceatur] *polliciatur* Havn.

declinatis] *declinateis* Vulg.

C a p. XXXV.

quod sit] *quod si* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

a Romulo] *ab Romulo* Havn.

neque ut] *neque* Havn.

ovilia] Vulg. Vertr. Sciopp. — *ovilla* veteres libri omnes.

sic a bove] *sic ab ove* Edit. princ. vet.

bovilia] Vulg. Vertr. Sciopp. — *bovilla* veteres libri omnes; in Cod. B. verba *sic a bove bovilia* desiderantur.

non esse analogias] Henr. Stephan. Appendice pag. 5 et 41; Sciopp. — *esse analogias* Codex B. Havn. Rholand. Venet. I. II Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertran. — *analogias* Flor. Ed. princ. vet.

polliceatur] Flor. — *pollicetur* reliqui.

e vocabulo] *e vocabulo dissimili* Stephanus Append. pag. 5 et 41.

vocabulis] *vocabuleis* Vulg.

similibus] om. Havn.

declinatos] *declinato* Cod. B.

C a p. XXXVI.

dicunt quod vocabula] *quod dicunt vocabula* Cod. B. — *quod*

non declinentur in casus, non esse analogias: hi ea quae natura declinari non possunt, eorum declinatus requirunt, proinde ut non ea dicatur esse analogia, quae ab
139 similibus verbis similiter declinatis similia declinat. Quare non solum in vocabulis literarum haec non requirenda analogia, sed ne in syllaba quidem ulla, quod dicimus hoc Ab, huius Ab, sic alia. Quod si quis in
(111) hoc quoque velit dicere esse analogias rerum, tenere potest; ut enim dicunt ipsi alia nomina, quod quinque habent figuras, habere quinque casus, alia quattuor, sic minus alia; dicere poterint esse literas ac syllabas in voce, quae singulos habeant casus. In rebus

dicunt, *quod vocabula* Vulgat. Vertr. Sciopp. — Fort. *qui dicunt*, *quod vocabula*.
requirunt] Havn. Cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. — *sequuntur* ceteri.
ab similibus] Florent. Havn. — *a similibus* reliqui.
verbis] *verbeis* Vulg.
declinatis similia declinat] Cod. B. Vulgat. (*declinateis*) Vertr. Sciopp. — *esset declinata* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. — *esse declinata* Ald. Bas. Paris. Gryph.
vocabulis] *vocabuleis* Vulg.
haec non] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rhol. — *non haec* Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
sed ne in syllaba] *ne* om. Florent. Havn. Cod. B. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *sed nec in syllaba* Sciopp.
hoc ab, huius ab] Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *hoc ha*, *huius ha* Flor. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *hoc ba*, *huius ba* Havn. Edit. princ. vet.
quod] om. Havn.
in hoc quoque] *hoc* om. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
tenere potest] *tenere non potest* Ald. Bas. Par. Gryph.
habent figuras] *habet figuras* Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *habeant figuras* Havn.
quinque casus] *V casus* Edit. princ. vet.
quattuor] ita et Flor. alii *quatuor*.
poterint] Flor. — *poterit* Ed. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *poterunt* Havn. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

plurimis quemadmodum inter se conferent ea, quae quaternos habebunt vocabulis casus, item ea inter se quae ternos; sic quae singulos habebunt, ut conferant inter se dicentes, ut sit hoc A, huic A, esse hoc E, [huius E], huic E.

37. Quod dicunt, esse quaedam verba, quae habeant declinatus ut Caput, quorum pars reperiri quod non possit, non esse analogias; respondendum, sine dubio, si quod est singulare verbum, id non habere analogias minimum duo esse debent verba, in quibus

habeant] Florent. Havn. — *habent* reliqui.

plurimis] *plurimeis* Vulg.

quemadmodum] *quemmodum* Edit. princ. vet.

conferent] Flor. — *conferrent* reliqui.

quae quaternos] *quam quaternas* Ed. princ vet. — *quae ternos* Sciopp.

vocabulis] *vocabuleis* Vulg.

quae ternos] nos. — *quaternos* libri omnes.

sic quae] *sicque* Havn.

ut] *et* Havn.

conferant] *conferunt* Cod. B. Edit. princ. vetust.

ut sit] *ut sic* Codex B.

huic A] Florent. Havn. — *huius A* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — om. ceteri.

hoc E] Florent. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *E* Codex B. — *hoc est* reliqui.

huius E] Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *huiusce E* ceteri. — Delenda sunt.

C a p. XXXVII.

quae habeant] *quam habeant* Edit. princ. vetust.

quorum par] *horum par* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.

respondendum . . . analogias] om. Havn.

minimum] *ad minimum* Cod. B.

debent verba] *verba debent* Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.

sit similitudo. Qua re in hoc tollunt esse analogias? sed in Nihil vocabulum recto casu apparet in hoc

Quae dedit ipsa capit, neque dispendi facit hilum

quod valet nec dispendii facit quidquam. Idem hoc obliquo apud PLAUTUM

Video [*enim*] *te nihili pendere prae Philolachete omneis homines*

quod est ex ne et hili; quare dictus est Nihili qui non

sit similitudo] *fit similitudo* Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *similitudo* Cod. B.

in hoc tollunt] *in hoc non tollunt* Sciopp.

esse] om. Havn.

sed in nihil] Sciopp. — *sed initium* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *sed initio* Cod. B. Vulg. Vertr.

quae dedit] *quod dedit* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

ipsa] Sciopp. — *illa* Scalig. — *ira* libri omnes. cf. V, 10.

capit] Scalig. — *caput* libri omnes.

neque] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *nec* Cod. B. Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp.

dispendi] *dispendei* Vulg.

valet nec] Flor. Havn. — *valet neque* ceteri.

Plautum] Mostellaria I, 3, 88.

video te] Vertr. Sciopp. ex Plauti libris. — *video enim te* libri omnes.

nihili pendere] *nihil pendere* Havn. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph.

prae Philolachete] Vertran. Sciopp. — *prae Philachete* Ald. Bas. Par. Gryph. — *prae Philolacho* Florent. Havn. Rhol. Ven. I. II. — *prae Philolache* Vulgat. — *p̄hiloiacho* Edit. princ. vet. — *philocale* Cod. B.

omneis] Flor. — *omnis* Havn. — *omnes* ceteri.

homines] *omnes* Havn.

quod est ex] Flor. Havn. Codex B. Edit. princ. vet. — *quod ex* reliqui.

dictus est nihili] *dictus est nihil* Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph.

qui non hili erat] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *qui non hili. Habet* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

hili erat: casus tum cum commutatur, de quo dicitur. De homine dicimus enim, hic homo Nihili est, et huius hominis Nihili et hunc hominem Nihili. Si in illo commutaremus, diceremus ut hoc Linum, et Limum, sic Nihilum non hic Nihili, [et] huic Lino et Limo, sic 140
Nihilo non huic Nihili. Potest dici patricus casus, ut ei praeponuntur praenomina plura ut hic casus Terentii, hunc casum Terentii; hic miles Legionis, huius militis Legionis, hunc militem Legionis.

38. Negant: cum omnis natura sit aut mas aut femina aut neutrum, debuisse ex singulis vocibus ternas figuras vocabulorum fieri ut Albus Alba Album: nunc fieri in multis rebus binas ut Metellus Metella:

commutatur] *commutantur* Flor. — *casus tum cum commutatur de quo dicitur de homine dicimus enim hic homo nihili est* haec omnia in Cod. B. desiderantur.
tum] om. Havn.
dicitur] *dicit* Ed. princ. vetust.
dicimus enim] *enim dicimus* Sciopp.
homo nihili est] *homo nihil est* Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph.; ita et in seqq. hi libri *nihil* servant.
ut hoc] *hoc* Havn.
hic nihili] *hoc nihili* Havn.
et huic lino] *huic lino* Havn. — Fort. *ut huic lino.* — *et huic . . nihili* om. Cod. B.
huic nihili] *huic nihilo* Havn.
patricus] *patritius* Rholand. Ven. I. II. — *patrius* Ald. Bas. Par. Gryph.
ut] *et* Havn.
praenomina] Flor. — *pronomina* reliqui.

Cap. XXXVIII.

negant] post hoc verbum quaedam excidisse videntur.
singulis] *singuleis* Vulg.; ut infra *multeis.*
figuras vocabulorum] *vocabulorum figuras* Havn.
alba album] *ba bum* Havn.
binas ut] *binas et* Havn.
Metella] *Metellae* Flor. — *metelle* Havn.

Ennius Ennia nonnullis singula ut Tragoedia, Comoedia; sic esse Marcum, Numerium: at Marcam, at Numeriam non esse: dici Corvum, Turdum, non dici Corvam, Turdam; contra dici Pantheram, Merulam, non
(112) dici Pantherum, Merulum. Nullius nostrum filium et filiam non apte discerni marem ac feminam, ut Terentiam; contra Deorum liberos et servorum non itidem, ut Iovis filium et filiam, non Iovem et Iovam: item magnum numerum vocabulorum in hoc genere non servare analogias. Ad haec dicimus, omnis orationis,

Ennius, Ennia] *Ennus enna* Florent. — om. Codex B. Vulg. Vertr. Sciopp.

nonnullis] Havn. — *nonnulla* ceteri.

sic esse] *sic item* Codex B.

at Marcam] *aut Marcam* Par. Gryph. — *et Marcam* Havn.

at Numeriam] Florent. Havn. — *et Numeriam* Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. — *Numeriam* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.

non esse] *esse* om. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp.

corvum] *corbum* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

corvam] *corbam* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

merulam] *menilam* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.

merulum] *menilum* Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.

nullius nostrum filium] Vulg. Vertran. Sciopp. — *nullius neutros filium* libri veteres omnes.

non apte] Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *non apta* Flor. Havn. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *non acta* Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II.

Terentiam] *Terentia* Havn.

non itidem] Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *non ididem* Flor. Rhol. — *non id idem* Havn. Codex B. Edit. princ. vetust.

filiam, non Iovem] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *filiam in Iovem* Codex B. — *filiam Iovem* Havn. — *filiam Iovem. Iovem* ceteri.

et Iovam] *et Iovem* Gryph.

ad haec] *ad hae* Cod. B.

quamvis res natura subsit, tamen si ea in usum non pervenerit, eo non pervenire verba: ideo Equus dicitur et Equa; in usu enim horum discrimina: Corvus et Corva non, quod sine usu id, quod dissimilis naturae. Itaque quaedam aliter olim ac nunc: nam et cum omnes mares et feminae dicerentur Columbae, quod non erant in eo usu domestico quo nunc, contra propter domesticos usus quod internovimus, appellatur mas Columbus, femina Columba. Natura cum tria genera, trans-

subsit] *subit* Havn.

in usum] Codex B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *in usu* ceteri omnes.

discrimina] Vulg. Vertr. Sciopp. — *discrimine* veteres libri.

corvus] *corus* pr. m. Havn.

corva non quod] *corva quod, non* Cod. B.

dissimilis naturae] Vertr. Sciopp. — *dissimilis natura* ceteri.

aliter] *alter* Codex B.

ac nunc] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *et nunc* Cod. B. Vulgat. Vertran. Sciopp. — om. Edit. princ. vetust.

nam et] Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *nam etiam* Havn. — om. Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp.

cum] nos ex coniectura. — *tum* libri omnes.

dicerentur columbae] Flor. Havn. Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. — *dicebantur columbae* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp.

quo nunc, contra] *nunc contra* Sciopp. — Legendum: *quo nunc; nunc contra.*

internovimus] *ternovimus* Cod. B. — *interuimus* Havn.

neque Aristarchii] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I II. — *neque Aristarchus* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.

defendendam] *defendam* Edit. princ. vetust.

eius] *cuius* Havn.

ut dixi] *ut hoc dixi* Havn.

et languescit] om. Florent. Havn.

e populi] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *e populo* veteres libri omnes.

imperio] *imperito* Havn.

declinat a] *declinata* Havn. Ed. princ. vet. Rhol.

in partis] Flor. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *in parteis* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.

quattuor, in unam quae habet casus neque tempora ut Docilis, Facilis; in alteram quae tempora neque casus
164 ut Docet, Facit; in tertiam quae utraque ut Docens, Faciens; in quartam quae neutra ut Docte et Facete. Ex hac divisione singulis partibus tres reliquere dissimiles. Quare nisi in sua parte inter se collata erunt verba, si non conveniunt, non erit ita simile, ut debeat facere idem. In articulis vix adumbrata est analogia et magis vocum quam rerum; in nominibus magis expressa ac plus etiam in vocibus ac similitudinibus quam in rebus suam optinet rationem. Etiam illud accedit ut in articulis habere analogias ostendere sit difficile, quod singula sint verba; hic contra facile, quod magna sit copia similium nominatuum. Quare non tam

quattuor] ita et For.; alii simplici *t*.
in unam quae] Florent. Havn. — *in unam primam videlicet quae* reliqui omnes.
neque tempora] Flor. Havn. — *neque tempora habet* reliqui omnes, et in sequenti Florent. Havn. *quae tempora* omisso verbo *habet*, quod omnes reliqui addunt.
facilis] Florent. Havn. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *facilis et amabilis* reliqui libri.
facit] Flor. Havn. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *facit amat* reliqui omnes.
quae utraque] Florent. Havn. — *quae utraque habet* reliqui.
quae neutra] *quae neutrum* Vulg. Vertr. Sciopp.
et facete] *facete* Havn. — om. Vulg. Vertran. Sciopp.
singulis] *singuleis* Vulg.; item *articuleis* paulo post.
reliquere] *relinquere* Edit. princ. vetust.
vocum quam rerum] *rerum quam vocum* Havn.
optinet] Flor. Edit. princ. vet. Rhol. — *obtinet* reliqui.
accedit ut in] Flor. — *accidit ut in* Havn. — *accedit in* reliqui omnes.
hic contra] *heic contra* Vulg. — *hinc contra* Havn.
nominatuum] Flor. Rholand. Ven. I. II. August. et Vertr. in marg. — *nominativum* Havn. — *nominativum* Edit. princ. vet. — *nominum* Pius, Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. — *nominationum* Sciopp.

hanc partem ab illa dividendum quam illud videndum, ut satis sit verecundi, etiam illam in eandem harenam vocare pugnatum. Ut in articulis duae partes, finitae et infinitae, sic in vocabulis duae, vocabulum et nomen; non enim idem Oppidum et Roma, quom Oppidum sit vocabulum, Roma nomen, quorum discrimen in his reddendis rationibus alii discernunt, alii non: nos sicubi opus fuerit, quid sit et cur, adscribimus uniuscuiusque partes. Quoniam species plures, de singulis dicam. Prima pars casualis dividitur in parteis duas, in nominatus scilicet, quod finitum et infinitum

ab illa dividendum] Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *ab illa ob dividendum* Edit. princ. vetust. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *ab illa ab dividendum* Flor.
harenam] *arenam* Havn. Ald. Bas. Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *Ut testis est VARRO, a Sabinis Fasena dicitur et sicut S familiariter in R transit, ita F in vicinam aspirationem mutatur.* VELIUS LONGUS.
finitae] *finites* Havn.
non] *nam* Havn.
oppidum et Roma] *oppidum et Romam* Ed. princ. vet.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
oppidum] *oppidum et Roma quom oppidum* Havn. denuo repetit.
quorum discrimen] Florent. Havn. Edit. Vulg. Vertr. Sciopp. — *quarum discrimen* reliqui.
his reddendis] *heis reddendeis* Vulgat. ut supra *articuleis . . vocabuleis.*
alii discernunt] *alii discrimine* Edit. princ. vet.
Nos] *Hos* Edit. princ. vet.
sicubi opus] *sic opus* Havn.
adscribimus] Vulg. Vertr. — *adscribemus* Sciopp. — *ascribimus* reliqui.
partes] *partis* Sciopp.
species] *spes* Havn.
de singulis] *de singuleis* Vulg.
casualis] *causalis* Edit. princ. vet. Rhol.
in parteis] Flor. Havn. Vulg. — *in partes* reliqui.
in nominatus scilicet] Flor. — *in nominatum scilicet* Sciopp. — *in* (*nominatius* pr. m.) *nominatus .f.* Havn. — *in nominativum scilicet* reliqui omnes.

est ut Hic et Quis; de his generibus duobus utrum
(130) sumpseris, cum reliquo non conferendum, quod inter
se dissimiles habent analogias. Nominatus ut similis
sit nominatus, habere debet ut sit eodem genere, spe-
cie eadem, sic casu, exitu. Eius genere, ut, si nomen
est quod conferas, cum quo conferas sit nomen: spe-
165 cie simile, ut non solum, sed utrumque sit virile: casu
simile, ut si alterum sit dandi, item alterum sit dandi:
exitu, ut quas unum habeat extremas literas, easdem
alterum habeat. Ad hunc quadruplicem fontem ordi-
nes diriguntur bini, uni transversi, alteri directi, ut in
tabula solet, in qua latrunculis ludunt. Transversi sunt
qui ab recto casu obliqui declinantur ut Albus, Albi,

quod finitum et infinitum est] Vulg. Vertr. Sciopp. — *quod neque finitum est* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. conf. VIII, 23.

habent analogias] *habeant analogias* Vulg. Vertran. Sciopp.

ut similis sit] Florent. Havn. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *ut simul sit* reliqui omnes. — *analogias. Nominatus ut similis sit nominatui*, Sciopp.

exitu. Eius genere] Florent. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *exitu. Genere* Vulg. Vertr. — *exitu et genere* Sciopp.

cum quo conferas] Flor. — om. reliqui omnes hoc loco.

non solum sed utrumque] Vulg. Vertr. Sciopp. — *non solum utrumque* veteres libri omnes.

sit virile] *sit virile aut faemineum* Sciopp. — *sit virili* Havn.

dandi] *dandei* Vulg.

sit dandi] Florent. Havn. Sciopp. — *sit dandi cum quo conferas* Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *sit dandei, quocum conferas* Vulg., item Vertr. nisi quod hic *dandi* servat.

alterum habeat] *alterum habebat* Havn.

diriguntur] *deriguntur* Flor.

directi] *derecti* Flor.

latrunculis] Par. Gryph. Vertr. Sciopp. — *latruculeis* Vulgat. — *latrunculus* Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. — *latunculus* Edit. princ. vet.

ab recto] Flor. Havn. — *a recto* reliqui; item infra.

Albo; directi sunt qui ab recto casu in rectos declinantur ut Albus, Alba, Album: utrique sunt partibus senis. Transversorum ordinum partes appellantur casus, directorum genera: utrisque inter se implicatis forma. Dicam prius de transversis. Casuum vocabula alius alio modo appellavit; nos dicemus, qui nominandi causa dicitur, nominandi vel nominativum. . . .

HIC DESUNT TRIA FOLIA
IN EXEMPLARI.

. . . et Scopae, non dicitur una Scopa; alia enim natura, quod priora simplicibus, posteriora in coniunctis rebus vocabula ponuntur; sic Bigae, sic Quadrigae a

directi] *derecti* Flor. — Fort. *Albus*, *Albo*, *Albi*.
in rectos] *in recto in* Havn.
partibus senis] *partibus seneis* Vulg.
appellantur] *expellantur* Flor. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol.
directorum genera] Vulg. Vertran. Sciopp. — *derectorum genere* Flor. — *de rectorum genere* Havn. — *directorum genere* Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *utreisque . . implicateis* Vulg.
forma. Dicam] Vulg. Vertr. Sciopp. — *formas dicam* Havn. — *formam dicam* ceteri.
transversis] *transverseis* Vulg.; item *nominandei*.
alius] *alium* Havn.
dicemus] *dicimus* Havn.
dicitur] Flor. Vulg. Vertr. Sciopp. — *dicitur nominandi* om. Havn. — *dicuntur* ceteri.
hic desunt tria folia in exemplari] Flor. —
Hic deerant tre[s]
cartae in exemplar[i] Havn. —
Desunt paginae tres. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *Hic multum deest* Ald. Basil. — spatium vacuum relictum in Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Par. Gryph.
non dicitur] Flor. Havn. — *non* om. reliqui omnes.
alia enim] Flor. — *aliter enim* reliqui.
simplicibus] *simiplicibus* Havn.
posteriora] *posterioribus* Pius.
in coniunctis] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *coniunctis* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vertr. Sciopp. — *coniuncteis* Vulg.

coniunctu dictae. Itaque non dicitur ut haec una lata et alba, sic una biga, sed unae bigae: neque ut dicitur, ut hae duae latae, albae, sic hae duae bigae et quadrigae. Item figura verbi qualis sit refert, quod in figura vocis alias commutatio fit in uno verbo suit modo suit: alias in medio ut Curso, Cursito: alias in extremo ut Doceo, Docui: alias communis ut Lego, Lege. Refert igitur ex quibus literis quodcunque verbum constet et maxime extrema, quod ea in plerisque commutantur. Quare in his quoque partibus similitudines
166 ab aliis male, ab aliis bene quod solent sumi in casibus conferendis, recte an perperam videndum: sed ubicunque commoventur literae, non solum hae sunt

sic una biga] *sic una biga et quadriga* Sciopp.
sed unae bigae] *sed unae bigae et quadrigae* Sciopp.
coniunctu] *coniunctae* pr. m. Havn.
neque ut dicitur, ut] alterum *ut* om. Vertr.; melius Sciopp. prius delevit.
fit] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rholand Venet. I. II. — *sit* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
in uno verbo] sensus *in initio verbi* requirit et fort. *fuit* et *sint* vel simile dedit exemplum, sed et haec et quae sequuntur corrupta sunt.
suit modo suit alias] Florent. — *sint modo sint: alias* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Pius. — *fuit modo suis alias* Havn. — *modo sint alias* Ald. Bas. Par. Gryph. — omissa haec in Vulg. Vertr. Sciopp.
ut curso cursito] Vulg. Vertr. Sciopp. — *ut cursu cursito* veteres libri omnes; puto *ut curro cursito.*
lego lege] *lego legi* Vulg. Vertr. Sciopp. — haec e loco suo mota fort. ita reponenda sunt: *alias in extremo, ut lego lege: alias communis ut doceo, docui.*
quodcunque] Havn. — *quodque* ceteri.
et maxime] Flor. — *maxime*, omisso *et* reliqui omnes.
in his] *his* Havn. — *in heis* Vulg.
solent sumi] *solent summi* Edit. princ. vetust.
conferendis] *conferendeis*, et supra *littereis . . plereisque . .* Vulgat.
non solum hae sunt] *non solum eae sunt* Florent. Edit. princ. vetust.

animadvertendae, sed etiam quae proximae sunt neque (131)
moventur; haec enim vicinitas aliquantum potens in verborum declinationibus. In quis figuris non ea similia dicemus quae similis res significant, sed quae ea forma sint, ut eiusmodi res similia ex instituto significare plerumque soleant, ut tunicam virilem et muliebrem dicimus non eam, quam habet vir aut mulier, sed quam habere ex instituto debet; potest enim muliebrem vir, virilem mulier habere, ut in scaena ab actoribus haberi videmus, sed eam dicimus muliebrem, quae de eo genere est, quo indutui mulieres ut uterentur est institutum. Ut actor stolam muliebrem, sic Perpenna et Caecina et Spurinna figura muliebria dicuntur ha-

proximae] *proxime* Havn.
vicinitas] *vicicinitas* Havn.
aliquantum potens] Florent. Havn. Ed. princ. vet. — *aliquantum potes* Rhol. — *aliquantum potest* reliqui omnes.
in quis figuris] *in queis figureis* Vulgat. — *in queis figuris* Vertr. Sciopp.
similis res] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *simileis res* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp.
significant] *significat* Havn. Edit. princ. vet.
plerumque soleant] Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *plerumque soleat* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *plerumque solet* Havn. — *plerumque solent* Flor.
actoribus] *auctoribus* Rhol. Ven. I. II. Pius.
haberi] *habere* Edit. princ. vetust.
vir virilem . . . muliebrem] om. Havn.
indutui] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *indutu* Vulgat. Vertr. Sciopp.
sic Perpenna] Florent. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. — *sit Perpenna* Venet. I. II. Pius. — *sit perpetua* Ald. Bas. Par. Gryph. — *sic Perperna* Vulg. Vertran. Sciopp.
et Caecina et] om. Havn.
Spurina] Augustin. in marg. Vertr. Sciopp. — *purinna* Flor. — *purina q. V. C.* Sciopp. in margine. — *purpurina* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — om. Havn.

bere nomina, non mulierum. Flexurae quoque similitudo videnda ideo, quod alia verba quam vim habeant, ex ipsis verbis unde declinantur, apparet, ut quemadmodum oporteat ut a Praetor, Consul, Praetori, Consuli. Alia ex transitu intelleguntur ut Socer, Macer, quod alterum fit Socerum, alterum Macrum, quorum utrumque in reliquis a transitu suam viam sequitur et in singularibus et in multitudinis declinationibus. Hoc fit ideo, quod naturarum genera sunt duo, quae inter se conferri possunt, unum quod per se videri potest, ut Homo et Equus: alterum sine assumpta aliqua re extrinsecus perspici non possit, ut Eques et Equiso; uterque enim dicitur ab equo: quare hominem homini
167 similem esse aut non esse, si contuleris, ex ipsis homini animadversis scies. At duo inter se similiterne sint longiores, quam sint eorum fratres, dicere non

non mulierum] *norum mulierum* Havn.
flexurae] *flexucre* Edit. vet. — *flexuerae* Havn.
quam vim] *quam vis* Havn.
ex ipsis verbis] Florent. Havn. — *ex heis verbeis* Vulgat. — *ex his verbis* reliqui libri omnes.
apparet] Pius, Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *appellant* Ed. princ. vet. — *appellarit* Florent. Havn. Rhol. Ven. I. II.
praetor] *praeto* Havn.
intelleguntur] Flor. Havn. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *intelliguntur* reliqui.
viam] *vim* Havn.
assumpta] *adsumpta* Vulg. Vertr. Sciopp. — *absumta* Havn.
eques et equiso] *eques et equito* Vulg. Vertr. — cf. VIII, 5.
uterque] Havn. — *utque* Flor. — *utrumque* ceteri.
hominem] *hominum* Havn.
similem] *simile* Havn.
si contuleris] *sicut tuleris* Edit. princ. vetust.
ex ipsis] *ex heis ipseis* Vulg. — *ex his ipsis* Vertr. — *animadverseis* Vulg.
at duo] Flor. — *ac duo* reliqui omnes.
sint eorum] *sint leorum* Edit. princ. vet.

possis, si illis breviores, cum quibus conferuntur, quam longi sint ignorentur: sic latiorum atque altiorum, item cetera eiusdem generis, sine assumpto extrinsecus aliquo perspici similitudines non possunt. Sic igitur quidam casus quod ex hoc genere sunt, non facile est dicere similis esse, si eorum singulorum solum animadvertas voces, nisi assumpseris alterum, quo flectitur in transeundum vox.

Quod ad nominatuum similitudines animadvertendas arbitratus sum satis esse tangere, haec sunt. Relinquitur de articulis, in quibus quaedam eadem, quaedam alia. De quinque enim generibus duo prima habent eadem, quod sunt et virilia et muliebria et neutra; et quod alia sunt ut significent unum, alia ut plu- (132)

si illis breviores] Vertr. Sciopp., item Vulg. quae *illeis* more suo. — *si illos breviores* veteres libri omnes.
ignorentur] Vulg. Vertr. Sciopp. — *ignorent* Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Pius. — *ignoretur* Venet. I. II. — *ignores* Ald. Basil. Paris. Gryph.
sic latiorum] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *si latiorum* veteres libri.
cetera] *ceteram* Havn.
assumpto] *adsumpto* Vulg. Vertran. Sciopp., idem infra: *adsumpseris.*
similitudines] *similitudinem* Havn.
similis esse] *similes esse* Vulg. Vertr. Sciopp. — *similius esse* Havn.
in transeundum] Florent. Havn. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. — *transeundum* Gryph. — *in transeundo* Vulg. Vertr. Sciopp.
nominatuum] Vulg. Vertran. Sciopp. — *nominativom* Florent. — *nominativum* reliqui libri. — Fort. *quae ad nominatuum*, nisi in fine *sunt* potius inducendum.
satis esse] Vulg. Vertran. Sciopp. — *satis est* veteres omnes.
tangere] Augustin. in marg. Vertran. Sciopp. — *angere* Flor. Havn. et q. V. C. apud Sciopp. in marg. — *augere* reliqui.
quaedam eadem] om. Havn.
habent eadem] *habent eandem* Edit. princ. vetust.
unum alia ut plura] Vulg. Vertr. Sciopp. — *alia* reliqui om.

ra; et de casibus quod habent quinos: nam vocandi voce notatus non est. Proprium illud habent, quod partim sint finita ut Hic et Haec, partim infinita ut Quis et Quae, quorum quod adumbrata et tenuis analogia, in hoc libro plura dicere non necesse est. Secundum genus, quae verba tempora habent neque casus, sed habent personas. Eorum declinatuum species sunt sex. Una quae dicitur temporalis ut Legebam, Gemebam; Lego, Gemo. Altera personarum ut Sero, Meto; Seris, Metis. Tertia rogandi ut Scribone, Legone; Scribisne, Legisne? Quarta respondendi ut Fin-
168 go, Pingo; Fingis, Pingis. Quinta optandi ut Dicerem, Facerem; Dicam, Faciam. Sexta imperandi ut Cape, Rape; Capito, Rapito. Item sunt declinatuum species quatuor quae tempora habent sine personis, in rogando ut Foditurne? Seriturne? et Fodieturne? Se-

casibus quod habent] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *casibus quos habent* Vulg. Vertr. Sciopp. — *casibus quibus habent* Edit. princ. vet.

quinos] *quinas* Havn.

vocandi] *vocandei* Vulg.

sint] *sunt* Havn.

hic et haec] *hic*, *haec* Flor. — *is et haec* Havn.

quae, quorum] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *quae et quorum* veteres libri.

dicere non necesse est] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *dicere necesse est* veteres libri omnes.

sed habent] Vulg. Vertr. Sciopp. — *si habent* veteres libri.

declinatuum] Florent. Vulg. Vertr. Sciopp. — *declnantionum* Havn pr. m. sed deletae sunt litterae *ion.* — *declinationum* ceteri.

rogandi] *rogandei* Vulgat.; item *respondendei* . . *optandei* . . . . *imperandei* et sic et in seqq.

capito] *capio* Havn.

rapito] *rapio* pr. m. Havn.

seriturne] *scribiturne* Havn.

et fodieturne sereturne] om. Havn.

returne? Ab respondendi specie eaedem figurae fiunt extremis syllabis demptis. Optandi species ut Vivatur, Ametur; Viveretur, Amaretur. Imperandi declinatus sintne habet dubitationem et eorum sitne haec ratio, Paretur, Pugnetur; Parari, Pugnari. Accedunt ad has species a copulis divisionum quadrinis, ab infecti et perfecti, Emo, Edo; Emi, Edi: a semel et saepius ut Scribo, Lego, Scriptitavi, Lectitavi: faciendi et patiendi ut Uro, Ungo; Uror, Ungor. A singulari et multitudinis ut Laudo, Culpo; Laudamus, Culpamus. Huius generis verborum quoius species exposui, quam late quidque pateat et cuiusmodi efficiat figuras, in libris qui de formulis verborum erunt, diligentius expedietur. Tertii generis, quae declinantur cum temporibus ac ca-

ab respondendi] Flor. Havn. Vulg. Vertran. Sciopp. — *a respondendi* Ed. princ. vet. Rhol. — *respondendi* Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
fiunt] *sunt* Havn.
extremis] *extremeis syllabeis demteis* Vulg.
amaretur] *ameretur* Edit. princ. vetust.
declinatus sintne, habet] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *declinatus sum ne habent* veteres omnes.
et earum sitne haec] Vulg. Vertr. Sciopp. — *et earum sintne haec* Pius, Ald. Bas. Paris. Gryph. — *et eorum sintne haec* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II., unde *eorum* retinuimus.
pugnetur] *pungetur* Edit. princ.
parari, pugnari] Florent Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. — *parari et pugnari* reliqui.
a copulis] *a scopulis* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
semel et saepius] *et* om. Par. Gryph.
scribo lego, scriptitavi lectitavi] Flor. Havn. Ed. princ. vetust. — *lego scribo scriptitavi lectitavi* Rholand. — *lego scribo, lectitavi scriptitavi* reliqui libri.
ungor] *unguor* pr. m. Havn.
quoius] Havn. — *cuius* ceteri.
verborum] om. Havn.
expedietur] *expediet* Havn.
ac casibus] *et casibus* Vulg. Vertran. Sciopp.

(133) sibus, ac vocantur a multis ideo participalia, sunt hoc ge . . .

HIC DESUNT TRIA FOLIA.

. . . quemadmodum declinamus, quaerimus casus eius, etiamsi is qui finxit poeta aliquod vocabulum et ab eo casu ipse aliquem perperam declinavit, potius eum reprehendimus quam sequimur. Igitur ratio quam dico, utrobique est et in his verbis quae imponuntur, et in his quae declinantur, neque non etiam tertia illa, quae ex utroque miscetur genere. Quarum unaquaeque ratio
169 collata cum altera aut similis, aut dissimilis, aut saepe verba alia, ratio eadem; et nonnunquam ratio alia, verba eadem. Quae ratio in Amor, Amori, eadem in Dolor, Dolori, neque eadem in Dolor, Dolorem: et cum eadem ratio quae est in Amor et Amoris, sit in

ideo] *idem* Havn. — Notandum Havn. ante hoc verbum exhibere: *His deerant tres cartae in exemplari;* tum denique sequuntur: *Idem participia sunt hoc ge* cum parvo lacunae spatio.

participalia sunt hoc ge] sic Florent. Havn. Ed. princ. vet. — *partipalia sunt hoc genere* Rhol. Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *participalia hoc est gerundi* Vulg. Vertr. — *participalia, hoc est, gerundi sunt haec* Sciopp.

Hic desunt tria folia] Florent. — *Desunt paginae tres* Vulg. Vertran. Sciopp. — *Hic etiam multa desunt* Ald. Bas.; in reliquis unius versus spatium vacuum relictum.

et ab eo casu] *ut ab eo casu* Edit. princ. vet. nec ex Flor. a Victorio correctum.

etiamsi is qui] Fort. *etiamsi, si qui.*

perperam] *per tempora* Havn. pr. m.

eum reprehendimus] *cum reprehendimus* Ed. princ. vet.

utrobique et] *utrubique et* Florent. — *utrobique est et* Vulg. — *utrobique est* Vertr. Sciopp.

collata] *conlata* Vulgat. Vertran. Sciopp.

alia ratio] *illa ratio* Havn.

dolor dolorem] *dolor dolor est* Edit. princ. vetust.

amor et] *amor* Havn. pr. m.

Amores et Amorum, tamen ea, quod non in ea qua oportet, confertur materia, per se solum efficere non potest analogias propter disparilitatem vocis figurarum, quod verbum copulatum singulare cum multitudine ita cum est proportione, ut eandem habeat rationem, tum denique ea ratio conficit id quod postulat analogia de qua deinceps dicam.

3. Sequitur tertius locus, quae sit ratio proportione quae a Graecis vocatur ἀνάλογον: ab analogo dicta analogia. Ex eodem genere quae res inter se aliqua parte dissimiles rationem habent aliquam, si ad eas duas res alterae duae allatae sunt, quae rationem

in ea] *ea* Havn.
qua oportet] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. — *quae oportet* reliqui.
confertur materia] Vulg. Vertr. Sciopp. — *confertur a materia* veteres libri omnes.
singulare cum] Vulg. Vertr. Sciopp. — *singularem cum* veteres libri. — Fort. *multitudinis.*
eandem] *eadem* Havn.

C a p. III.

proportione] *et proportio* Vulgat. Vertran. Sciopp. — *proportione quae* om. Havn.
a Graecis] Vulg. (*a Graeceis*) Vertran. Sciopp. — *a graece* Havn. — *a graeco* ceteri.
vocatur] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *vocantur* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Pius.
ἀνάλογον] *analogon* Florent. — lacuna trium vocum capax in Editio princ. vetust. — *proportione . a graeco vocatur ab ἀναλέγω dicta, q. V. C.* Sciopp. in marg
ab analogo dicta] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *hinc dicta* Vulgat. Vertran. Sciopp.
res alterae] Flor. — *alterae res* reliqui omnes praeter Havn. qui *alterae duae res* collocat.
allatae sunt] Flor. — *collecte sunt* Edit. princ. vet. — *collatae sunt* Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *conlatae sunt* Vulgat. Vertr. Sciopp.

habeant eandem, quod ea verba bina habent eundem λόγον, dicitur utrumque separatim ἀνάλογον; simul collata quatuor ἀνάλογα. Nam ut in geminis quom simile dicimus esse Menaechmum Menaechmo, de uno dicimus, cum similitudinem esse in his, de utroque; sic quom dicimus, eandem rationem habere assem ad semissem, quam habet in argento libella ad sembellam, quid sit analogon ostendimus, quom utrobique dicimus et in aere et argento esse eandem rationem. Cum di-
(134) cimus de analogia ut Sodalis et Sodalitas, Civis et Civitas, non est idem, sed utrumque ab eodem ac con-

habeant] *habent* Havn.
bina] om. Havn.
eundem λόγον] *eundem logon* Flor. Edit. princ. vet. Rholand. Ven. I. II.
ἀνάλογον] Havn. — *analogon* ceteri; in seqq. omnes *analoga*, nos graecam iterum dedimus formam.
collata] *coniata* Vulgat. Vertr. Sciopp.
geminis] *gemineis* Vulg.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
Menaechmum Menaechmo] *menechinum menechino* Havn. Edit. princ. vetust.
similitudinem esse] Vulg. Vertr. Sciopp. — *similitudine esse* veteres libri.
de utroque] *de utroque videatur* Vulg. Vertr. Sciopp.
semissem] *senissem* Edit. princ. vet.
in argento] Pius, Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *in argumento* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
ad sembellam] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *ad singulam* Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. — *ad simbellam* Pius. — *ad limbellam* Aldus, Basil. — *ad libellam* Paris. Gryph.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
utrobique] *utrubique* Flor. Edit. princ. vetust.
eandem] *eadem* Havn.
cum dicimus] Havn. Vulgat. Vertran. Sciopp. — *tum dicimus* veteres libri.
sodalis et] *sodalis* Havn.
civis et] *civis* Havn.
utrumque] *utroque* Havn.

iunctum; sic analogon et analogia idem non est, sed
item est congeneratum. Quare si homines sustuleris, 170
sodalis sustuleris; si sodalis, sodalitatem. Sic item si
sustuleris λόγον, sustuleris analogon; si id, analogian.
Quae cum inter se tanta sint cognatione, debebis sub-
tilius audiri quam dici exspectare, id est cum dixero
quid de utroque et erit commune, ne exspectes, dum
ego in scribendo transferam in reliquum, sed ut potius
tu persequare animo. Haec fiunt in dissimilibus rebus
ut in numeris, si contuleris cum uno duo, si cum de-
cem viginti; nam quam rationem duo ad unum habent,

sed item est] *sed idem est* Augustin. et Vertr. ex coniect. in margine.

sustuleris] Flor. Havn. — *substuleris* libri reliqui omnes, ita et infra.

sodalis] *sodales* Vulg. Vertran. Sciopp.; ita et in seq.

λόγον] lacuna in Edit. princ. vetust. — *logon* Havn. — Fort. *analogon* et *analogian* graecis exhibenda literis.

analogian] Flor. Edit. princ. — *analogion* Edit. vet. — *analogiam* reliqui.

quae cum] *quare cum* Havn.

debebis] Flor. Havn. — *debebit* reliqui omnes.

subtilius audire] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. — *subtilius audiri* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.

exspectare] *expectare* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *expectari* Gryph.

commune, ne exspectes] Sciopp. — *commune exspectes* Flor. Havn. Vulgat. — *commune expectes* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.

ut potius] *ut* Havn. — Fort. *ut* delendum.

haec . . . rebus] om. Sciopp.

fiunt] *sunt* Havn.

si cum] Havn. — *sic cum* ceteri.

rationem] Florent. Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. — *quam rationem* Pius, Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.

unum habent] *unum . sic cum decem viginti. Nam rationem duo ad unum habent* Havn.

eandem habent viginti ad decem: in nummis in similibus sic est ad unum victoriatum denarius, sicut ad alterum victoriatum alter denarius. Sic item in aliis rebus omnibus proportione dicuntur, in quo est sic quadruplex natura, ut in progenie quom est filius ad patrem, sic est filia ad matrem, et ut est in temporibus meridies ad diem, sic media nox ad noctem. Hoc poetae genere in similitudinibus utuntur: multum hoc acutissime geometrae; hoc in oratione diligentius quam alii, ab Aristarcho grammatici, ut cum dicunt proportione similia esse Amorem Amori, Dolorem Dolori, cum ita dissimile esse videant Amorem Dolori quod

viginti ad decem] *XX ad X* Havn.
nummis] *mimis* Han. — *nummeis* Vulg.
in similibus] om. Sciopp. — *similibus* Vertr.
sic est ad unum] Havn. Vulg. Vertran. Sciopp. — *si est ad unum* veteres libri.
victoriatum] *victoriatus* Edit. princ. vet.
sicut ad alterum] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *si ad alterum* veteres libri.
alter denarius] Flor. Vulg. Vertran. Sciopp. — *alter denariis* Havn. *ad alterum denarius* ceteri.
proportione] *poportione* pr. m. Havn.
dicuntur, in quo est] Vulg. Vertr. Sciopp. — *dicuntur ea, in quo est* veteres libri omnes.
sic quadruplex] *quadruplex* Sciopp.
quom est] Havn. — *cum est* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *ut est* Vulg. Vertran. Sciopp. — Fort. *quom ut est.*
sic est filia] Vulg. Vertran. Sciopp. — *sic si est filia* veteres libri.
in temporibus] *in teporibus* Flor.
ab Aristarcho] Flor. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *ab Aristracho* pr. m. Havn. — *Aristarcho* ceteri.
ut cum dicunt] Vulg. Vertr. Sciopp. — *ut cum dicuntur* veteres libri omnes.
cum item dissimile] Vulg. Vertr. Sciopp. — *quom ita dissimilem* Havn. — *cum ita dissimile* veteres libri omnes.
amorem dolori] Vulg. Vertr. Sciopp. — *amorem et dolorem* veteres libri omnes.

est alio casu, item Dolorem Dolori, sed dicunt quod ab similibus nonnunquam rationes habet implicatas duas, ut sit una directa, altera transversa. Quod dico apertius sic fiet. Esto sic expositos esse numeros, ut in primo versu sit unum, duo, quatuor: in secundo decem, viginti, quadraginta: in tertio centum, ducenta, quadringenta. In hac formula numerorum duo inerunt quos dixi λόγους, qui diversas faciunt analogias: unus 171
duplex qui est in obliquis versibus, quod est ut unus ad duo, sic duo ad quatuor: alter decemplex in dire-

ab similibus] Flor. Havn. — *a similibus* reliqui.
rationes habet] *rationes habent* Vulg. Vertran. Sciopp.
implicatas] *duplicatas* Havn.
duas ut sit] *ut* om. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *ut sit* om. Havn.
directa] *derecta* Flor.
sic fiet] Sciopp. in Editione sua hoc schema exhibet:

Obliqui versus.

Directi versus.	1.	2.	4.
	10.	20.	40.
	100.	200.	400.

quadraginta] om. Havn.
ducenta, quadrigenta] Vulg. Vertr. Sciopp. — *C. CC. CCCC.* Havn. — *ducenti quadringenti* veteres libri omnes.
inerunt] *ineunt* Havn.
quos dixi λόγους] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *quos dixi logos* Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *quos dixi logoe* Florent. unde Victorius: *corrig.* λόγω ἢ λόγοι.
diversas faciunt] Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *diversas faciant* Florent. Havn. Rhol. — — *diversas facit* Ed. princ. vet.
ut unus ad duo] *ut* om. Vulgat. Vertran. Sciopp.

ctis ordinibus, quod est ut unus ad decem, sic decem
(135) ad centum. Similiter in verborum declinationibus est bivium, quod et ab recto casu in recto ita ut formulam similiter efficiant: quod sit primo versu hic Albus, huic Albo, huius Albi; secundo haec Alba, huic Albae, huius Albae; tertio hoc Album, huic Albo, huius Albi. Itaque fiunt per obliquas declinationes ex his analogiae hoc genus . . . .

DESUNT QUAEDAM.

. . . Albius, Atrius; Albio, Atrio: per directas declinationes Albius, Atrius; Albia, Atria, quae scilicet erit particula ex illa vicenaria; tria quae scilicet centenaria formula analogiarum, de qua supra dixi. Analogia quae dicitur, eius genera sunt duo. Unum deiunctum sic est, ut unum ad duo, sic decem ad viginti: alterum coniunctum, sicut est unum ad duo, sic duo ad quatuor, in hoc quod duo bis dicuntur et tum conferimus ad unum, et tunc cum quatuor. Hoc quoque natura

ut unus ad decem] *ut* om. Vulg. Vertr. Sciopp. — *unum ad decem* Havn.
bivium] *binium* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II.
quod et ab recto] *et* om. Vulg. Vertran. Sciopp. — *quod est ab recto* Havn.
huic albo, huius albi] *huius albi*, *huic albo* Sciopp. transponit et sic in seqq. — *huic albo hic albus albi* Havn.
Desunt quaedam] Vulg. Vertran. Sciopp. — In reliquis omnia arcte cohaerent nec ullum apparet lacunae vestigium.
albius . . . declinationes] om. Havn.
albius] *albus* Havn.
ex illa vicenaria] Flor. Havn. Rholand. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *ex illa ducenaria* Edit. princ. vet. Vulg. Vertr. Sciopp.
tria quae scilicet] Vulg. Vertr. Sciopp. — *atria quae scilicet* veteres libri omnes.
deiunctum] *devinctum*, omisso *unum* Havn. — *diiunctum* Vulgat. Vertran. Sciopp.
sicut] *sīc* Havn.
tunc cum quatuor] *tum cum quattuor* Vulg. Vertr. et ut vi-

dicitur quadruplex; sic a septem cordis citharae, tamen duo dicuntur habere tetracorda, quod quemadmodum crepat prima ad quartam cordam, sic quarta ad septumam respondet; media est alterius prima, alterius extrema. Medici in aegrotis septumos dies qui observant quarto die, ideo diligentius signa morbi advertunt, quod quam rationem habuit primus dies ad quartum, eandem praesagit habiturum, qui est futurus ab eo quartus, et 172
qui est septumus a primo. Quadruplices deiunctae in casibus sunt vocabulorum ut Rex Regi: coniunctae sunt triplices in verborum tribus temporibus, ut Legebam, Lego, Legam, quod quam rationem habet Legebam ad Lego, hanc habet Lego ad Legam. In hoc fere omnes homines peccant, quod perperam in tribus

detur Havn. — *tunc* om. Sciopp.; idem in marg.: *q. V. C. ad unum, tum ad quattuor.*

sic e septem] Flor. Havn. — *sic a septem* reliqui omnes.

tetracorda] Florent. Havn. Rhol. Ven. I. II — *cetera corda* Edit. princ. vet. — etiam supra *cordis* idem illi libri; infra *cordam.* — *retrachorda* ceteri.

crepat] Flor. Havn. Rhol. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *acrepat* Venet. I. II. Ald. Bas. — *accrepat* Par. Gryph.

septumam] Flor. — *septimam* reliqui.

respondet] om. Sciopp. — *respondent* Edit. princ. vet.

in aegrotis] Vulgat. (*aegroteis*) Vertr. Sciopp. — *in aegrotos* veteres libri omnes. — Fort. *in aegroto.*

septumos] Flor. Havn. — *septimos* reliqui.

eandem praesagit] *eandem praesagiunt* Sciopp.

et qui] *qui* Havn.

septumus] Flor. — *septimus* reliqui.

deiunctae in casibus sunt] *deiunctae sunt in casibus* Vulgat. Vertran. Sciopp.

legebam ad lego] Vulg. Vertran. Sciopp. — *legebam ab lego* Flor. — *legeba a lego* Havn. — *legebam a lego* reliqui.

lego ad legam] Vulg. Vertr. Sciopp. — *lego a legam* veteres omnes.

perperam in tribus] Florent. Havn. Edit. princ. vet. — *perperam tribus* reliqui.

temporibus haec verba dicunt, quom proportione volunt pronuntiare. Nam cum sint verba alia infecta ut Lego et Legis, alia perfecta ut Legi et Legisti, et debeant sui quoiusque generis in coniungendo copulari, et quom recte sit ideo Lego ad Legebam, non recte est Lego
(136) ad Legi, quod Legi significat, quod perfectum, ut haec, Tutudi, Pupugi. Tundo, Pungo: Tundam, Pungam: item Necatus sum, Verberatus sum: Necabor, Verberabor iniuria reprehendunt, quod et infecti inter se similia sunt, et perfecti inter se, ut Tundebam, Tundo, Tundam: et Tutuderam, Tutudi, Tutudero. Sic Amabar, Amor, Amabor, et Amatus eram, Amatus sum, Amatus ero. Itaque reprehendunt qui contra analogias dicunt, cur dispariliter in tribus temporibus dicantur

haec verba dicunt] Flor. Havn. — *haec verba adiciunt* Edit. princ. vet. Rhol. — *haec verba adiiciunt* Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *haec adjiciunt* Vulg. Vertr. Sciopp.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
pronuntiare] *pronuntiari* Bipont.
sint] *sunt* Havn.
et legisti] *legisti* Havn.
debeant] *debebat* Havn.
quoiusque] Havn. — *cuius* Flor. — *cuiusque* ceteri.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
ideo lego ad legebam] Vulg. Vertran. Sciopp. — *ideo legi et legebam* veteres libri.
ad legi] *adlegi* Ed. princ. vet. Rhol.
quod perfectum] *quid perfectum* Vulg. Vertran. Sciopp.
ut haec] Flor. Havn. — *ut hoc* reliqui.
item necatus sum] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *item hec catus sum* Ed. princ. vetust. — *item heccatus sum* Rhol. Venet. I. II. — *item haec catus sum* Florent. Havn. Pius. — *item occasus sum* Ald. Bas. — *item occisus sum* Par. Gryph.
necabor] Vulg. Vertr. Sciopp. — om. reliqui omnes.
quod et infecti] *quod infecti* Vulg. Vertran. — *quod infecta* Sciop.
et perfecti] *et perfecta* Sciopp.
tundam et] om. Havn.
amabar] *amabor* Havn.

quaedam verba natura, cum quadruplex sit natura analogia. Id nonnunquam, ut dixi, pauciores videtur habere partes, sic etiam alias pluris ut quom est, quemadmodum ad tria unum et duo, sic ad sex duo et quatuor, quae tamen quadripartita comprehenditur forma quod bina ad singula conferuntur, quod in oratione quoque nonnunquam reperietur, sicut Diomedes confertur Diomedibus, sic dicitur ab Hercules Herculi et Herculibus, et ut hae hic ab uno capite a recto casu 173
in duo obliquos descendunt casus, sic contra multa ab duobus capitibus recti casuum confluunt in obliquom unum. Nam ut ab his rectis, hi Boebiei, hae Boe-

verba natura] *verba* Havn.

alias pluris] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rholand. Ven. I. II. Pius. — *alias plureis* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertran. Sciopp.

quom] Havn. — *cum* ceteri.

Herculi et] om. Vulgat. Vertr. Sciopp. — Supra excidisse videntur *Diomedi et;* ceterum aliud grave inest mendum, ut docent seqq. — Fort. *Herculi et Herculis* coll. VIII, 11.

hic] om. Havn. — *heic* Vulg.

a recto] *ac recto* Flor. — *et recto* Havn.

in duo obliquos] Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *in duos obliquos* Ed. princ. vet. Vulg. Vertran. Sciopp.

ab duobus] Flor. Havn. — *a duobus* reliqui.

recti casuum] Flor. Havn. Vulg. Vertr. Sciopp. — *recti casum* reliqui.

obliquom] Flor. — *obliquum* reliqui.

his rectis] *heis recteis hei Boebiei . . heis Boebieis . . heis hei Coeliei . . heis Coelieis* Vulg.

hi Boebii] Vertran. Siopp. — *hei Boebiei* Vulg. — *hi aebiei* Flor. — *hi Aebici* Havn. — *hi ebiei* Ed. princ. vetust. — *hi hibiei* Rholand. Venet. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph.

hae Boebiae] Vulg. Vertr. Sciopp. — *hae bebiae* Flor. Havn. sec. manu; *hae bebicae* pr. m. — *he bibie* Edit. princ. vet. — *hae hibiae* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.

biae, fit his Boebieis: sic est ab his, hi Coelii, hae Coeliae, his Coeliis. Ab duobus similibus similiter declinantur ut fit in his, Nemus, Olus; Nemora, Olera. Alia ab dissimilibus similiter declinantur ut in articulis ab Hic, Iste; Hunc, Istum. Analogia fundamenta habet aut a voluntate hominum, aut a natura verborum, aut a re utraque. Voluntatem dico impositionem vocabulorum, naturam declinationem vocabulorum, quo decurritur sine doctrina. Qui impositionem sequetur, dicet si simile in recto casu Dolus et Malus, fore in obliquo Dolo et Malo: qui naturam sequetur, si sit simile in obliquis Marco, Quinto, fore ut sit Marcum, Quintum. Qui utrumque sequetur, dicet si sit similis transitus, ut est in Servus Serve, fore ut sit item in

his Boebieis] *heis Boebieis* Vulg. — *his bebieis* Florent. Edit. princ. vetust. — *hi bibicis* Havn. — *his hibieis* Rhol. Pius. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *iis hibieis* Venet. I. II. — *his Boebiis* Vertr. Sciopp.
est] om. Havn.
hi Coelii] *hei Coeliei* Vulg. — *hi celii* Flor. — *hi celi* Edit. princ. vet. — *hi caeli* Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph.
his Coeliis] *heis Coelieis* Vulg. — *his caelis* Havn. Rhol. Venet. I. II. Pius.
ab duobus] Havn. — *a duobus* ceteri.
alia ab] Havn. — *alia* Flor. — *alia a* ceteri.
aut a voluntate] *autem a voluntate* Havn.
verborum] delet Stephan. Append. pag. 178.
aut a re] Havn. — *aut re* ceteri.
dico] *dici* Edit. princ. vetust.
sequetur] *sequitur* Havn.
qui naturam] Havn. — *si naturam* ceteri.
sequetur] *sequitur* Havn.
Marco] *Maro* pr. m. Havn.
Quinto] *Quincto* Vulg. Vertr. Sciopp., sic et infra idem libri.
dicet si sit similis transitus] Vulg. Vertr. Sciopp. — *dicet si sit simile transitus* Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *dicet ab hoc simile transitus* Flor. Edit. princ. vetust.
ut est] *et est* Havn.

Cervus Cerve. Commune omnium est, ut quatuor figuras vocis habeant proportione declinatus. Primum genus est ortum ab similitudine in rectis casibus, se- (137)
cundum ab similitudine quae est in obliquis, tertium ab similitudine, quae est in transitibus de casu in casum. Primo genere ab imposito ad naturam proficiscimur, in secundo contra, in tertio ab utroque. Quocirca etiam hoc tertium potest bifariam divisum, tertium et quartum dici, quod in eo ut Prosas, et Rosas potest dici. Qui initia faciet analogiae impositiones, ab his obliquas figuras declinare habebit: qui naturam, 174
contra: qui ab utraque, reliquas declinationes ab eiusmodi transitibus. Impositio est in nostro dominatu; nos in natura; quemadmodum enim quisque volt, im

serve . . . cerve] *servae . . cervae* Flor.
in cervus] *cervus* Havn.
figuras vocis] Vulg. Vertr. Sciopp. — *figura vocis* Flor. Edit. princ. vetust. Augustin. marg. — *figurae vocis* ceteri cum Havn.
habeant] Flor. Havn. — *habeat* reliqui.
proportione] *proportionem* Havn.
secundum ab similitudine] Flor. Havn. Vulg. Vertran. Sciopp. — *secundum genus ab similitudine* Havn. pr. m. sed *genus* deletum. — *a* reliqui libri.
tertium ab similitudine] *a* Vulg. Vertr. Sciopp. scribunt.
proficiscimur] Florent. Havn. — *proficiscuntur* reliqui libri.
divisum] *divisim* Gryph. — *divisum esse* Vulg. Vertr. Sciopp.
in eo] om. Havn.
ut prosas et rosas] *vel prorsus vel resus* Havn.
impositiones] Flor. Vulg. Vertr. Sciopp. — *impositio* reliqui.
obliquas] *aliquas* Havn.
habebit] *debebit* Havn.
eiusmodi] *huiusmodi* Vulg. Vertr. Sciopp.
dominatu] *domitu* Havn.
nos in natura] *nos in naturae* Stephan. Append. pag. 180.
quemadmodum enim] *quemadmodum eius* Edit. princ. vetust.
quisque volt . . volt] Florent. Havn. — *quisque vult . . vult* reliqui.

ponit nomen; at declinat, quemadmodum volt natura. Sed quoniam duobus modis imponitur vocabulum aut re singulari aut multitudine, singulari ut Cicer, multitudinis ut Scalae, nec dubium est, quin ordo declinatuum, in quo res singulares declinabuntur solae, ab singulari aliquo casu proficiscatur ut Cicer, Ciceri, Ciceris: item contra in eo ordine, qui multitudinis erit solum, quin a multitudinis aliquo casu ordiri conveniat ut Scalae, Scalis, Scalas: aliud videndum est quom duplex natura copulata ac declinatuum bini fiant ordines ut est Mars, Martis, unde tum ratio analogiae debuit ordiri, utrum ab singulari re in multitudinem, an contra? neque enim si natura ab uno ad duo pervenit, idcirco non potest amplius esse in docendo posterius, ut inde incipias, ut quid sit prius, ostendas. Itaque et hi, qui de omni natura disputant atque ideo vocantur physici, tamen ex his ab universa natura profecti, re-

at declinat] *ac declinat* Flor. Edit. princ. vetust. — *et declinat* pr. manu Havn.
scalae] *scolae* Havn.
declinatuum] *declinantium* Havn.
declinabuntur] *declinantur* Vulg. Vertran. Sciopp.
aliquo casu] *a quo casu* Flor. Havn.
proficiscatur] Stephan. App. pag. 180. — *proficisceatur* Havn. — *proficiscantur* ceteri.
ordiri] *ordinari* Havn.
scalas] om. Havn.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
ac declinatuum] *ac declinatum* Ed. princ. vet.
ut est Mars Martis] Fort. *ut est Ars Artis.*
unde tum ratio] Flor. Edit. princ. vetust. — *unde autem ratio* reliqui.
debuit] *debeat* Havn.
ad duo] *duo* pr. m. Havn.
ut quid sit] Flor. — *ut quod sit* reliqui.
itaque et hi] Florent. Havn. — *itaque illi* reliqui.
qui de] *quod* Havn.
ideo] *ita* Havn.
his ab] *his ad* Havn.

tro quae essent principia mundi ostendunt. Oratio quom ex literis constat, tamen eam grammatici de literis ostenderunt. Quare in demonstrando, quoniam potius proficisci oportet ab eo quod apertius est, quam ab eo quod prius est, et potius ab incorrupto principio, ab natura rerum, quam ab lubidine hominum, et haec tria quae sequenda magis sunt, minus sunt in singularibus, quam in multitudine, commodius potest ordiri, quod in 175
his principiis minus orationis verbis fingendis verbo- (138)
rum forma: facilius singularia videri posse, quam ex singularibus multitudinis, haec ostendunt Trabes, Trabs; Duces, Dux. Videmus enim ex his verbis Trabes, Duces, de extrema syllaba E literam exclusam et ideo in singulari factum esse Trabs, Dux. Contra ex singula-

retro quae essent] Florent. Havn. Sciopp. — *retro quae esse* Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *retroque esse* Vulg. Vertr.
quom] Havn. — *cum* ceteri.
tamen eam] *tamen ea* Havn. — *tamen de ea* Augustin. et Vertr. margine.
de literis] *litereis* Vulg. — *literis* Vertr.
ostenderunt] *ostendunt* pr. m. Havn.
potius] om. Havn.
proficisci] Sciopp. — *proficisse* Havn. — *profecisse* ceteri.
oportet] Vulg. Vertran. Sciopp. — *de literis ostendunt oportet* ceteri omnes; ex superioribus translata.
apertius] *aptius* Havn.
potius ab] Vulg. Vertr. Sciopp. — *potius quam ab* ceteri.
ab natura] *natura* Sciopp.
lubidine] Florent. Havn. — *libidine* reliqui.
tria quae] *tria q̄* Havn.
minus sunt] om. Havn.
in multitudine, commodius] hic in apodosi quaedam exciderunt verba, ut *a multitudine* vel similia, nec quae seqq. integra.
his principiis] *his principibus* Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rholand.
et ideo] *et idem* Havn.; voluit *et indè*.
dux] *dusx* pr. m. Havn.
trabs] *trabes et* Havn.

ribus non tam videmus quemadmodum facta sint ex B et S Trabs, ex C et S Dux. Si similitudinis rectus casus forte figura corrupta erit, id quod accidit raro, prius id corrigemus quam inde ordiemur. obliquis assumere oportere figuras eas, quae non erunt ambiguae sive singulares sive multitudinis, ex quibus id quoiusmodi debet esse, perspici possunt. Nam nonnunquam alterum ex altero videtur, ut CHRYSIPPUS scribit, quemadmodum pater ex filio et filius ex patre, neque minus in fornicibus propter sinistram dextra stat, quam propter dextram sinistra. Quapropter et ex rectis casibus obliqui, et ex obliquis recti, et ex singularibus multitudinis, et ex multitudinis singulares nonnunquam recuperari possunt: principium id potissimum sequi debemus, ut in eo fundamentum sit in natura, quod in declinationibus ibi facilior ratio. Facile enim est animadvertere, peccatum magis cadere posse in impo-

ex C et S] *ex e et s* Edit. princ. vet.
dux] *duces* Havn.
si similitudinis] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *si* om. veteres libri omnes.
assumere] *adsumere* Edit. Vulg. Vertr. Sciopp.
sive multitudinis] Vulg. Vertran. Sciopp. — *sive multitudines* veteres libri.
quoiusmodi] Havn. — *cuiusmodi* ceteri.
debet esse] Havn. Sciopp. — *debent esse* ceteri.
possunt] *possint* Vulg. Vertr. Sciopp. — Fort. *perspicere.*
nonnunquam] Havn. Sciopp. — *nunquam* ceteri.
dextra] *dextram* pr. m. Havn.
dextram] *dexteram* Vertr. Sciopp. — *dextra* Havn.
quapropter et ex] Florent. Havn. Sciopp. — *quapropter ut ex* reliqui.
ex singularibus multitudinis] Vertr. Sciopp. — *ex singularibus multitudines* reliqui libri.
et ex multitudinis] Flor. Havn. Vulg. Vertran. Sciopp. — *ex* reliqui omittunt.
recuperari] *reputari* Augustin. Vertr. et Sciopp. in marg. — *reperiri* Havn.
enim est] *enim* Havn.

sitiones eas, quae fiunt plerumque in rectis casibus singularibus, quod homines imperiti et dispersi vocabula rebus imponunt, quocunque eos libido invitavit; natura incorrupta plerumque est suapte sponte, nisi qui eam usu inscio depravabit. Quare si quis principium analogiae potius posuerit in naturalibus casibus, quam im- 176
positiciis, non multa in consuetudine occurrent, et a natura libido humana corrigetur, non ab libidine natura, quod, qui impositionem sequi voluerint, facient contra. Sin ab singulari quis potius proficisci volet, id illum facere oportebit ab sexto casu qui est proprius Latinus; nam eius casus his literarum discriminibus fa-

in impositiones] *in positiones* Havn.
plerumque est] Flor. Havn. — *est plerumque* reliqui.
depravabit] *depravavit* Vulgat. Vertran. Sciopp. — *depravabait* sic Havn.
casibus] om. Havn.
quam impositiciis] Florent. Havn. — *quam in positiciis* Edit. princ. vet. Rhol. — *quam in positivis* Venet. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *quam in impositivis* Vulg. (—*veis*) Vertran. Sciopp.
non multa in] Vulg. Vertr. Sciopp. — *non multae in* veteres libri.
occurrent] *occurrerent* Havn.
et a natura] Florent. Havn. Sciopp. — *et natura* Edit. princ. vet. — *ut a natura* Vertr. — *et ut a natura* reliqui.
corrigetur] Flor. Sciopp. — *corrigeretur* Havn. — *corrigitur* ceteri.
non ab] *nam an* Havn.
facient contra] Vulg. Vertr. Sciopp. — *facient contraria* veteres libri omnes.
ab singulari] Flor. Havn. — *a singulari* reliqui.
volet, id illum] Vulgat. Vertr. Sciopp. — *volet in illum* veteres libri.
latinus . nam eius casus his] Flor. Havn. — *latinum . nam eius casus his* Edit. princ. vetust. — *latinis . nam eius casus his* Rholand. Ven. I. II. Ald. Basil. Par. Gryph. — *latinis enim non est casus alius. His* Vulg. (*latineis . . Heis*) Vertr. Sciopp. — *Ablativum Graeci non habent, hunc tamen VARRO intera m sextum, interdum Latinum appellat,*

cilius reliquorum varietatem discere poterit, quod ei
(139) habent exitus aut in A ut hac Terra, aut in E ut hac Lance, aut in I ut hoc Levi, aut in O ut hoc Caelo, aut in U ut hoc Versu. Igitur ad demonstrandas declinationes biceps una haec. Sed quoniam ubi analogia, tria, unum quod in rebus, alterum quod in vocibus, tertium quod in utroque, duo priora simplicia, tertium duplex: animadvertendum haec quam inter se habeant rationem. Primum ea quae sunt discrimina in rebus, partim sunt, quae ad orationem non attineant, partim quae pertineant. Non pertinent, ut ea quae observant in aedificiis et signis faciendis ceterisque rebus artifices, e quis vocantur aliae harmonicae, sic item aliae nominibus aliis: sed nulla harum fit loquendo pars

quia Latinae Linguae proprius est, cuius vis apud Graecos per genitivum explicatur. DIOMEDES libro I, p. 277 P.

varietatem discere] Vulg. Vertran. Sciopp. — *varietate discernere* ceteri omnes.

quod ei habent] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. — *quod eius habent* Ed. princ. vet. — *quod ii habent* reliqui.

ut hac terra] *ut ab hac terra* Vulg. Vertr. Sciopp.; idem libri et in seqq. exemplis semper praepositionem, in veteribus libris omissam, addunt.

ut hoc levi] ita nos. — *ut hac levi* veteres. — *ut ab hoc levi* Vulg. Vertran. Sciopp.

demonstrandas] *demonstarandas* Havn.

analogia, tria] *analogia atria* Havn. Ed. princ. vet. — *analogia a tria* Venet. I. II.

rebus alterum quod] *rebus alterum alterum quod* Edit. princ. vetust.

animadvertendum haec] om. Havn.

habeant] *habeat* Havn.

quam inter] *que inter* Edit. princ. vet.

ad orationem] Florent. Havn. Vulgat. — *ad rationem* reliqui omnes.

e quis] Flor. Havn. Pius, Ald. Bas. Paris. Gryph. — *e queis* Vulgat. Vertran. Sciopp. — *e quius* Edit. princ. vetust. — *equius* Rholand. Ven. I. II.

harmonicae] *armonicae* Havn. Ed. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. Pius.

ad orationem. Quae pertinent res, eae sunt quae verbis dicuntur proportione, neque a similitudine quoque vocum declinatus habent ut Iuppiter, Marspiter; Iovi, Marti. Haec enim genera nominum et numero et casibus similia sunt [proportione. similia] inter se, quod utrumque et nomina sunt et virilia sunt, et singularia, et casu nominandi et dandi. Alterum genus vocale est, in quo vo- 177
ces modo sunt proportione similes, non res, ut Biga, Bigae, Nuptia, Nuptiae. Neque enim in his res singularis subest una, quom dicitur Biga, Quadriga, neque ab his vocibus quae declinata sunt multitudinis, significant quidquam, ideo quod omnia multitudinis, quae declinantur ab uno ut a Merula, Merulae, sunt eiusmodi ut singulari subiungantur: sic Merulae duae, Caculae tres, Faculae quattuor. Quare cum idem non possit subiungi, quom dicimus Bigae unae, Quadrigae duae, Nuptiae tres, sed pro eo unae Bigae, binae

Iuppiter] Venet. I. II. Pius, Vulg. — *Iupiter* reliqui.

Marspiter] *Maspiter* Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas.

similia sunt inter se] Flor. Havn. — *similia sunt proportione similes inter se* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *similia sunt proportione . similia inter se* Vulgat. Vertran. Sciopp.

utrumque] Havn. — *utraque* ceteri.

et nomina] Flor. — *nomina* ceteri.

nominandi] *nominandei et dandei* Vulg.

quom dicitur] Havn. — *cum dicitur* ceteri.

declinata sunt] *declinatu sunt* Sciopp.

catulae] *catullae* Ald. Bas. — *caculae* Vulgat. Vertr. Sciopp.

quom] Havn. — *cum* ceteri.

dicimus bigae unae] Florent. Havn. Rholand. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *dicimus bigenne* Ed. princ. vet. — *dicimus unae bigae* Vulg. Vertran. — *quod non dicimus una biga* Sciopp., qui haud dubie verum vidit: leg.: *quom non dicimus biga una.*

Quadrigae, trinae Nuptiae; apparet non esse Biga et Quadriga; et Bigae et Quadrigae: sed ut est huius ordinis una, duae, tres principium Una: sic in hoc ordine altero unae, binae, trinae, principium est Unae. Tertium genus est illud duplex, quod dixi, in quo et res et voces similiter proportione dicuntur ut Bonus,
(140) Malus: Boni, Mali, de quorum analogia et ARISTOPHANES et alii scripserunt. Etenim haec denique perfecta, ut in oratione illae duae simplices inchoatae analogiae, de quibus tamen separatim dicam, quod his quoque utimur in loquendo. Sed prius de perfecta, in qua et res et voces quadam similitudine continentur, quoius genera sunt tria, unum vernaculum ac domi natum, alterum adventitium, tertium nothum ex peregrino hic natum. Vernaculum est ut Sutor et Pistor; Sutori et Pistori. Adventitium est ut Hectores, Nestores; Hectoras, Nestoras. Tertium illud nothum ut

non esse biga] Vulgat. Vertran. Sciopp. — *non esse a biga* veteres libri.
huius ordinis una, duae] Vulg. Vertr. Sciopp. — *huius ordinis unae duae* Flor. Havn. Edit. princ. Rhol. — *huius ordinis duae* Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.
binae] *bignae* Havn.
similiter proportione] *simili proportione* Henr. Stephan. Append. pag. 4 et 34.
analogia] *analogiae* pr. m. Havn.
illae duae simplices] *illic duc simplices* Edit. princ. vetust. — *ille duae simplices* Havn.
inchoatae] *inchoata* Ed. princ. vet.
separatim[*seperatim* Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
his] *iis* Havn.
quoius] Havn. — *cuius* ceteri.
genera] *generis* Havn.
domi natum] *dominatum* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II.
nothum] *notum* Ald. Basil. Paris. Gryph. et sic et in seqq.
hic natum] *natum* Havn.
et pistori] *pistori* Havn.
adventitium] *aventitium* Havn.

Achilles et Peleus. de genere multi utuntur non modo poetae, sed etiam plerique haec primo omnis, qui so- 178
luta oratione loquuntur, dicebant ut Quaestorem, Praetorem, sic Hectorem, Nestorem. Itaque ENNIUS ait

Hectoris natum de Troiano muro iactari.

ACCIUS hoc in tragoediis largius a prisca consuetudine movere coepit et ad formas Graecas verborum magis revocare, et a quo VALERIUS ait

Accius Hectorem nolet facere, Hectora malet.

quod adventitia pleraque habemus Graeca, secutum ut de nothis Graecanicos quoque nominatos plurimum haberemus. Itaque ut hic alia Graeca, alia Graecanica, sic analogiae, e quis quae hic nothae sint declinatic-

Peleus] *Peles* Havn.
de genere] post haec aliquid excidisse videtur.
non modo] *ut modo* Havn.
plerique haec primo] *plerique ac primo* Henr. Stephan. Append. pag. 24 et 35.
omnis] Flor. — *omnes* reliqui.
loquuntur] *loquebantur* coniicit Steph. loc. cit.
praetorem] *praestorem* Havn.
Hectorem Nestorem] *Hectōrem Nestōrem* Flor.
de Troiano muro] Flor. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *de muro Troiano* Vulgat. Vertran. Sciopp. — *de moero* Scaliger, Columna ad Enn. pag. 239.
iactari] *iactarier* Scalig. et Columna. — Fort. infinitivus a Varronis dependet verbo, nec integrum laudavit Ennii versum.
Accius] *Actius* Havn. Rhol. Ven. I. II. Vulg. Vertr. Sciopp.
haec] Florent. Havn. — *hoc* reliqui.
prisca] *pisca* Havn.
graecas] *graecorum* pr. m. Havn.
et a quo] Fort. *a quo et.*
Accius] *Actius* Havn. Venet. I. II. Vulgat. Vertr. Sciopp.
nolet] Havn. — *nollet* ceteri.
malet] Havn. — *mallet* ceteri.
plurimum] *plurimus* Havn.
ut hic] *hic* Havn.
e quis quae] *e quibus quae* Vulgat. Vertr. Sciopp.
quae hic nothae sint] Flor. nisi quod *notae* exhibet. — *quae*

nes, de his aliae sunt priscae ut Bacchides et Chrysides: aliae iuniores ut Chrysides et Bacchides: aliae recentes ut Chrysidas et Bacchidas: quom his omnibus tribus utantur nostri, maxume qui sequuntur media in loquendo, offendunt minimum, quod prima parum similia videntur esse Graecis, unde sint tralata: tertia parum similia nostris.

4. Omnis analogiae fundamentum similitudo quaedam, ut dixi, quae solet esse in rebus, in vocibus, et

sic nocte fuit Edit. princ. vetust. — *quae hic notae fiunt* Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *quae sic nothae fiunt* Vulg. Vertran. Sciopp.

priscae] *prisca* Ed. princ. vet.

ut Bacchides et Chrysides] *et* om. Vulg. Vertr. Sciopp.; *Chrisides* Havn. scribit, *Bachides* veteres libri. — corrig. *ut Bacchideis et Chrysideis.*

aliae iuniores] Sciopp. — *aliae minores* libri omnes; verba *aliae iuniores . . . . Chrysidas* in Edit. princ. vet. desiderantur.

ut Chrysides et Bacchides] *ut Chrysideis, Bacchideis* Vulgat. Vertr. — *ut Chrysidei Bacchidei* Sciopp. — quod nos dedimus, veteres libri omnes, nisi quod quidam, inter quos et Florent. Havn. *Bachides;* et infra.

aliae recentes] Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *aliae regentes* Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Pius.

Chrysidas et Bacchidas] *et* om. Vulgat. Vertran. Sciopp.

quom] Havn. — *cum* ceteri.

maxume] Havn. — *maxime* ceteri.

qui sequuntur] *qui sequontur* Flor. — *sequuntur* Havn.

unde sint tralata] Flor. — *unde sicut translata* Edit. princ. vet. — *unde sint translata* reliqui.

parum similia] *parum similias* pr. m. Havn.

Cap. IV.

omnis] *omnes* Havn.

quaedam ut dixi] *quaedam ea dixi* Flor. — *quaedam ea ut dixi* Havn.

rebus in] *rebus et in* Havn.

et in utroque] *in* om. Flor. Ed. princ. vetust.

in utroque: in qua harum parte cumque sit in ferendo et quoiusmodi, videndum. Nam, ut dixi, neque rerum, neque vocis similitudo ad has duplicis, quae in loquendo quaerimus, separatim satis est, quod utraque parte opus est simili, analogias verborum exprimendas: (141) quas ad loquendum ut perducas, accedere debet usus. Alia enim ratio qua facias vestimentum; alia quemadmodum utare vestimento. Usui species videntur esse tres: una consuetudinis veteris; altera consuetudinis huius; tertia neutra. Vetera ut Cascus, Casci; Furus, 179 Furi. Huius consuetudinis ut Albus, Caldus; Albo, Caldo. Neutrae ut Scala, Scalam; Falera, Faleram. Ad quas accedere potest quarta mixta, ut Amicitia, Inimicitia; Amicitiam, Inimicitiam. Prima est qua usi an-

harum] *haurum* pr. m. Havn.
parte] *partem* Havn.
sit in ferendo] *sit inserenda* Sciopp.
quoiusmodi] Havn. — *cuiusmodi* ceteri.
ad has duplicis] Flor. Edit. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. — *ad has dupliceis* Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. Vertr. Sciopp.
separatim] *seperatim* Ed. princ. vet. Rhol. — *speratim* Havn.
simili, analogias] *simili analogie* Ed. princ. vet. — *simili ad analogias* Sciopp.
usui species] *usui spes* Havn.
tertia neutra] Flor. Havn. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *tertia autem neutra* Edit. princ. vetust. Vulgat. Vertr. Sciopp.
vetera] *utera* Havn.
cascus, casci; furus furi] *cascus furus casci furi* Vulg. Vertr. Sciopp. — *surus* correxit Scalig.
neutrae ut] Florent. Havn. — *neutra ut* ceteri.
scalam, falera] *falera scalam* Vulg. Vertr. Sciopp.
quarta mixta] Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Venet. I. II. Pius. — *quarta mista* Ald. Basil. Paris. Gryph. — *quarta quae est mixta* Vulg. Vertr. Sciopp.
ut amicitia] *amicitia* Havn.

tiqui, et nos reliquimus: secunda, qua nunc utimur: tertia, qua utuntur poetae. Analogiae non item ea definienda quae dirigitur ad naturam verborum, atque illa quae ad usum loquendi. Nam quae prior definienda sic, Analogia est verborum similium declinatio similis. Posterior sic, Analogia est verborum similium declinatio similis, non repugnante consuetudine communi. Ad quam harum duarum ad extremum additum erit hoc, ex quadam parte; poetica analogia erit definita. Harum primam sequi debet populus, secundam omnes singuli e populo, tertiam poetae. Haec diligentius quam apertius dicta esse arbitror, sed non obscurius, quam de re simili definitiones grammaticorum sunt, ut ARI-

reliquimus] Flor. Vulg. Vertr. Sciopp. — *relinquimus* reliqui cum Havn.
analogiae non item] veter. libri omnes. — *analogia non item* Vulg. Vertr. Sciopp.
definienda] Flor. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *diffiniendo* Edit. princ. vet. — *diffinienda* Havn. Rhol. Venet. I. II. Pius.
quae] *qua* Havn.
dirigitur] *derigitur* Flor. Edit. princ. vet.
loquendi] *loquendei* Vulg.
nam quae prior] Havn. — *nam prior* ceteri.
definienda] *diffinienda* Havn. Ed. princ. vet. Rholand. Ven. I. II. Pius.
posterior . . . similis] om. Havn.
ad quam harum duarum] *At quom harum duarum* Sciopp.
ex quadam] *ex quaedam* Havn.
definita] *diffinita* Havn.
harum primam] *harum prima* Edit. princ. vetust.
secundam omnes] Florent. Vulg. Vertr. Sciopp. — *secundam omnem* reliqui libri omnes cum Havn.
definitiones] *difinitiones* Ed. princ. vet. — *diffinitiones* Havn. Rholand. Ven. I. II.
ut Aristeae, Aristodemi, Aristoclis] Sciopp., et ita Cod. Flor. Havn., qui in fine: *Aristocli* habent, quod dedimus. — *ut Aristre*, *Aristodomi*, *Aristodi* Edit. princ. vet.; item Rhol. nisi quod hic: *Ariste* legit. — *ut Aristodemi Aristodi* Ven. I. II. Pius. — *ut Aristodemi Aristoclis* Ald. Basil. Paris.

STEAE, ARISTODEMI, ARISTOCLI, item aliorum, quorum obscuritates eo minus reprehendendae, quod pleraeque definitiones re incognita propter summam brevitatem non facile perspiciuntur, nisi articulatim sunt explicata. Quare magis apparebit, si erit aperte de singulis partibus, quid dicatur verbum, quid similitudo verbi, quid declinatio, quid similitudo declinationis non repugnante consuetudine communi, quid ex quadam parte. Verbum dico orationis vocalis partem, quae sit indivisa et minima, si declinationem naturalem habeat. Similem verbum verbo tum quom et res quam significat, et vocem qua significat, et in figura transitum declinationis parile. Declinatio est, quom ex verbo in 180

Gryph. — *ut Arusini, Aristodemi Aristoclis* Vulg. et Vertran. qui in margine: *Aristae* exhibent.
aliorum] *aliarum* Edit. princ. vet.
pleraeque] *pleraque* Havn.
definitiones] *diffinitiones* Havn. Edit. princ. vet. Rhol. Venet. I. II.
perspiciuntur] Florent. Vulg. Vertr. Sciopp. — *prospiciuntur* reliqui.
sunt explicata] Flor. Edit. princ. vet. — *sint explicata* Havn. Rhol. — *sint explicatae* Sciopp. — *sit explicata* reliqui libri.
de singulis partibus] om. Sciopp.
orationem vocalis] Vulg. Vertr. Sciopp. — *orationem vocabulis* veteres libri omnes.
quae sit] *quae sint* Havn.
et minima] *eo minima* Edit. princ. vet.
similem verbum] *simile verbum* Sciopp. — Fort. *similē verbum* id. est. *simile est verbum.*
tum quom] Vulg. — *tum cum* Vertran. Sciopp. — *tum quoniam* veteres libri omnes. — Fort. *tum quom et rem quam.*
qua significat] *qua significatur* Vulg. Vertr. — *quam significat* Havn.
et in figura] Vulg. Vertran. Sciopp. — *est in figura* veteres libri.
transitum] *transitii* Havn.
parile] *parilem* Vulg. Vertr. — *habet parilem* Sciopp.
est quom] Havn. — *est cum* ceteri; item paulo post.

verbum, aut ex verbi discrimine, ut transeat mens, vo-
(142) cis commutatio fit aliqua. Similitudo declinationis, quom item ex aliqua figura in figuram transit, ut id transit, cum quo confertur. Adiectum est, non repugnante consuetudine communi, quod quaedam verba contra usum veterem inclinata patietur, ut passa HORTENSIUM dicere pro has Cervices, Cervix; quaedam non, ut si dicas pro Fauces, Faux. Ubi additur, ex quadam parte, significat non esse in consuetudine in his verbis omnis partis, ut declinatum Amo, Iuvo; Amor, Iuvor.

5. Quid videretur analogia in oratione, et quas haberet species, et quae de his sequenda videretur, ut brevi potui, informavi; nunc in quibus non debeat esse, ac proinde ac debeat soleat quaeri, dicam. Ea fere sunt quatuor genera: primum in id genus verbis

inclinata] Flor. Havn. — *declinata* reliqui.
patietur] *patiatur* H. Stephan. Append. pag. 26 et 30.
ut passa] Florent. Havn. Vulg. Vertran. Sciopp. — *ut possit* reliqui.
Hortensium] ita h. l. omnes. vid. VIII, 5.
pro has cervices] Vulg. Vertr. Sciopp. — *pro hac si cenuces* Havn. — *pro hac si cervices* ceteri. — *pro hae cervices* Stephan. Append. pag. 30.
dicas] *dices* Havn.
omnis partis] Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *omnes partes* Florent. Havn. — *omneis parteis* Vulg. — *omneis partes* Vertr. Sciopp.
amo iuvo, amor iuvor] *ambo vivo, amor vivor* Havn.

Cap. V.

videretur] *videtur* Havn.
et quae] *et* Havn.
sequenda videretur] *sequenda viderentur* Vulg. Vertr. Sciopp. — *sequenda videtur* Havn.
potui informavi] *potuit* Havn.
sunt quatuor] *quatuor sunt* Havn.

quae non declinantur, analogia non debet quaeri ut in his Nequam, Mox, Vix. De his magis in alio quam in alio erratur verbo; dicunt enim non habere casus Mox et Vix; Nequam habere, quod dicamus hic Nequam et huius Nequam et huic Nequam: cum enim dicimus hic Nequam et huius Nequam, tum hominis eius quem volumus ostendere esse nequam, dicimus casus, et ei proponimus tum Hic nomen quoius putamus nequitiam. Quod vocabulum factum ut ex Non et Volo, Nolo, sic ex Ne et Quidquam, item media extrita syllaba, coactum est Nequam. Itaque ut eum quem pu-

verbis quae non] *verbis qua non* Edit. princ. vet.
analogia non] *analogia ac non* Havn.
dicunt enim non] *dant enim non* Flor. Havn.
vix nequam] *vix neque* Havn.
et huius] Havn. — *huius* ceteri.
et huic] Flor. — *huic* ceteri. — *et huic . . . huius nequam* om. Havn.
cum enim dicimus hic nequam et huius nequam tum] Florent. — *cum intelligimus aut* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Basil. Paris. Gryph. — *cum intellegimus aut* Vulgat. Vertr. Sciopp. — *tum* Havn.
quem volumus] *quae volumus* Havn.
proponimus tum hic non] Flor. — *praeponimus tum non hic* Havn. — *proponimus non* Edit. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. — *praeponimus non* Vulgat. Vertr. — *praeponimus nomen* Sciopp.; posterius recepimus. *M. VARRO in libris DE LINGUA LATINA: ut ex non et volo, inquit, Nolo fit, sic ex ne et quicquam media syllaba extrita componitur Nequam.* A. GELLIUS libro VII, 11.
non quoius] Havn. — *non cuius* ceteri.
sic] *fit sic* Gellius. — *sic etiam ne* Havn.
quidquam] *quiquam* Edit. princ. vet.
item media . . . nequidquam dicimus] om. Edit. princ. vet. — *item* om. Gellius.
extrita] *exterita* pr. m. Havn.
coactum] *compositum* Gellius.

181 tamus esse non hili, dicimus Nihili; sic in quo putamus esse nequidquam, dicimus Nequam. Secundo si unum solum habent casum in voce, quod non declinentur, ut literae omnes. Tertio si singularis est vocabuli series, neque habet cum qua comparari possit, ut esse putant Caput, Capiti, Capitis, Capite. Quartum si ea vocabula, quae conferuntur inter se, rationem habent quam oportet, ut Socer, Socrus; Socerum, Socrum.

6. Contra in quibus debeat quaeri analogia, fere totidem gradus debent esse coniuncti. Primum ut sint res: secundum ut earum sit usus: tertium uti hae res
(143) vocabula habeant: quartum ut habeant declinatus naturalis. De primo gradu, quod natura subest et multitudinis et singularis, dicimus hi Asses, hosce Asses, hic As, hunc Assem: contra quod in numeris finitis multitudinis natura singularis non est, dicitur hi Duo et

dicimus nihili] *dicimus a nhili* Flor. — *dicamus nihil* Havn.
sic in] *sicut in* Havn.
dicimus] *dicamus* Havn.
non declinentur] *non declinetur* Flor.
capiti] om. Vulg. Vertr. Sciopp.
vocabula quae] *vocabula quatuor quae* Havn.
socerum socrum] Vulg. Vertr. Sciopp. — *soceros socerum* veteres libri.

C a p. VI.

fere totidem] *fore tottidem* Edit. princ. vet.
ut sint res] Vulg. Vertr. Sciopp. — *ut sint tres* Flor. Havn. Ed. princ. vet. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. — *ut sint treis* Par. Gryph.
uti hae res] *ut hae res* Havn.
ut habeant] *ut habent* Edit. princ. vet. — *quartum ut habeant* om. Havn.
naturalis] Flor. Havn. Edit. princ. vet. Rholand. Venet. I. II. *naturaleis* Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp.
hi asses] *Hiasses* ut supra *heres* pro *hae res* Edit. princ. vet.
non est, dicitur] Flor. Havn. — *non est*, *dicimus* reliqui.

his Tres; his Duobus et his Tribus. Secundo gradu si est natura neque est usus, id genus ut sit discriminandum, ut sit in Faba et id genus quae item et ex parte et universa nominamus; non enim opus fuit ut in servis...

DESUNT QAEDAM.

et his tribus] *et* om. Vulg. Vertr. Sciopp. — ceterum Vulg. *hei* et *heis* more suo constanti.
et id genus, quae item et ex parte] Flor. Havn. — *et id genus, item ex parte* Edit. princ. vet. — *et id genus. Non enim opus fuit, quae ut in servis item et ex parte* Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Paris. Gryph.; item, sed omisso posteriore *et* Vulg. Vertr. Sciopp.
nominamus] *nominabus* Havn.
non enim opus fuit, ut in servis] Florent. Havn. — reliqui omnes in verbo *nominamus* desinunt.
Desunt quaedam] Vulg. Vertr. Sciopp. — in ceteris spatium relictum.

FINIS.

M. TERENTI VARRONIS

FRAGMENTA

EX LIBRIS

DE

LINGUA LATINA.

LIBER I.

*

N quia in simplicibus quoque potest inveniri per adiectionem g, ut Gnatus, Gnarus, et sequente g vel c pro ea g scribunt Graeci; et quidam tamen vetustissimi autores Romanorum euphoniae causa bene hoc facientes, ut Agchises, Agceps, Aggulus, Aggens, quod ostendit VARRO in primo de origine linguae latinae his verbis:

Ut ION scribit, quinta vicesima et littera quam Agma vocant, cuius forma nulla et vox communis est Graecis et Latinis, ut his verbis: Aggulus, Aggens, Agguilla, Iggerunt.

In huiuscemodi Graeci et ACCIUS noster bina gg scribunt, alii n et g, quod in hoc veritatem videre facile non est. PRISCIANUS tom. I, pag. 37 Kr.

*

LIBER III.

*

LEAENA. Hoc nomen licet veteres Latinum negent, autoritate tamen valet. Dicebant enim Leonem masculum et feminam ut PLAUTUS in Vidularia: *Nam audivi feminam ego leonem semel parire.* CICERO de Gloria libro II sic ait: *Statuerunt aeream leaenam.* Leam vero VARRO ad Ciceronem libro tertio: *Sicut nocet panthera et lea.* PHILARGYRIUS ad Virg. Ecl. II, 63.

*

Figor ambigue declinatur apud veteres tempore perfecto; reperimus enim Fictus et Fixus. SCAURUS de vita sua *Sagittis*, inquit, *confictus.* VARRO ad Ciceronem tertio *Fixum.* DIOMEDES pag. 373.

*

LIBER VIII.

*

M. VARRONIS ad Ciceronem de Lingua Latina *) liber octavus nullam esse observationem similium ostendit.

Sicuti quum dicimus, inquit, *Lupus Lupi, Probus Probi et Lepus Leporis; item Paro Paravi, Lavo Lavi, Pungo Pupugi, Tundo Tutudi et Pingo Pinxi; quumque*, inquit, *a Coeno et Prandeo et Poto, Coenatus sum et Pransus sum et Potus sum dica-*

*) Omnia quae hic sequuntur quaeque Gellii debemus diligentiae, sub finem legebantur libri octavi; tota enim quaestio quae ad verborum attinet rationem ibi desideratur; imo ne illa quidem de nominatuum analogia absoluta videtur, ut fortasse plus unum folium (quod in Florentino notatum codice) in fine octavi exciderit. Et revera nunc Paris. a. margini *spatium relictum esse quatuor chartarum in exemplari* adscriptum legimus, v. varietas lect. Codd. Paris. Quas vero in hoc de verborum similitudine congesserat difficultates, in proximo solvuntur libro inde a capite 53.

mus, et ab Adstringor tamen et Extergeor et Lavor, Adstrinxi et Extersi et Lavi dicimus: item quum dicamus ab Osco, Tusco, Graeco, Osce, Tusce, Graece, a Gallo tamen et Mauro Gallice et Maurice dicimus. Item a Probus Probe, a Doctus Docte, sed a Rarus non dicitur Rare, sed alii Raro dicunt, alii Rarenter *).

Idem Varro in eodem libro:

Sentior, inquit, *nemo dicit et id per se nihil est; Assentior tamen fere omnes dicunt. SISENNA unus Assentio in senatu dicebat, et eum postea multi secuti, neque tamen vincere consuetudinem potuerunt.*

Sed idem VARRO in aliis libris multa pro analogia tuenda scripsit; sunt igitur tanquam loci quidam communes contra analogiam dicere et item rursus pro analogia. GELLIUS libro II, 25.

*

LIBER IX.

*

Pix singulariter dicitur, ut ait VARRO de similitudine verborum secundo **), quamvis VIRGILIUS dixerit. *Idaeasque pices et pingues unguine ceras.* CHARISIUS pag. 71.

*

LIBER XI.

*

Rure TERENTIUS in Eunucho: *Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.* Itaque et VARRO ad Ciceronem vigesimo secundo *Rure veni,* quem PLINIUS ad

*) Tres Gronovii Codd. *alii rariter.*

**) id est de analogia secundo; itaque huc fragmentum collocavimus; similia leguntur cap. 39, pag. 501 et 588; locum in quo legitur haec vox hodie invenire non possumus. Quod natura non subest, deest multitudinis usus.

eundem undecimo *rure ordinatum arbustum* dixisse laudat. CHARISIUS pag. 115.

*

Poematorum et in secundo et in tertio idem VARRO assidue dicit et *Poematis* tanquam nominativo hoc Poematum sit, non hoc Poema; nam et ad CICERONEM undecimo *Horum poematum et his poematis* oportere dici ait. CHARISIUS pag. 114.

*

Catinus masculino genere dicitur ut MAECENAS X. *Iugeribus fumans calido cum farre catinus.* et hinc diminutive Catillus fit, ut ASINIUS contra male dicta Antonii *Volitantque urbe tota catilli.* Sed VARRO ad Ciceronem undecimo *Catinuli* dixit, non *Catilli.* CHARISIUS pag. 60 seq.

*

GIT. VARRO ad Ciceronem undecimo, per omnes casus id nomen ire debere commeminit, vulgo autem hoc Gicti dicunt; ita ut et PLINIUS sermonis dubii libro sexto. CHARISIUS pag. 106.

*

LIBER XIII.

*

OSSO. VARRO ad Ciceronem decimo tertio *Olivo et osso putat* inquit *fieri.* PLINIUS sermonis dubii libro sexto. CHARISIUS pag. 112.

*

Palpetras per t VARRO ad Ciceronem decimo tertio dixit, sed FABIANUS de animalibus primo Palpebras per b. Alii dicunt palpetras genas, palpebras autem ipsos pilos. CHARISIUS pag. 81.

*

LIBER XVIII.

*

INDISCRIMINATIM, indifferenter. VARRO de Lingua Latina libro decimo octavo *):

Quibus nos in hoc libro proinde ut nihil intersit, utemur indiscriminatim, promisce.

NONIUS pag. 127, 21 Merc.

*

LIBER XXII.

*

vide supra fragm. ex libro XI.

*

LIBER XXIII.

*

INGLUVIEM. VARRO ad Ciceronem in libro vicesimo tertio:

Ingluvies, inquit, *sunt tori circa gulam, qui propter pinquedinem fiunt atque interiectas habent rugas.*

sed nunc pro gula positum. PHILARGYRIUS ad Georg. III, 431.

*

LIBER XXIV.

*

M. VARRO in libro de Lingua Latina ad Ciceronem quarto vicesimo, expeditissime ita finit:

Proloquium est sententia in qua nihil desideratur.

GELLIUS libro XVI, 8.

*

Excipiuntur Haurio, Hausi; invenitur tamen etiam Haurivi vel Haurii. VARRO in vicesimo quarto ad Ciceronem:

Quum indidem haurierint

Sepio Sepsi etc. PRISCIANUS tom. I, pag. 509.

*

*) Editiones veteres legunt: *Varro in lingua latina lib. III.*

INCERTI LIBRI.

*

Nonnulli proprie calamos lupinorum Alas dici putant ut AELIUS: *Alae ex lupino, surculi sine foliis.* CATO in originibus: *Alae ex lupino.* Memini tamen VARRONEM de Lingua Latina Alam culmum fabae dicere. SERVIUS ad Georg. I, 75.

*

In summa vero constructionis eius quam similem navis carinae diximus, caput collocavit, in quo esset regimen totius animantis, datumque illi hoc nomen est, ut quidem VARRO ad Ciceronem scribit, quod hinc capiant initium sensus ac nervi. LACTANTIUS de opificio Dei tom. II, pag. 84 Dufr.

*

SENIOR. Secundum VARRONEM *iuvenior* et *senior* comparativi sunt per imminutionem . hinc est VI, 304. *Iam senior sed cruda deo viridisque senectus.* Additum enim hoc est ad exprimendum, quid sit senior. Item OVIDIUS XII Met. 464. *Inter iuvenemque senemque.* Et re vera non convenit hunc satis senem accipi, qui et vincere potest et uno ictu taurum necare. Ergo senior non satis senex, sicut Iuvenior non satis iuvenis, intra iuvenem, sicut Pauperior intra pauperem. Dicit autem hoc VARRO in libris ad Ciceronem. SERVIUS ad Aen. V, 409.

*

Solent in verbis etiam peritiores errare, incerti utrum cum *r* an sine *r* debeant proferri. Quirito. LIVIUS in octavo *Quiritat.* VARRO ad Ciceronem *De Fenestella quiritatur.* Est autem Quiritare Quirites ciere. DIOMEDES pag. 377.

*

Gausapa OVIDIUS neutraliter dixit. *Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta proba*, et CASSIUS SEVERUS

ad Maecenatem *Gausapo purpureo salutatus.* Sed AUGUSTUS in testamento *Gausapes Codices purpureas et coloreas meas.* VARRO autem de lingua latina ait, vocabula ex Graeco sumpta, si suum genus non retineant, ex masculino in foemininum latine transire et *a* litera terminari veluti ὁ κοχλίας haec Cochlea, ὁ ἕρμας haec Herma, ὁ χάρτης haec Charta; ergo ὁ γαυσάπης haec Gausapa, cui generi elegantiores addiderunt per necessitatem ut dicerent Tunicam Gausapam, quod quomodo diceretur merito non constitit, quia usus eius apud veteres non fuit. Et M. MESSALA de Antonii statuis *Armenii regis spolia gausape.* CHARISIUS pag. 80.

Haec eadem et fortasse ex Charisio leguntur apud PRISCIANUM libro VII, pag. 328 Kr.:

VARRO vero de Lingua Latina ait, talia ex Graeco sumpta ex masculino in foemininum transire et aliter ea finiri, ὁ κοχλίας haec Cochlea, ὁ χάρτης haec Charta, ὁ γαυσάπης haec Gausapa.

INDEX

INDEX GRAECORUM LOCORUM
APUD PRISCIANUM

QUAE EXSTANT

EX CODICE MONACENSI.

SUPPLEMENTUM EDITIONIS KREHLIANAE.

Miserrima sors cum omnibus grammaticorum scriptis, tum imprimis posterioribus Prisciani libris duobus, qui de linguae latinae et graecae tractant constructione, evenit, ut hos qui in priscam integritatem restituere conetur, gravissimum sane onus sine bonorum codicum auxilio non perferendum sibi iniungat. Graeca enim Prisciano cumulata exempla (et in his tota est sita difficultas), quae emendate ex scriptis edantur, omni digna sunt labore; nam nec ipsius Prisciani auctoritas parva est, et si hunc pleraque illa loca non ex suis dedisse codicibus, sed de veterum grammaticorum libris, Herodiani, Apollonii, aliorum hausisse memineris, multo magis augetur; inde qualem scriptoris locum illi legerint perspicere et cum nostra scripturae varietate componere possumus; quod si feceris, Prisciani lectionem ubique optimos sequi codices invenies ut hos ex nostro quoque aestimare valeamus. Exempla quae hoc apertum faciant infra plura videbimus. Nos igitur graeca cum nuperus editor minus haec attendisset, denuo adhibito Codice Monacensi saec. X. [Nro. 280, non ut apud Krehl. 182], cuius varietatem sedulo excerptam, nam Krehlio librum hunc manibus versari non licuit nec ubique vera inde relata inveni, multis auximus locis, sub examen vocare instituimus. Theologum doctum quem in hac re tantopere

aliorum commovisse bilem doleo *), philologorum gregi sese non accingentem, si saepius in aliam discedere cogar sententiam vel si forte iniquum mihi excidisse censeat verbum, facile veniam daturum esse confido.

Plurima exempla ex graecis scriptoribus quos cum latinis conferat, cum laudentur a Prisciano, factum ut librarii qui graecarum litterarum satis erant rudes neque quis esset sensus intelligebant, aut negligenter ea describerent, aut ne insueto onere premerentur prorsus omitterent.

Quod si illud evenit, plerumque quaedam supersunt aenigmatis explicatu difficiliora, e quibus multo minus si, quod in recentioribus haud raro fieri solet codicibus, graecae latinis exaratae sunt litteris, te expedias. Alterum si occurrit, neque quidquam in codicibus restat graecorum locorum, auxilium ferre inane est; sed lacuna tamen quaevis erit notanda. Id in his libris, quam quis accidisse putet, frequentius accidit neque ab editoribus animadversum. Est enim moris Prisciano constantis lemmatis praepositis, loca ex graecis scriptoribus sumpta, quibus illa stabiliantur, cum latinis exemplis subiungere. Sed exstant quaedam lemmata, graecis auctorum locis destituta, additis tamen latinis. v. c. tom. II. pag. 196 Kr.

Attici dicunt ἄπιστος τούτου καὶ πρὸς τοῦτον. *Similiter nos perfidus et infidus et fidus isti et ad istum. Lucanus in octavo: Quamque*

---

*) . . . *nuperus editor rem pessime gessit qui utinam manum a scriptore abstinere quam novis erroribus cumulare maluisset . . . verum in locis graecorum scriptorum a Prisciano positis pedem certum figere nunc non licet; adeo a librariis et editoribus male habitus fuit Priscianus.* Schneiderus ad Xenoph. Hellen. pag. 258. conf. Buttm. ad Plat. Critonem pag. 109. Sed praeter Putschii editionem et codicis Monac. varietatem nullum quo multum iuvari posset, Krehlius adhibuit librum; utinamne praestantis codicis qui Heidelb. apud eum audit, lectionem neglexisset. Hanc alteram Prisciani partem quattuor codd. collatam ab Anglis insertam exstare novae Scapulae editioni, Henr. Schaeferus me docuit; librum in quo haud scio an multa quae mihi primus emendasse videor, iam restituta sint, hac in urbe frustra quaesivi.

fuit laeto per tres infida triumphos. tam misero fortuna minor. Virgilius in nono: Hic Dardanio Anchisae armiger ante fuit fidusque ad limina custos.

Vides utramque latinam phrasim firmari; illas Atticorum omni privatas esse argumento, quod non Prisciani factum culpa qui quam plurima graecorum exempla congerere studet, sed librariorum negligentia, qui primas litteras quae lemmata efficiunt ascripsisse contenti, ut onus sibi levarent, dedita opera reliqua omitterent.

Similiter pag. 203:

Illi ἐγκατέσκηψεν εἰς τόνδε τὸν τόπον καὶ ἐν τῷδε καὶ περὶ τόνδε. nos quoque: Astitit illum locum et illo et illi et circa illum. Virgil. . .

Item desideratur graecum exemplum, nec dubito quin Priscianus hunc Thucydidis locum tam aptum posuerit, II, 46 *λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι καὶ περὶ Λῆμνον καὶ ἐν ἄλλοις χωρίοις.* Quae quoniam semel monitus facile quisque potest observare quum quae exciderint graeca nisi melioribus fortasse codicibus instructus nemo demonstraverit, ne longus sim missa faciam.

Sed est tertia quoque ratio quae quanta socordia librarii haec dederint, dilucide ostendit. Nam ex pluribus auctorum locis a Prisciano simul laudatis illorum negligentia priores quasdam primi litteras et postremi ultimas omnibus quae interposita leguntur omissis, servavit, cuius rei memorabile exemplum est codex vetustissimus ex monasterio Tegernsee Monachium translatus, membranaceus decimi aut noni seculi quo nullum vidi pulcrius scriptum librum, scholiis ex alio auctus, et quod ad latina, futuro editori minime negligendus. At pessimus et nullius usus est in graecis turpi isto librarii more tam male affectus v. c. pag. 186:

Μένανδρος: ἵν' οὐχ ἑαυτῷ παρετράφην, ἀλλά σοι· τοῦτ' ἐστιν οὐχ ἐμαυτῷ

ille codex haec habet *ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΙΝ ΟΥΧ ΕΜΑΥΤΩ.* et sic ubique fere. Quod cum non in hoc solum co-

dice, sed et aliis factum esse probabile sit, quaedam quae nulla emendari possunt sagacitate, exstare patet.

Has difficultates multo magis augent principes Prisciani editiones quae in graecis nunquam fere cum scriptis vetustis consentiunt, et pleraque omnia toto caelo distantia ab iis quae Putschius edidit, nostrique habent codices, exhibent. Imprimis ex Aristophanis Pluto et nubibus multa recensentur loca quo factum ut Dobraeus ad Plut. v. 236 omnia quae Putschius omisit, ex mala alicuius sedulitate forsan lacunas explere studentis in Aldi codices irrepsisse suspicaretur. Facile ita esse tibi persuadeas, si revera in Aldino libro primum comparerent; tunc enim temporis plurimi graeci scriptores ex Aldi officina exierant diu multumque vulgati, ut scriptorum loca diligenter manibus versatorum Prisciano inculcata fuisse non mirum esset. At omnia iam Editio Veneta anni 1492 *) et fort. alia hanc aetate praecedens praebet, quod utcunque sit, res mira, si neque Aristophanis fabulas, neque Euripidis Hecubam, vel Demosth. Xenoph. Luciani scripta illo anno excusa lucem aspexisse animadverteris.

Quicunque igitur illa interpolavit, non impressis, sed scriptis libris uti potuit quibus instructus quae apta essent lemmatis latinis, graecis inculcaret verbis, quam diligentiam in rebus grammaticis iisque minutissimis vix illa aetate exspectes, et si quis quam multa ex Prisciano exciderint graeca, quae nequicquam in nostris quaeruntur libris, perpenderit, imo hos ipsos valde inter se distare, cum quae alii exhibeant, in aliis sint omissa (et deperditorum quaedam loca, quae in Monacensi nostro desunt, in suis invenit libris Putschius, ut Eupolis versum tom. II. pag. 230. **), denique veteres editores co-

---

*) In praefatione haec leguntur: *Quae omnia summo studio et ingenti emendavit recognovitque Benedictus Brugnolus Veronensis vir latina et graeca lingua eruditissimus.*

**) Haec desunt in Cod. Mon.

(*Nos longo tempore. ὀσφραίνομαι τοῦδε καὶ τόδε. Εὔπολις αἰξίν. Προςένεγκέ μοι ἐγγὺς τὸ στόμα ὀσφραίνεσθαι τὸ σόν.*)

dices et vetustos, quorum magna in Italia copia, et bonos quod multis ostendi potest exemplis, excussisse, dubitatio illa de interpolatione multo magis minuatur necesse est.

Praeterea notandum Venetam editionem hic illic lacunas exhibere, postea ab aliis suppletas; de suo omnia an quaedam ex libris, quaerendum; cuius generis exemplum exstat tomo II. pag. 201.

Subaudiendum est hic quoque ara . Demosthenes ἐν τῷ πρὸς . . . . ἐπισκοπεῖν. Terentius . . .

Edit. Veneta post *ara* totius versus habet lacunam; desunt enim graeca, et tum pergit *Terent. Ad.* At expleta lacuna in Edit. Mediol. 1511 his verbis:

τουτο εστι το υγιαινειν και το πλουτειν τοσε λεγειν δωσωσσοι ου μεσυφρανει αλλα τοδι δοναι μαλιστα

quae eadem Krehlius ex Veneta II, 1496, laudat addens: *haec quid sibi velint, ingenue fateor, non intelligo.* Si de suo intulit editor, eum tale quid interpolasse patet quod sit aptum ei de quo apud Priscianum sermo. Quis enim credat hunc grammatici sensum minime attendentem proxima quaevis, sive apta, sive inepta, vel sensu cassa infersisse? At ex codice si translata, qui illa nobis servavit gratias agendum; quod haud scio an nostro hoc loco sit faciendum. Haec enim verba: *τοῦτό ἐστι τὸ ὑγιαίνειν καὶ πλουτεῖν. τὸ σὲ λέγειν δώσω σοι, οὐ με εὐφρανεῖ, ἀλλὰ τὸ διδόναι μάλιστα·* nil nisi explicatio loci cuiusdam, quem desideramus, videntur, ut docent *τοῦτ' ἐστι.* Scita sententia quam nusquam legere memini; certe memoriae non inhaesit.

Maximi vero est momenti, si in Veneta Editione praeposito scriptoris nomine cuius verba sequi debebant, lacuna exstat; etenim hoc certissimum est argumentum, non de suo ab editore factum esse, sed ex scriptis Pri-

---

quae primus dedit Putschius, sed et hic alterum excidit exemplum quo *ὀσφραίνομαι τοῖδε* prolatum erat; ceterum *ὀσφραίνεσθαι* ex lemmate translatum in versum, reponendumque *ὀσφρέσθαι*, ut vidit iam Elmsleius ad Acharn. et Dobr. ad Plut. v. 897.

sciani libris, sive exciderant in his graeca, sive tam male erant exarata ut nihil possent eruere. Qui si nulla codicum uterentur auctoritate, neque scriptoris nomen, nedum lacunam posuissent, sed ut aliis in locis verba ipsa sive addito sive omisso auctoris nomine dedissent; v. c. pag. 200. legitur.

Herodotus in primo: ἐλπίζων γὰρ ὁ Ἀλυάττης σιτοδηΐην τε εἶναι ἰσχυρὴν ἐν τῇ Μιλήτῳ καὶ τὸν λεὼν τετρύσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ. *Virgilius* . . .

Veneta autem haec:

Herod. G. Thucydides *Virgil.*

lacunam explet Mediol. item Veneta II. ap. Kr. ἐλπίσας τε μέγα ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον. Quare persuasum tibi habeas, quamquam Thucydidis nomen *) et verba in utroque nostro codice, item apud Putschium desiderentur, Priscianum non omisisse, cum tam aptum exemplum sit nec in hac re editores fraudis accusari possint.

Item pag. 191. Aristophanis locus ex nub. 925. οἶμοι σοφίας ἧς ἐμνήσθης in nostris codicibus, item apud Putschium deest, uncisque inclusit Krehlius; Verba ipsa omissa in Veneta nostra, sed lacuna ibi nomine addito notata est; sic enim habet:

Isocrates Panegyrico *Demosthenes in philippicis*
Aristophanes *Virgil.* . . .

Vides omnia graeca deesse et Isocratis et Demosthenis

---

*) Nomina quoque in codicibus desiderari, non mirum; Priscianus semper graeca dedit, Θουκιδίδης ἐν τῷ πρώτῳ, non *Thucydides in primo;* sic pag. 92 *Hyperides,* Cod. Mon. Ὑπερείδης; pag. 70 *Isaeus* Cod. Mon. Ἰσαῖος; alii latinis haec scribebant litteris, unde factum ut ceteris omissis interdum scriptorum restent nomina. Veteres editiones, si auctor laudatur, verba autem neglecta sunt, nec spatium vacuum relictum, ubique *G* addunt, qua graeca excidisse notatur; sic in Sapphus versu tom. I. pag. 36.

ἀλλὰ τύιδ' ἔλθ' αἴ ποκα κατ' ἔρῶτα

in Victorii codice adiectum; *G. R. lingua deest.* inde ni fallor docemur, si littera illa *G* adiecta in editorum codicibus non exstitisse graeca; si lacunam dederunt, haec quidem fuisse, sed tam male ut nihil inde possent reddere.

quae in nostris leguntur libris, nil nisi nomina in codice quo editor usus scripta erant aut legi poterant et cum fide Aristophanis nomen una cum Isocratis et Demosthenis verbis neglectis servavit. In Mediol. item Isocrati et Demostheni spatium vacuum relictum, sed Aristophanis verba iam apparent *οἴμοι κτλ.* quem ex codice fluxisse non certo affirmarim; fort. ab alio qui lectitabat illam fabulam, de suo adiectus; nam idem locus interpolatus est tom. II. pag. 233. Kr. in vett. editt. *Illi μεμνημαι καὶ ἐμνσθις σοφια ἄ. Homerus G. Similiter nostri;* At hoc certissimum est Aristophanis locum quendam a Prisciano fuisse laudatum eumque antiquitus fort. in codicibus editoris exstitisse. Quare nomen certe comici stellulis affixis, si illa interpolatoris esse censeas, ut ego censeo, reddendum.

Aliud mirum exemplum est pag. 220. ubi nunc legitur:

Isocrates in Aeginetico: ἐκ ποίας δ' ἂν οἰκίας ἥδιον υἱὸν εἶδεν αὐτῷ κατὰ τοὺς νόμους εἰσποιηθέντα μᾶλλον. Πολὺ μᾶλλον καὶ πολὺ μάλιστα. Similiter quoque nostri . . .

Codex Monac.

Isocrates ΑΙΓΙΝΗΤΙΚΟΥ ΕΚ ΠΟΙΑϹ ΔΑΝ ΟΙΚΕΙΑϹ ΑΠΟΝΙΔΙΟΝ VΙΟΝ ΕΙΔΕΝ ΑΠΟΥ ΜΑΟΟΝ. ΠΟΛΙ pro ΠΟΛΙ ΜΑΛΛΟΝ Similiter quoque nostri . . .

leguntur §. 46. Bkk. qui ex *Γ* edidit *εἶδεν υἱὸν* pro simplici *εἶδεν*, omisso *υἱὸν*; multo melius quam apud Priscianum commutatis verbis *υἱὸν εἶδεν* exstat, ne quod maxime fugit Isocrates duo eiusdem sonus vocabula concurrant *ἥδιον υἷον εἶδεν*; reliqua in Monac. desunt. At Venetae editt. haec habent

Aristophanes οδε πολ' λῶ Isocratis ait π' ἀλλ' ἔνιους εστ εξολ'ωλ'εκῶς. Nostri . . .

Krehlius laudatis *Aristophanes ὁδε πολλῶ*, quae ut Isocratis verba afferuntur neglexit. Leguntur quoque in Mediol. et Ascens.; desunt in Ald. et quae hanc sequuntur. Num de suo haec intulit editor? vix alii fidem praestabunt, si quae Isocratis laudantur, ne esse quidem

rhetoris demonstravero; est enim Aristophanis versus ex Plut. v. 867.

ὁ δὲ
πολὺ μᾶλλον ἐνίους ἐστὶν ἐξολωλεκώς.

quominus typothetae negligentia disjecta credas, verba *Isocratis ait* i. e. *Isocrates αἰγινητικῷ* impediunt; sic ab ipso Prisciano hic locus profectus esse videatur.

Item pag. 198. Krehlius edidit:

> *Illi εἷς ἕκαστος; nos unusquisque Plato πολιτειῶν* III. *ὅτι εἷς ἕκαστος ἓν μὲν ἂν ἐπιτήδευμα καλῶς ἐπιτηδεύοι, πολλὰ δὲ οὔ. Salustius . . .*

Verba *illi εἷς ἕκαστος, nos unusquisque* editor de suo addidit; veteres vero editt. quod ille neglexit haec legunt:

> *ενος εκαστου περιουσία διδοσθω· ut Plato G. Xenophon. τοντων ωυτερω βουλεσθε ὦ ἀνδρες αθηναιοιο τῶν ομωκρινεσθως αν οι ανδρες κατα ενα εκαστον. Salustius . . .*

locus ex Hellen. I, 7, 23. *τούτων ὁποτέρῳ βούλεσθε ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τῷ νόμῳ κρινέσθωσαν οἱ ἄνδρες κατὰ ἕνα ἕκαστον διῃρημένων τῆς ἡμερᾶς τριῶν μερῶν.* Et illa iam leguntur in Veneta 1492; prodiit vero Xenophontis edit. princeps 1516. Et haec quidem veteres editiones etiamsi multis locis interpolatas, non prorsus esse negligendas doceant.

Nunc, ne supra dicta a me videantur ficta, exempla quaedam, quae quam multa scriptorum invito Prisciano exciderint loca, demonstrent, adducamus. Pag. 265:

> *Attici τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τούτου τοῦ τρόπου ποιοῦμεν τόδε. Salustius in Catilinario: cum domos atque villas videas in modum urbium aedificatas. Θουκιδίδης δευτέρᾳ. Ἕως μὲν τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτουν.*

Primum corrigas *τούτῳ τῷ τρόπῳ*; illud enim neque Atticum, neque Graecum est. Alterum desiderari exemplum non est quod moneam; sed verba illa quae ex Thucydidis laudantur secundo, hausta sunt ex Demosthenis oratione *πρὸς Λεπτ.* pag. 484. ubi ita legitur: *καὶ γάρ τοι τότε μὲν τεως τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτουν,*

τοῖς μὲν ὑπάρχουσι νόμοις ἐχρῶντο, καινοὺς δ' οὐκ ἐτίθεσαν· ἐπειδὴ δὲ κτλ. et ne quidquam sit dubitationis, en tibi Thucydidis verba, ex secundo ut recte notavit Priscianus, cap. 34:

> *Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χειμῶνι οἱ Ἀθηναῖοι τῷ πατρίῳ νόμῳ χρώμενοι δημοσίᾳ ταφοὺς ἐποιήσαντο τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρῶτον ἀποθανούτων, τρόπῳ τοιῷδε·*

Pag. 267.

> *Illi ὑπὸ σοῦ καὶ ὑπὸ σοὶ καὶ ὑπὸ σέ. Δημοσθένης Φιλιππικῶν Α: Μικρὰ τῶν πρότερον ῥηθέντων ὑπ' ἐμοῦ μνημονεύσαντας. Herodotus in I. ἐστρατεύοντο δὲ ὑπὸ συρίγγων καὶ πηκτίδων καὶ αὐλῶν. Demosthenes Philippicis τῶν τὲν Ἑλλήνων οἱ μὲν ὑφ' ὑμῖν, οἱ δὲ ὑπὸ Λακεδαιμονίοις ἦσαν. Herodotus ὑπὸ τὸν νηὸν κατα.*

ita in Codice quoque Monac. nisi quod initio pro *ὑπ' ἐμοῦ* ibi exstat *ΥΠΕΟΜΟΥ* litteris transpositis. In his nihil requiras; quaeque enim supra posita phrasis suo firmatur exemplo, modo illa *τῶν μὲν Ἑλλήνων . . .* in Demosthenis legerentur orationibus. Sunt enim verba Isocratis ex Panegyrici §. 16:

> *τῶν γὰρ Ἑλλήνων οἱ μὲν ὑφ' ἡμῖν, οἱ δ' ὑπὸ Λακεδαιμονίοις εἰσίν· αἱ γὰρ πολιτεῖαι κτλ.*

pro *γὰρ* Codex Mon. quod Krehlius quoque dedit, *μὲν*; Putschius *δὲ* in suis invenit libris; eodem codice firmatur quod Bekk. ex *Γ* posuit, *ὑφ' ἡμῖν* pro vulgato *ἐφ' ἡμῖν*. Excidit itaque Isocratis nomen et illa *Demosthenes Philippicis* ex superioribus graecis translata dixerim, nisi revera locus quem Priscianum ad partes vocasse puto, in Philippica II. pag. 67 R. inveniretur:

> *τί δήποτε; ὅτι πρὸς πλεονεξίαν, οἶμαι, καὶ τὸ πάνθ' ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι τοὺς λογισμοὺς ἐξετάζων . . . εἶδε τοῦτο ὀρθῶς . . .*

haud raro plus unum exemplum allegat, nec est quod quis in hoc offendat. Herodoti verba mutila sumpta ex I, 51: *μετεκινήθησαν δὲ καὶ οὗτοι ὑπὸ τὸν νηὸν κατακαέντα.*

Integer locus servatus est in codice Monac. quem nos primi in lucem trahamus, pag. 263.

Attici τοσούτου διήνεγκεν, ὅσῳ. καὶ τοσοῦτον διήνεγκεν ὅσον κρεῖττον ἐστί. Ἰσοκράτης κτλ.

ita edidit Krehlius ex Monac. ut dicit; Putschius vero haec habet:

*Attici*** ἐκείνῳ τοῦτο λοιδορεῖν ἐνόμιζον ὅσον κρεῖττον ἐστιν ΑΙΝΕΡΗΑΙΚΟΣ. Ἰσοκράτης κτλ.*

quae nemini placere posse Krehlius iudicat, sed nemini placere quae ipse dederit certo scio; quid enim illud κρεῖττον? At qui quae lateant in illis monstris quorum loco ex Monac. Krehlius affert *ΝΑΝΝeΡΥΙΝaΙΚΟC* divinaverit verba quaeque eorum sit sententia, ne is non minimae est sagacitatis. Nemo tamen ex his litteris sanum quid restituat, cum librariorum negligentia tam multa exciderint, quae integro sensu servavit codex noster cuius scripturam cum fide notemus:

ΤΩΟΥ ΤΟΥ ΑΙΝΕCΚΕΝ ΟCΩ ΚΑΙ ΤΟCΟΥΤΟΝ ΑΙΝΝΕΓΚΕΝ ΟCΟΝ. ΑΙCΧΥΝΗC ΑΞΙΟΧΟΙ ΚΑΙ ΤΟCΟΥΤωΝ ΕΚΕΙΝΟ ΤΟΥΤΟΥ ΔΙΑΦΕΡΕΙΝ ΕΝΟΜΙΖΟΝ ΟCΟΝ ΚΡΙΤΤΟΝ ΕCΤΙΝ ΑΝΝΕΡΙγΝΑΙΚΟC ΙCΟΚΠΑΤΝC ΕΝ ΤωΙ ΠΕΡΙ ΤΕC ΕΙΡΝΝΗC κ. τ. λ.

Nunc quid velit istud κρεῖττον apparet, neque iniuria alcunae signa a Putschio addita sunt. Citius alii ἀνὴρ γυναικὸς reponent; sed sententia haec tam trita et oratorum et tragicorum scriptis ut nullo negotio iam veram lectionem reponere valeamus:

τοσούτῳ διήνεγκεν ὅσῳ, καὶ τοσοῦτον διήνεγκεν ὅσον· Αἰσχίνης Ἀξιόχῳ· καὶ τοσοῦτον ἐκεῖνο τούτου διαφέρειν ἐνόμιζον, ὅσον κρεῖττόν ἐστι ΘΑΝΕΙΝ Η ΖΗΝ ΑΙΣΧΡΩΣ. Ἰσοκράτης . . .

sic Isocrates πρὸς Νικ. §. 36. ἐὰν δ' ἀναγκαθῇς κινδυνεύειν αἱροῦ καλῶς τεθνᾶναι μᾶλλον ἢ ζῆν αἰσχρῶς. Panegyr. §. 95. ἀλλ' ὥσπερ τῶν ἀνδρῶν τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς εἱρετώτερὸν ἐστι καλῶς ἀποθανεῖν ἢ ζῆν αἰσχρῶς, οὕτω καὶ τῶν πόλεων ταῖς ὑπερεχούσαις λυσιτελεῖν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι μᾶλλον ἢ δούλαις ὀφθῆναι γενομέναις; Plat.

Gorg. pag. 80. Bkk. Sed ne sic quidem omnia sunt restituta; desiderantur enim exempla Dativi, a Prisciano posita, quae ante verba *Αἰσχίνης* excidisse videntur. In Isocratis vero loco qui proxime sequitur §. 143. Bkk., nescio cur scripserit Krehlius *τοσούτῳ δὲ μακαριώτεροι*, cum et Putschius et codex Monac. (de utroque tacet) *τοσοῦτον δὲ μακαριώτατοι* exhibeant, quod Isocratem scripsisse nullum est dubium; prius Priscianus ipse nisi in seqq. *ὕσῳ* corrigas, flagitat, et plures Isocratis dant libri, quamvis nihil apud Bekkerum; superlativus, sed *μακαριστότατοι* in orat. *περὶ ἀντιδ.* pag. 50. Orell. exstat. Codex Monac. non *λαμβανωσιν*, quod Kr. pulcre edidit, sed *λαμβάνοσυν*, i. e. *λαμβάνουσιν*. *δόξας* quod apud Prisc. pro *δωρέας* legitur, vitium non auctoris, sed librariorum est.

Idem accidit pag. 93.

> *Euripides ὦ θεοὶ πατρῷοι συγγένεσθε ἀλλὰ νῦν: ἀλλὰ dixit pro saltem.*

Codex Monac. *Ω ΘΕΟΙ ΠΑΤΡΩΟ ΥΝΓΕΝΕΣΘΕ ΤΕ ΑΛΛΑ ΝΙΝ.* Falsum esse putant Priscianum [conf. Pors. ad Phoen. v. 28.] Sophoclis verba pro Euripidis venditantem, nec sane aliter in nostro vetusto legitur. Sed in Veneta haec apparent *υμεις δε μαλλα θυγατρι συμφονευσα τελλα.* Haec Euripidis esse nemo vidit, Hecub. v. 395.

> *ὑμεῖς δὲ μ' ἀλλὰ θυγατρὶ συμφονεύσατε.*

Non igitur lapsus est Priscianus in citandis scriptoribus, sed alter locus, Euripidis servato nomine, quod saepe factum, excidit, quem Sophoclis secuta sunt verba. Simile accidisse puto pag. 90:

> *Et iuste pro vere, vel vere pro iuste et satis pro sufficiens. Euripides Αἰάντος δίκαιος γόνος pro ἀληθής.*

sic et uterque noster codex. *Est haud dubie Sophoclis locus, nec Αἴαντος, sed Αἴαντι legendum* Krehlius. Nititur haec conjectura pag. 202, ubi idem locus sic laudatur:

> *Iustum pro vero, et verum pro iusto frequenter tam nos quam Attici ponimus. Sophocles Αἴαντι: δίκαιος γόνος pro vero.*

Godofr. Hermannus, Krehlius adnotat, *respici putat Aiacem Soph.* 547.

εἴπερ δικαίως ἔστ᾽ ἐμὸς τὰ πατρόθεν.

Hoc mihi non tantum probabile, sed certum videtur. Nam frequenter Priscianum locos scriptorum confudisse, turbasse, et corrupisse, id nemo facile negaverit.

Nos vero facile negamus Priscianum vel unum scriptoris locum corrupisse; scio quidem alia nunc legi in grammatico nostro, alia in scriptoribus quorum loca laudantur; at scio etiam alia in codicibus Prisciani, quae cum scriptoribus conveniunt, alia in Prisciani editionibus, et imprimis in hac Krehlii, quae ab illis dissentiunt exstare; et si illo modo ratiocinari velis, fateare necesse est, Priscianum non modo auctorum loca corrupisse, sed linguae graecae omnino imperitum atque rudem fuisse; tam mira, tam magna linguae vitia quavis affluunt pagina. Ut ad nostrum redeamus locum, quis censeat, si revera sunt Sophoclis verba, ut posteriore laudantur loco, Priscianum paulo ante Euripidis esse dixisse neque errorem suum, qui apertus est quemque ipse intellexit, correxisse? Exciderunt alterius poetae verba, sive quae nunc restant auctor scripsit, sive ad iambici versus rationem vocibus commutatis *δίκαιος Αἴαντος γόνος*. Hic enim reponendum *Αἴαντος*, quod et codicum suadent vestigia; Monacensis ita: *ΑΙΑΝΤΙΔΚΑΙΟϹ ΓΟΝΟϹ*; alter Tegerns. vetustior sic: *ΑΙΑΝΤ ϹΟΚΑΙΟϹ ΓΟΝΟϹ* in quo, quod priore loco scriptum exstat, sive Euripidis, sive Sophoclis *Αἴαντος δίκαιος γόνος* latere quisque videt.

Pag. 180.

Illi βαρύνομαι τούτῳ καὶ τοῦτο. Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτήτῃ· Μὴ βαρυνθῶσιν κακῇ ὀσμῇ πρὸ τοῦ δέοντος. Idem ἐν Τραχινίαις· Κακοῖσιν οἷς ἐγὼ βαρύνομαι. Κρατῖνος Χείροσι· Μὴ ξυντυχίαν βαρυνόμενοι·

βαρύνομαι τούτῳ καὶ τοῦτο. haec, Kr. inquit, *ego dedi ex codice Monac.; pessime Putschius βαρύνομαι τούτου καὶ ὑπὸ τούτου βαρύνομαι.* Idem Putschius locum sic dedit:

Σοφοκλῆς ἐν Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ· Ὀσμῆς μόνον ὡς μὴ βαρυνθήσεσθε μου ἀντὶ τοῦ ὑπο τῆς ὀσμῆς·

huic versui iam Porsonus ad Aristoph. Aves v. 1238. pag. 424. Lips. consuluit, sed lemmate deceptus correxit *ὀσμῇ*, quem sequitur Dobraeus in addendis qui priora illa Sophoclis interpolata esse in Aldina editione optime vidit. Codex Monacens. sic:

Illi ΒΑΡΥΝΟΜΑΙ ΚΑΙ ΤΟΥΤΟΥ ΚΑΙ ΥΠΟ ΤΟΥΤΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ [haec eadem exstant in Codice Tegernsee. quae sequuntur, ibi omissa] ϹΟΦΟΚΛΗϹ ΕΝΦΙΛΟΚΤΗΤΗΙ τωι ΕΝ ΤΡΟΙΑΙ ΟϹ ΜΗϹ ΜΟΥ ΟΠωϹ ΜΗ ΒΑΡΥΝΕΗϹΕϹ. ee. ΜΟΥ ΑΝΤΙ ΤΟΥ ΥΠΟ ΤΗϹ ΟϹΜΗϹ.

Ergo quae majoris sunt momenti in Codice nostro, omittit Editor, quaeque affert, falsa affert, sive sua, sive vicarii negligentia. *μόνον* quod apud Putchium, verum est; *ὅπως* etiam antiquae editiones, ut non sit dubitandum, quin utrumque conjungendum:

ὀσμῆς μόνον ὅπως μὴ βαρυνθήσεσθέ μου,

alia Hermannus ad Sophoclis Philoct. v. 878. Pergit codex:

ΚΡΑΤΙΝΟϹ ΕΝ ΤΙΑ ΟΥ ΤΟΙϹ ΜΝΞΙΝΤΥΧΕΙΑΤ ΒΑΡΥΝΟΜΕΝΟΥ.

Krehlius unde sumpserit *ἐν χείροσιν*, nec docet et ipse fortasse ignoravit; veteres enim editiones haec verba omittunt, et apud Putschium, de quo ille tacet, quod noster innuit codex, excusum *Κρατῖνος ἐν Πλούτοις*.

Pag. 180. in Euripidis loco ex Hippolyto codex pro *εἰσεδέρκετο* legit *εἰσέρκετο*; qui hunc proxime sequitur: *Idem ἐν Ἑκάβῃ, Δακρύω σ᾽ εἰσορῶν πόλιν τε σὴν τὴν τ᾽ ἀρείως θανοῦσαν ἔκγονον σέθεν.* prorsus omittit cum Putschii libris et fort. ab Veneto editore de suo adiectus est. Haec excipiunt Menandri verba:

Μένανδρος Ἐπιτρόποις· Εὔσειμι πρὸς σέ· κείνην λέγεις, ἄρτι γὰρ νοῶ.

Sic nulla auctoritate edidit Krehlius, qua ratione auctores non corrumpunt, sed ipsi corrumpuntur. Fabulae nomen Menandri non erat *Ἐπίτροποι*, sed *Ἐπιτρέποντες* et recte Codex noster et Putsch. *ἐν Ἐπιτρέπουσιν*. Multa Fabularum nomina corrupta in vulgatis libris leguntur.

In Varrone VII, 2. pag, 82. Bip. *Nam apud Accium in Philocteta. Lemnia quis* etc. ex Florent. restituimus *in Philocteta Lemnio.* Sic in Prisciani Libro VII. tom. I. pag. 195. legitur *Novius in Lignaria: Signare oportet frontem calida forcipe.* Codices quidam *in signaria,* quod natum ex sequenti *signare;* nos pace Krehlii, qui *in signario* edidit, reponimus: *Novius in Liciniaria.* Ita enim scribendum esse, ex Gellio didicimus, qui Libro XV, 13. haec tradit:

> *Novius in Ligartaca verbum quod est utitur ex contraria parte dicit:*
>
> *Quia supellex multa, quae non utitur, emitur tamen.*

Sic vulgo. Edit. princ. et Venet. II. *Ligararta.* Codex, de quo saepius ad Varronem: *Ligatarca* quidem exhibet; sed in margine ab eadem manu emendatum legitur: *Liciniaria,* ex quo correptum *Lignaria.* Deinde noster *ЄІСІМІ ПРОС ЄКЄІННН.* mihi, qualis senarius fuerit, non liquet; cf. Meinecke pag. 66. probabile ante ἄρτι quaedam excidisse; quod ut censeam, alter suadet Codex, qui ex omnibus illis locis haec tantum praestat: *Euripides ЄN ІІІПλуТωІ ТЄФАΛРТІΣΑР NOΩ Romani* etc. mediis omissis.

Pag. 228.

> ...*Μένανδρος* [Cod. *Menander.* Tegerns. *Menander*]:
>
> *Γλυκέρα, τί κλάεις* [sic codd.] *ὀμνύω σοι τὸν Δία,*
>
> *Τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθήναν, φιλτάτη,*
>
> *Ὀμωμοκὼς καὶ πρότερον ἤδη πολλάκις.*

Idem in Misogyno:

> *ὄμνυμί σοι τὸν ἥλιον*
>
> *Ἢ μὲν ποιήσειν σοι γραφὴν κακώσεως.*

Sic Krehlius cum recte ceterae editiones *ἢ μὴν*; illud *μὲν,* plane ineptum, ut quisque scit, ex codicis Monac. auctoritate sumptum dicit, quod prorsus falsum est. Porsonus in Advers. pag. 293. [259 Lips.] Aldinae editionis fide fisus quae *εἰ μὴ ἔλθοις θήσειν* exhibet, *Lege,* inquit, *ἢ μὴν ἐπιθήσειν.* Markland ad Suppl. v. 1192. *ἢ μὴν ἐποίσειν* qui proxime verum accessit. Scribendum

ὄμνυμι

ὄμνυμί σοι τὸν ἥλιον,
ἢ μὴν ἀποίσειν σοὶ γραφὴν κακώσεως.

Et haec emendatio nostro vetusto nititur codice, in quo sic exaratum:

Idem immysogyno OMNIMγ COY TON HAIΩN NMHNA ΠΟΙCΕΙΝ COI ΓΡΑΦΗΝ KAKACEΩC.

Tegernsee. Codex paucis omnia his comprehendit:

Menander ΓΑΥΚΕΡΑ ΤΙ ΚΑΛΕΙC OMNIω idem in misogyno OMNIMI COI TON HAKOCEOC.

At idoneam mutandi causam se non videre doctissimus monet Menandri editor pag. 115; mihi vero vulgata ne graeca quidem est; recte quidem graeci dixerint γραφὴν ποιεῖσθαι, sed nunquam hoc sensu γραφὴν ποιεῖν invenitur; nam quod in oratione κατὰ στεφάνου pag. 1136 R. οἱ δὲ νόμοι καὶ περὶ τῶν τοιούτων γραφὴν πεποιήκασιν, aliud est et significat: leges permittunt etiam talia persequi. Deinde usitata et solemnis judicii formula est ἀποφέρειν γραφὴν ut Demosth. περὶ στεφ. ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος . . . Αἰσχίνης . . ἀπήνεγκε πρὸς τὸν ἄρχοντα παρανόμων γραφὴν κατὰ Κτησιφῶντος, et pag. 1332 R. προσκαλεσάμενος τὸν Πολύευκτον ἀποφέρει γραφὴν κατ᾽ αὐτοῦ κακώσεως πρὸς τὸν ἄρχοντα. pag. 622, ἐγὼ γοῦν . . ἀπώκνησ᾽ ἄν, εὖ ἴστε, καὶ αὐτὸς τὴν γραφὴν ταύτην ἀπενεγκεῖν, εἰ μὴ κ. τ. λ.

Pag. 220.

Μένανδρος.

μέμφομαί σοι τοῦθ᾽ ὅτι
χρηστά μέ λέγοντα οὐκ ἐποίησεν προσδοκᾶς

Bentleii notas Krehlius non inspexit qui optime hunc locum si quem alium Menandri restituit pag. 104.

μέμφομαί σοι τοῦτ᾽ ὅτι
χρηστά με λέγοντ᾽ οὐκ εὖ ποιήσειν προσδοκᾶς·

clare quoque in nostro codice scriptum *ΟΥΚΕΥ ΠΟΙΗCEN*, unde error natus, quamvis idem liber vitiose *ΧΡΗCΤΑ ΜΗ ΛΕΓΩΝ.*

Pag. 230.

Μένανδρος Μισογύνῃ·

Χαῖρ' ὦ Γλυκέρα· καὶ σὺ· πολλοστῷ χρόνῳ
Ὁρῶ σε

conf. Meinecke pag. 116. Codex noster. *ΜΕΝΑΝΔΡωC*
Υ
ΜΙCΟΓΙΝΝΙ, deinde *ΓΑΥΚΗΡΑ*. Non puto a Comico quod Bentleius conjecit *Γλυκέριον* scriptum fuisse, sed excidisse potius aliam vocem v. c. *χαῖρ' ὦ Γλυκέρα μοι. καὶ σὺ* . . ut Eurip. Phoen. v. 627. *μῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε.*

Pag. 270.

Attici φροντίζει τῶνδε καὶ τάδε καὶ περὶ τῶνδε. Μένανδρος Μισογύνῃ·

Ἀλλ' οὐ τὰ βίου 'νοσίως δεῖ φροντίσαι.

Sic nos ad accusativum: curo illam rem.

Hic plura desiderantur veterum loca. Krehlius: *'νοσίως* (*ἀνοσίως*) *dedi e conjectura pro ΝΩΝΙCΩΣ quod in edit. Putsch. legitur;* nempe in codice Monac. exstant haec: *ΑΛΟΥΤΑΒΙΟΥΝΟCΙΩC*; optime locum Bentleius restituit pag. 44.

ἀλλ' οὐ βιότου νῷν ἴσως δεῖ φροντίσαι.

Alia Menandrea ad Varronem dedimus pag. 118, ubi in fragmento iusto minor posita lacuna est ante litteras *ΤΤΑΛΟΝ*; multo maior exstat in schedis et senarii finis videtur vox *Θετταλόν.*

Pag. 206.

ἐπιστατήσει ὑμῶν καὶ ὑμῖν . Θεόπομπος Στρατιώτῃ.
Γυνὴ Θρασυμάχου ὑμῶν, γυνὴ καλῶς ἐπιστατήσει

Krehlius: *haec egregie restituit Putschius;* at non ex omni parte Putschius illa expedivit. Codex Monac. cuius lectio non maxima cum fide notata, sic exhibet:

ЄЄΟΤΤΟC CΤΡΑΤωΤΗCΙΝΝ ЄΡΑCΥΜΑΧΟΥ...
. . ΚΑΛΟC . . .

In hoc libro semper fere *Є* littera pro *Θ* apparet, ut paulo post *ΚΡΑΤΙΝΟC ЄΡΑΤΙΤΑΙC.* i. e. *θράτταις,* Optime edidit Putschius *θεόπομπος,* sive conjectura ductus, sive quod ego puto ex Codicibus suis; sed mendum in fabulae nomine exstat, facile ex nostro delendum: *Θεόπομπος στρατιώτισιν;* versus qui sequitur tetrameter catalecticus:

Ἡ Θρασυμάχου . . ὑμῶν γυνὴ καλῶς ἐπιστατήσει.

Pag. 224.

Φερεκράτης ἐν Χείροσι . Νῦν δ' ἄρ τι μοι τὸ γῆρας ἐντίθησιν οὖν. Nostri quoque nunc nuper.

Sic pessime apud Krehlium excusum, cum recte Putschius et codd.

νῦν δ' ἄρτι μοι τὸ γῆρας ἐντίθησι νοῦν.

conf. Lob. ad Phryn. pag. 20. Codex Monac. *Χείροσιν.* Cod. Tegerns. haec modo: *ΦΕΡΕΚΡΑΤΗϹ ΕΝ ΧΕΙΝΥΝ.* Ceterum hunc Pherecratis versum, ut puto, ante oculos habet Plato in Lachete pag. 270. Bkk. *χαίρω γάρ, ὦ Λυσίμαχε, τῷ ἀνδρὶ πλησιάζων καὶ οὐδὲν οἶμαι κακὸν εἶναι τὸ ὑπομιμνήσκεσθαι ὅ τι μὴ καλῶς ἢ πεποιήκαμεν ἢ ποιοῦμεν, ἀλλ' εἰς τὸν ἔπειτα βίον προμηθέστερον ἀνάγκη εἶναι τὸν ταῦτα μὴ φεύγοντα, ἀλλ' ἐθέλοντα κατὰ τὸ τοῦ Σόλωνος καὶ ἀξιοῦντα μανθάνειν ἕως περ ἂν ζῇ καὶ μὴ οἰόμενον αὐτῷ τὸ γῆρας νοῦν ἔχον προσιέναι;* ubi cave quod quis conjecit corrigas *αὐτὸ*; poetae intelligi verba vel Solonis docet mentio.

Ibidem

Φερεκράτης Πετάλῃ: Ὡς τοι κακὸν ὄζει ταμὰ μή τί γ' ἀλλὰ γλυκύ.

Ex conjectura Krehlius *πετάλῃ*; reliqui *πετάλοις.* Codex Tegerns. *ΦΕΡΕΚΡΑΤΗϹ ΚΡΑΠΤΕΜΑΓΑΥΚΥ* mediis more suo neglectis; alter vero Codex veram servavit lectionem; ibi enim dilucide exstat: *ΦΕΡΕΚΡΑΤΗϹ ΚΡΑΠΑΤΑΛΛΟΙϹ*, et quidem duplici λ; reliqua sagacioribus ut restituant, trado, quae sic in nostro:

ωϹ ΤΟΙΚΑΚΟΝ ΟΞΕΙ ΤΑΝΑ ΜΝΔΥΝΑΜΑ ΓΑΥΚΥ.

quod vett. edd. *Φερεκράτης: ὄζει τρυγὸς, μύρου ἐκεῖνος καὶ ὄζει τὰ μύρα* sumptum ex Arist. Nub. v. 50.

Pag. 247.

Attici. πονηρὸς τὴν τέχνην. Φρύνιχος Γραυσίν· Ἴδοις αἰτίαν ἔχει πονηρὸς εἶναι τὴν τέχνην.

Putschius versum ita dedit:

Φρύνιχος γράσω ἴδοις ἂν ἐκεῖνον ᾗ πονηρὸς εἶν ἀρνοῦ τέχνην.

Krehlius haec adnotat: *Equidem expressi apices quos e Cod. Monac. Riglerus notavit*: γραυσι. *Pherecratis eiusdem nominis fabula commemoratur in Lexico Seguer . . . igitur scrib.* φερεκράτης. De hac emendandi ratione taceamus; sed si Riglerus ex cod. Monac. re vera illa notavit, haud parum Krehlio imposuit; vix enim littera horum in vetusto invenitur, qui sic:

ω
ΦΡΥΝΙΧΟϹ ΤΡΑΤΟΔΟΙϹ ΑΙΠΑΝ . . .

i. e. *Φρύνιχος Τραγῴδοις*: reliqua in libro ut Krehlius edidit, quamvis Putschii scriptura alia suadet.

Pag. 71.

φρύνιχος ποαστρίαις· Ὥςπερ ἐμὸν αὐτοῦ ἴδιον·

Codex Mon. *Phroenichus*, ut idem pag. 198. *phroenichus*. Idem cum vett. edd. *αὐτῆς* quod versus flagitat; Putschius *αὐτοῦ*.

Pag. 188.

Illi dicunt ἔγγιοτα τόσον καὶ τόσοις καὶ τόσοι. . . Ἀλκαῖος Ἐνδυμίωνι· Ὀδ᾽ εἶχ᾽ ἑλὼν μῆνας ἐγγὺς τρεῖς ὅλους φρουρατὸν Ἐνδυμίωνα.

Sic Krehlius commodo sensu ex coniectura, ut videtur, ne *γρῦ* quidem monens de lectione quam in textu exhibuit; Putschius certe scripsit *ὁτηγέχελονμῆνας*, unde sua sumpsisse videtur editor. Pro *φρουρατὸν ἐνδυμίωνα* quod quivis restituat codex noster *ΦΡΟΥΡΑΤΟ ΝΕΔΥΜΙΟΝΑ*. Priora quamvis speciosa, si tragici senarium esse memineris, falsa invenies; metrum integrum servat Cod. Mon.

ΑΛΚΑΙΟϹ ΕΝΔΙΜΙΟΝΙ ΟΠΙΝΧΕΛΟΝΤΙ ΜΕΝΑϹ ΕΓΓΙϹ ΤΡΕΙϹ ΟΛΟΙϹ ΦΡΟΥΡΑΤΟ ΝΕΔΥΜΙΟΝΑ

obscura sane, et si locus coniecturae, ita fort. restituenda:

Ἀπῆχ᾽ ἑλόντι μῆνας ἐγγὺς τρεῖς ὅλους
φρουρᾷ τὸν Ἐνδυμίωνα . . . .

vox prima quidem *ὅπῃ* videtur, si vestigiis fides danda, cui aptum non exquiro verbum.

Pag. 248.

Attici προέχοντες τούτων καὶ τούτοις καὶ πολλῇ πάντων. Πλάτων Περιαλγεῖ. Ἀλλ᾽ ἡττῶντες οὐκ ἀνδρείως πολλῇ πάντων προέχοντες. Terentius in An-

dria: Quod plerique omnes faciunt adulescentuli. Ξενοφῶν Ἀναβάσεως τρίτῳ· Ἓν μόνον προέχοντες ἱππεῖς ἡμᾶς.

Prior locus in Monac. ut apud Krehlium exstat, qui optime restituit Περιαλγεῖ. idem ex Lindemanni emendatione dedit ἡττῶντες, quod quid sit equidem ignoro; metrum quoque neglectum, recte in codice observatum ЄΤΟΥΤЄCd; Putschius ἄλλης οὖν ἔοικ' quare videndum an non rectius fort. ἀλλ' αἰτοῦντες δ' οὐκ. Sed magis mirus locus Terentii graecis interjectus; omnia enim perturbata sunt; desiderantur exempla προέχοντες τούτων καὶ τούτοις.

H

In Xenophonte codex Monac. . . . ΤΡΙΤωΝΜΟΝ προέχοντες οἱ ἱππεῖς ἡμᾶς. deest igitur et in lemmate accusativi mentio. Terentii locus non totus ascriptus est; intellexisse enim videtur, si dedit Priscianus, quae sequuntur verba:

Horum ille nihil egregie praeter cetera Studebat.

Pag. 211.

Attici ἠράμην πόλεμον πρὸς τοῦτον καὶ τούτῳ. Πλάτων Περιαλγεῖ· πρῶτα μὲν Κλέωνι πόλεμον ἠράμην

Prior locus πρὸς τοῦτον excidit. Platonis versus non est trochaicus, sed iambicus, prima deficiente syllaba. Putschius Πλάτων περὶ Λάγιος. Codex noster ΠЄΡΙΛΠωC, unde certo reponendum:

Πλάτων Περιαλγεῖ
Ὡς πρῶτα μὲν Κλέωνι πόλεμον ἠράμην

conf. Porsonus ad Medeam v. 139. XII. Priscianus ex more integrum affert versum, non verba quaedam metro neglecto. Simile metri vitium legitur tom. II. p. 203.

Κρατῖνος ἐν Πυτίνῃ. Ἀτὰρ ἐννοοῦμαι δὴ τὰ γῆς μοχθηρίας τῆς ἠλιθιότητος τῆς ἐμῆς. *Similiter nos: cogito, quae sunt difficultates stoliditatis meae.*

Hic vox ἠλιθιότητος procul dubio ex interpretatione nata irrepsit; numeros servat et hoc loco Codex noster egregius exhibens ΤΗC ΗΙЄΙΤΝΤΟC. Illud Є ut monuimus, est Θ, unde repono:

Ἀτὰρ ἐννοοῦμαι δὴ τὰ τῆς μοχθηρίας
Τῆς ΕΥΘΥΤΗΤΟΣ τῆς ἐμῆς . . .

quod ut *εὐήθης* dictum *ὑποκοριστικῶς* pro *ἠλιθιότης*. Idem liber conjunctum dat *ΔΗΤΑ*. — In Cratini versu p. 271.

ὃς τὴν πίτυν
Ἔκαμπεν ἑστῶς χαμόθεν ἄκρας τῆς κόμης
Καθέλκων

scribendum esse *καθελκύων* quisque videt.

Pag. 214.

Attici κατακροᾶσθαι τούτου καὶ τοῦτον. Εὔπολις Προςπαλτίοις. Τί κατακροᾶταί μου τὰ μουσοδονήματα.

Codex noster: *ΚΑΤΑΚΡΟΑCΘΑΙ* hoc est: *κατακροᾶσθαι.*

Pag. 193.

Εὔπολις ἐν Δήμοις· Λεγ' ὅτου 'πιθυμεῖς καὶ οὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ.

Krehlius *ὅτου* ex Anecdotis dedit; editiones omnes cum Codice *λέγε τοῦ*; illud fort. melius; scripsit enim Priscianus *λέγε ὅτου*, ut paulo post *καὶ οὐδὲν*, et ita Graeci scribebant etiamsi *λέγ' ὅτου*, *κοὐδὲν* pronuntiabant. Conf. Aristoph. nub. v. 426.

λέγε νῦν ἡμῖν ὅ,τι σοι δρῶμεν θαῤῥῶν ὡς οὐκ ἀτυχήσεις.

Codex Monac. *ΑΤΥΧΗC.* in seqq. *idem Προςπαλτίοις· πάντα γὰρ τυχὼν ἄπει* clare *προςπαλτίοις* in Codice, et pro *ἄπει* exstat *ΑΙΠ.*

Pag. 182.

Abundat enim γὰρ. Πλάτων ἢ Κάνθαρος Συμμαχίᾳ· Τούτων ἤρξατο· ἐγὼ γὰρ ὑμῖν νῦν φράσω·

Krehlius: *haec ego dedi ex Msc. Monac. malui enim codicis lectionem exhibere, quam quae nulla auctoritate confirmata essent. Putschius Πλάτων ἢ κάνθαρος συμμαχεῖαν οὕτως ἤρξατο κ. τ. λ.* Codex Monacensis ad litteram sic:

ΠΛΑΤωΝ ΔΕΝ ΚΑΝΕΑΡΟC CΥΜΜΑΧΕΙ. Α ΤΟΥΤωΝΡΞΑΤΟ κ. τ. λ.

ι semper ascriptum apparet; sequenti igitur adhaesit voci et videtur littera magis *I* quam *T* esse. Illa vero *N*

non ad praecedens, sed ad sequens pertinet vocabulum et est *H* quod frequentissime in *N* transiit. Codex ergo Monac. nihil aliud exhibet, nisi *συμμαχείᾳ· οὕτω ἤρξατο*, pro quo alii *οὕτως*. haec codex; poeta quid dederit ignoramus; multa enim conjici possunt. Particula *δὲ* in *Πλάτων δὲ ἢ* ne quem offendat; eadem ratione pag. 264.

Illi τόσων ἐτῶν καὶ τόσοις ἔτεσιν καὶ τόσα ἔτη. Ὁ δὲ Αἰσχίνης ἐν Ἀλκιβιάδῃ· ὁ δ' Ἐρασίστρατος γεγονὼς ἤδη πεντήκοντα ἔτη.

sic Krehlius ex conjectura ut videtur; codex Monac. *ΟΛЄΡΑCΤΑ ΑΝΤΡΟΠωΙΝ se id NωCCЄδ Η ΠЄΝΤЄΚΟΝΤΑΠΗ.*

Pag. 197.

Sophocles Λακαίναις:

Θεοῖς ἄρ' οὔποτ' εἴ τι χρὴ βροτὸν λέγειν
Ἄρξασι Φρυξὶ τὴν κατ' Ἀργείους ὕβριν
Ξυναινῶ ταῦτα: μὴ μάχου βίᾳ.

Prisciani errorem esse censet Brunckius, *ξυναινέσαιμ' ἄν* corrigens; conjicias primum senarii pedem deesse; sed neque Prisciani est error, neque deficit, ut patet ex Codicis nostri vestigiis, qui habet *ΞΥΝΑΙΝЄωΤΑΤΑΥΤΑ* pùto *ξυναινέσω τοι ταῦτα* vel *τοιαῦτα; τοὶ* enim in gnomis tagicis frequentari, neque raro cum *τὰ* confundi constat. Idem *τοὶ* restituendum Menandro apud Gellium II, 23. pag. 143. Meinek. qui cum Heringa edidit:

ὄνος ἐν πιθήκοισι τὸ λεγόμενόν ἐστι δή.

Editiones ab Aldo, qui primus edendum curavit, *ὄνος ἐν πιθήκοις τί τὸ λεγόμενον ἐστὶ δή*; sed recte Editio princeps et quae hanc sequuntur usque ad Aldum:

ὄνος ἐν πιθήκοις ΤΟΙ τὸ λεγόμενόν ἐστι δή —

Sophoclis locus ex Antigone pag. 82. in codice Monac. una cum praecedente Thucydidis desideratur; codex vero Tegerns. Thucydidis verba bis exhibet sic: *ΤΝCγΑΛЄC* i. e. *Θουκιδίδης CΥΝΠΡЄCΒЄγΟΝΤΟ ΑΥΤΟC ΚΝΑΟΡΙΝC* [id est *καὶ Δωριῆς*; apud Putsch. *Δώριον*] *Η ΜЄΤΡΟΠΟΛΙΣ ΤωΝ ΛΑΚΝΔΟΡΝΝ ΜЄΤΡΟΠΟΛΙΣ ΤωΝ ΛΑΚЄΔΑΙΜΟΝΙΑΝ.* Sophoclis locus etiam in hoc libro deest.

Pag. 205.

Euripides in Alcmaeone: Ἐπεὶ τεκόντος οὐδὲν ἐντρέπῃ πατρός. *Sophocles in Oidipode* ἐπὶ Κολωνῷ. Ἦ καὶ δοκεῖτε τοῦ τυφλοῦ τιν' ἐντροπὴν ἢ φροντίδ' ἕξειν. *Idem in Tyranno* Μηδὲ παρεντραπῇς τόδε. *Alexis* Ἑλένης ἁρπαγῇ: Ἀκόλαζός ἐστι, τὴν δὲ πολιὰν οὐκ ἐντρέπεται.

Codex Tegerns. haec omnia more suo paucis contrahit: *Euripides in Alcmaeone* [ita et Monac] *ΤΟΥ ΤΕ ΚΟΤΟΡΟC Sophocles in Oidipodi ЄΡΙCΟΛΟΝΟ ΗΙC ΗΝΝ ΦЄΙΝ idem in tiranno ΜΗΤЄΙΤΑΡЄΝΤΡΑΠΗC ΤΟΜΑΝΟΥΚЄΝΤΡЄΠЄΤΑΙ.*

In Euripidis senario cum Grotio in Excerptis pag. 369. quem vide in notis pag. 955. Krehlius scripsit ἐπεὶ τεκόντος; vett. editiones ἐπ' οὔ τεκοντος, Putschius τί τοῦτ' ἑκόντος, id est τί τοῦ τεκόντος. Etiam leve mendum abstersum non negligendum. Codex Monac. *Ε ΤΤΟΥ ΤΕ ΚΟΤΟC ΟΥΔЄΝ ЄΝΡЄΠΗ ΠΑΤΡΟC.* corrige certo:

ἢ τοῦ τεκόντος οὐδὲν ἐντρέπῃ πατρός.

sequens Sophoclis locus etiam in Monac. mancus est: *Sophocles in oidipodi ЄΡΙ ΚΟΛΟΝΟΝ ΤΙ ΗΝΝΦΡΟΝΤΙΑΔЄΞЄΙΝ.*

Pag. 47.

Euripides in Hecuba · Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπὼν ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκεσται θεῶν Πολύδωρος alterum versum om. Putsch. et uterque codex. Monac. σκατου παλλας λειων. In Baccharum versu qui succedit Ἥκω Διὸς παῖς τήνδε Θηβαίαν χθόνα Διόνυσος, uterque liber θηβαιαν ΚΑΤΑ Διονυσος; iidem in Thucyd. loco ἥκω Θεμιστοκλῆς, pro vulg. Θεμ. ἥκω. Euripidis versum ex Hecuba pag. 174: *Εὐριπίδης*: Ἅ ἆ σίγα· κρυπτὰν βάσιν αἰσθάνομαι τῶνδε γυναικῶν et codices nostri et Putschius ignorant; Venetae edd. primae illa exhibent; plura ex Hecuba laudata loca quae editoribus magis quam Prisciani debemus codicibus; v. c. pag. 197, 196; 235. οὐχ ὄλεσε με ζεύς Hec. 236; pag. 251. ἱκετεύω λίσσομαί σε πρὸς θεῶν Hec. 280, 1117; pag. 250. vett. edd. *non nimius:* εἰσέρχεται τὴν πόλιν οὗτος. *Euripides* μόνον δὲ σὺν τέκνοισιν εἰσάγει δόμους ex Hec. 1138.

Pag. 415.

Alcman autem in primo catalectum trimetrum fecit habentem in quarto loco modo iambum, modo spondeum sic:

Νεοχμὸν ἄρχε παρθένοις ἀείδεν
Καὶ ναὸς ἁγνᾶς εὐπύργω θεράπνας.

Hic quarto loco spondeum habet.

Codex Monac. ita fere ut Edit. Ascens. *Νεομον . . παρσενοις αιειδεν . . ЄΥΠΥΡΓωС ЄΠΑΠΗΑС.* Quod Krehlius dedit ex Hermanni emendatione *νεοχμὸν*, et versus flagitat et exstat apud scholiastam Christianum Hermogenis pag. 400. Ald.

*ἡ μὲν στροφή ἐστιν ἡ πρώτη τεθεμένη περίοδος ἐκ δύο ἢ πλειόνων κώλων, ὁμοίων ἢ ἀνομοίων συγκειμένη ὡς παρὰ ἀλκμᾶνι *):*

μῶσ᾽ ἄγε καλλιόπα θύγατερ διὸς
*ἄρχ᾽ ἐρατῶν ἐπέων, ἐπὶ δ᾽ ἱερὸν **)*
ὕμνον καὶ χαρίεντα τίθει χόρον.

αὕτη γὰρ ἡ στροφὴ ἐκ τριῶν ἐστι κώλων δακτυλικῶν ἰσομέτρων συγκειμένη· ἐξ ἀνομοίων δὲ, ὡς τόδε:

μῶσ᾽ ἄγε μῶσα λίγεια, πολυμελὲς
*ἄειδε***) μέλος, νεοχμὸν ἄρχε παρθένοις*
καὶ ἀείδε.

sequens versus si praecedenti cohaeret, nec ad exemplum spondei demonstrandum quod equidem puto, aliunde haustus, legendum *θεράπναις*, et sane Aldina *θεραπαίναις* praestat.

Pag. 91.

Aristophanes Βοηθοῖς: Εὖ γὰρ εὖ πράττειν σε βούλομαι πόσα ἔτη ὅπως μετ᾽ ἐμοῦ ξυνέσῃ. Κρατῖνος ἐν Νεμέσει: Μεθύστερον ἐν χρόνῳ.

Hermannus apud Krehlium corrigit:

οὐ γὰρ εὖ
Πράττειν σε βούλομαί τι; πῶς λέγεις; ὅπως
Μεθ᾽ ἐμοῦ ξυνέσει·

Dobree ad Plutum v. 504.

---

*) Aldus *ἀλκμᾶν.* **) Aldus *ἐπὶ δι᾽ ἐρὸν.* ***) Aldus *ἀεὶ δὲ.*

Εὖ γάρ σε πράττειν βούλομαι 'γω. πῶς λέγεις;
ὅπως; μεθ' ἐμοῦ ξυνέσει·

quam transpositionem et mutationem nemini facile vir sagacissimus probabit. Sed vide codicum scripturam; illud *πῶς λέγεις* docti viri ex Putschio hauserunt, quem nihil invenisse puto in libris quam quae in nostris. Monacensis haec:

ΑΡΙϹΤΟΦΑΝΝϹ. ΒΟΝΘΟΙϹΕγ. ΤΑΡΕΥ ΠΡΑΤ ΤΕΙΝ ϹΕ ΒΟΥΛΟΜΑΙ ΠΟϹΑΕΤΕΥϹ ΟΠωϹ ΜΕ ΤΕΜΟΥ ΞΕΝΕϹΕ ΚΡΑΤΙΝΟϹ ΕΝ ΝΕΜΕϹΕΙ ΜΕΘΥϹΤΕΡωΙ ΕΧΡΟΝω.

Codex Tegerns. duobus locis in unum contractis:

ΑΡΙϹΤΟΦΑΝΝϹ ΒΟΝΕΟΙ ϹΕΥ ΤΑΡ ΕΥ ΠΡΑΤ-ΤΕΙΝ ϹΕ ΒΟΥΛΟΜΑΙ ΠΟϹΑΕΤΕΥϹ ΟΠωϹ ΜΕϹΕΙ ΜΕΕ ΥϹΤΕΡωΙ.

vides utrumque codicem exhibere *ποσα ετευς*; eadem et editio Ascensiana; inde ab Aldo *πόσα ἔτη*, in quo *πῶς λέγεις* latere putant. At non modo quae praecedunt, nulla indigent emendatione, sed hoc ipsum mirum *ετευς* quod corruptum videtur, verissimum est; est enim *ἔτ' εὖ σ'*. Unde imprimis illud supra iam repetitum *εὖ* neque delendum, neque mutandum acui et urgeri apparet; et hucusque *πόσα εὖ, quam multa talia εὖ* optime sese haberet, nisi metri adesset vitium, quod nullo negotio abstergi potest. Post litteram *Α* similes duo *ΑΑ*, quod frequenter in latinis fit codicibus, exciderunt. Reponendum igitur

εὖ γὰρ, εὖ
Πράττειν σὲ βούλομαι, πόσ' ἀλλ' ἔτ' εὖ σ' ὅπως
Μεθ' ἐμοῦ ξυνέσει.

Pag. 241.

Aristophanes Ποιήσει. Γυναῖκα δὲ ζητοῦντες ἕνα δ' οἶκον νυνὶ ἔασον εἶναι παρὰ σέ —

Pro ἐας ἵνα εἶ, Krehlius adnotat, *e Codice Manucripto Monacensi dedi ἔασον εἶναι. Nam hic liber exhibet haec: e ΑϹΙΝΕΙΝΑΙ. Vellem notasset Riglerus apices singulos huius loci; e quibus fortasse ad sanandum fragmentum medicinae aliquid peti posset.* Id

nos facimus, simulque verba emendare conamur; cf. Brunck. pag. 291. et pag. 210. In nostro Codice ad litteram:

ΓΥΝΑΙΚΑ ΔΕ Ζ ΗΤΟΙΝΤΕϹ ΕΝΑΔΕΘΙΚΟΜΝ-ΝΗΝΕΑϹΙΝΕΙΝΑΙ ΠΑΡΑ ϹΕ.

Ne litera quidem mutata, et vix una alterave addita, commodus inde exsistet sensus hic fere:

Γυναῖκα δὲ ζητοῦντες, ἐνθάδ' ἐθ' ἱκόμην,
Ἣν ἐᾷς συνεῖναι παρὰ σὲ . . . . .

Pag. 250.

Aristomenes Βοηθοῖς. Ἐπειδὴ τοὺς πρυτάνεις προσήλθομεν.

Codex noster *Cristomenes BONEIC*; etiam pag. 242. et 255. *Cristophanes* pro *Aristophanes*.

Pag. 269.

Φαίη λέγων. Ἀριστοφάνης Γεωργοῖς. Εἴ γε Κιλικίας αἷμα ἐξολοίμην, φαίη λέγων. Inveniuntur et nostri abundantia utentes ut LOQUERE DICENS et STUDE PROPERANS et similia.

Corrupta haec in Monac. leguntur, ut nos quidem verum restituere non valeamus; habet haec;

ΦΑΟΙ ΛΕΓωΝ. ΑΡΕΤΟΦΑΝΝΣ ΓΕωρIseirekia ΜΑΕΞΟΛΟΙΜΕΝ ΦΑΕΙΑΤΟΝ

ubi verae tamen lectionis vestigia haud obscure apparent. In Aristophanis versu *φαίη λέγων* adversante et linguae genio et metro; prorsus alia utroque loco in codice. Corrige *φαθὶ λέγων* quod paulo post Priscianus interpretatur *loquere dicens*, ut fere alium graecum locum ad quem *stude properans* referatur, excidisse adducar. Sitne legendum *μάλ' ἐξολοίμην* vel *μὰ Δί' ἐξολοίμην*, et qualis integer sit senarius alii extricent.

Pag. 190.

Illi εἰς pro ἐν ponunt. Aristophanes [*ἐν τῷ Πλούτῳ· Μὰ Δί' ἀλλ' ὅπερ πάλαι παρεσκευαζόμην Ἐγὼ κατακλίνειν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπίου Κράτιστόν ἐστι. Idem*] *Σφηξίν· Νύκτωρ κατέκλινεν εἰς Ἀσκληπίου. Et Thucydides πρώτῃ: καθεζόμενοι εἰς τὸ Ἡραιον ἱκέται* [*ἐδέοντο*]. *Et Xenophon Οἰκονομικῷ: Ἢν μή*

γε φανῆς, ἔφη, ταὶ εἰς τοῦτο τἀὐτὰ ἐμοὶ ἐπιστάμενος.
Et Herodotus: Τὸν θρόνον εἰς τὸν προκαθίζων ἐδίκαζεν·

quae uncis inclusa, omissa in utroque codice et apud Putschium, atque ab editore Veneto qui plura ex Pluto intulit inculcata; alter locus Aristophanis et qui sequuntur alii desunt vero in editionibus veteribus. Tum eadem graeca repetuntur pag. 197. ubi eosdem ex Pluto edd. laudant versus; codices vero et Putschius hic aeque atque ibi ignorant, ut quin expungendus sit hic locus, non sit dubitandum. Codicum lectionem integram demus ut quam male sit affectus Priscianus omnes videant. Tegern. Codex haec tantum praestat: *Aristophanes σφηξὶν ΝΥΚΤωΡ ΚΑωΝ Εδικαζεν*; media omnia desiderantur. Codex vero Monacensis haec:

ΑΡΙϹΤΟΦΑΝΝϹ ϹΦΗΞΙΝ ΝΥΚΤωΑΤϵΚΑΙΝϵΝ ΑΙΤΟΝ [*αὐτὸν*; id enim in Prisc. restituendum] *ϵΙϹ*
C
ΑΚΑΝΙΓΟΥ ΚΑΙ ΟΥΚγΔΙδγϹ ΠΡωΤΗΙ ΚΑϵϵΖΟ-
I
ΜϵΝΟΥ ϵΙϹ ΤΟ ΗΡΑΙΟΝ ΙΚϵΤΑΙ ΚΑΙ ΞϵΝΟ-ΦωΝΟ ΟΙΚΟ ΝΟΜΙΚωΙ ϵΙ ΜϵΓϵ ΦΗΝϵϹϹϹ [*φανηθῆς*] *ϵΦΝ ΚΑΙ ϵΙϹ ΤΑΥΤΟ ΤΑ ϵΜΟΥ ϵΙΠ-ΣΤΩΜϵΝΟϹ ΚΑΙ ΗΡωΔΟΤΟϹ κ. τ. λ.*

In altero loco pag. 197. codex Monac. *Aristophanes sphinxin*; ibi quoque ut priore in codice Monac. desideratur in Thucydidis exemplo *ἐδέοντο*. Xenophontis verba ita exarata sunt: *ϵΙΜΗΓϵΦΝΑϵΙϹ ϵΦΗ ΚΑΙ ϵΙϹ ΤΑΥΤΟ ΤΑ ΑΥΤΑ ϵΜΟΙ* etc. In Ran. v. 356. qui legitur pag. 185. pro *εὐφημεῖν χρὴ* Codex Monac. *εὐφημεῖν ΔϵΙ*. conf. Pors. ad Orest. 659.; idem vero recte servat *χρὴ* pag. 206. ubi litterae quaedam perversae sic exstant:

ΤΟΙϹ ΝΜϵ ΚΑϵΑΡϵΥΝ. ΤϵΡΟΙϹ ΧΟΡΟΙ-
O
ϹΙΝ ΑϹΤΙϹ . . . ΓΝΟΜΝΝ ΝΟΥ.

litterae quas induxi *ΚΑϵ* in rasura exstant; videtur primitus in codice unde nostrum fluxit exemplar, fuisse *ἢ γνώμην οὐ καθαρεύει* — *γνώμην* non solus Priscianus, et libri Aristophanis scripti.

Locus ex Eccles. pag. 236. hac varietate in Monac. legitur:

ΤΙΔΕΠΟΤΕ ΕΠΙ ΣΧ ΤΟΙ ΧΟΥΣΤΙΝ ΟΠΥΜ ΗΙ ΕΡΙ Τω ΚΗΡΙΚΙ ΠΟΜΠΗΝ ΠΕΜΠΗΤΕ.

Pag. 226.

Attici ὀλίγας ἡμέρας pro ἐν ὀλίγαις ἡμέραις. similiter nos. Aristophanes Γήρᾳ. Σὺ δ' οὐχ ἡγῇ μ' οὖν δὴ ὀλίγας ἡμέρας. Є

Codex Tegerns. paucis ut solet: *ΓΕΡΑΥΣΥΔΟΥΣ ΗΜΕΡΑΣ.* Codex Monacensis haec: *ΓΗΡΑΥΣΥ ΔΟΥΧ ΗΓΗΙ ΜΟΥ ΗΔΗ ΟΛΙΓΑΣ ΕΜΕΡΑΣ.* Senarium restituere non valui; itaque alii qui magis sunt exercitati, corrigant velim; illud *ΔΗ* fort est: *ΑΝ.* In versu Equit. v. 287. pag. 217. *κατακράξομαί σε* Cod. Monac.

Plura Aristophanis loca ex Nubibus et Pluto hausta ab Veneto Editore inserta exstant in vett. edd. quae optimo iure Krehlius Putschium et cod. Monac. secutus, e textu expulit; quae vero editor novissimus non indicavit, deinceps demonstrabimus, pag. 173. *ἀριστοφάνης καὶ τί δῆτ' ἐφρόντισας εἴ μου τι περιλειφθήσεται* Nub. 724.; pag. 184. *ἀριστοφάνης πρός σε. κατώρυξέ με κατὰ γῆς κάτω* Plut. 238.; pag. 189. *μιμούμενος τῶν παλαιῶν καὶ τῶν κρεμαθρῶν οὐ τρίβων τῶν ἐνθάδε* Nub. 869.; pag. 192. cf. pag. 221. *τί δῆτ' ἐφρόντισας, σοῦ δ' οὐ* [ita Ven. non *δοῦλον*] *φροντιῶ* Nub. 125.; pag. 198. *Aristophanes ταῦτ' εἴ με λέγουσιν ἀπαντῶντες δρώντων ἀτεχνῶς ὅτι χρήσουσι pro δράτωσαν* Nub. 452; pag. 208. *illi ἕπομαί σοι καὶ σὲ καὶ ἕπου μετ' ἐμοῦ παιδάριον* Plut. 824; pag. 212. *Demosthenes G. illi πέποιθα ἐπὶ τῇ δυνάμει καὶ ποίοισιν ὅπλοις ἢ δυνάμει πεποιθότες* Plut. 449; pag. 214. *καθέζομαι ἐπὶ καθέδραν καὶ τὸν σκίμποδα* Nub. 255; pag. 215. *ἀλλ' οὐ περιόψεται μ' ὁ θεῖος* Nub. 124; pag. 219. *λυμαίνεται τοῖς μειρακίοις καὶ βλάπτω τοῦτον* Nub. 927; pag. 222. *ὅλην τὴν νύκτα σπουδάζω ἢ ἀναγινώσκω, ξενοφῶν. Aristote. νῦν οὖν ὅλην τὴν νύκτα φροντίζων ὅδου* Nub. 75; pag. 224. *εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις* Nub. 975; ibidem *φερεκράτης ὄζει τρυγος μύρου ἐκεῖνος καὶ ὄζει τὰ μῦρα* Nub. 50; pag. 225. *ἀχθήσῃ τούτοις ποτὲ* Nub. 864; ibidem *αἰσχύνομαι τὴν ἡλι-*

κίαν τὴν σήν Plut. 1078; pag. 227. *ὀμοῦμαί σοι τοὺς θεοὺς καὶ τῷ γὰρ ὄμνυτε* Nub. 247, 247; pag. 230. *ὀσφραίνῃ τι καὶ ὀσφραίνῃ τοῦ ψύχους* Plut. 897; pag. 235. *οὐδέ ποτε με ἀπολείψειν ἔφη* Plut. 1033; pag. 243. *ἀμπέχεται τριβώνιον ἐκεῖνος, κυκλόω ἀλφίτοις τὴν κάρδοπον* Nub. 668, Plut. 898; pag. 249. *προσήκει μοι πολυπραγμονεῖν* Plut. 913, 15, 20; pag. 255. *στεφανοῦται κοτίνου στεφάνῳ καὶ στεφανωσάμενος καλάμῳ λευκῷ* Nub. 1006, vid. Pors. ad Plut. 592; pag. 258. *ἔστι μοι υἱὸς καλὸς* Nub. 796; pag. 259. *ὅλην τὴν ἡμέραν* Plut. 1016; pag. 261. *ὅτου χάριν καὶ τῷ ἦλθες δεῦρο* Plut. 54; pag. 266. *πειθόμενος τῷ πατρί* Nub. 860; pag. 270. *τοῖς ἐμοῖς μὴ χαιρέτω* Nub. 559.

Pag. 252.

> *Ἀττικοί: προεσκέψαντο τούτων καὶ ταῦτα· Ἀντιφῶν Ὀλιγαρχικῷ. Καίτοι οὐκ ἂν τῆς μὲν τῶν ἄλλων πολιτῶν ταλαιπορίας προεσκέψαντο, τῆς δὲ σωτηρίας αὐτῶν ἐχυρᾶς οὐκ ἐνεθυμήθησαν.*

Antiphontis *ὀλιγαρχικὸς* ex uno hoc Prisciani loco notus; sed Cod. Monac. legit: *ΑΝΤΙΦΟCΙΜΟΕΟΑΚΙΚωγ* unde scribendum esse *Ἀντιφῶν Σαμοθρακικῷ* Boeckhius vidit, quem conf. in Oecon. civit. Athen. tom. I., pag. 444 sq. Reliqua cum hac exstant varietate: *ΚΑΙΤΟΙ CΟΥΚ . . . ΠΟΥCΚΕΨΑΝΤΟ* [corrige *προυσκέψαντο*], *ΤΗC ΔΕ ΦΕΤΕΡΑC ΑΥΤωΝ ΑΤΗΡΙΑC* [corrige *τῆς δὲ σφετερᾶς αὐτῶν σωτηρίας*] *ΟΥΚ ΕΝΕΘΥΜΝΘΝCΑΝ.*

Alius Antiphontis locus exstat pag. 216. ex *πολιτικῷ*, ut Codex noster et editt. Krehlius scripsit: *ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου* dicens: *Sic dedi e conjectura. Edd. Bas. Bas. Col. Putsch.* π ο λ ι τ ι κ ῷ *quod nihili est. conf. supra* §. 181. *Oratt. gr. edit. Reisk. Vol. VIII. pag.* 823. Quod si paginam sequentem 824. inspexisset, *λόγον πολιτικὸν* Ruhnkenio notatum invenisset, quam orationem Hermog. de form. orat. pag. 496., non Rhamnusii, sed alius esse Antiphontis putat.

Pag. 205.

> *Ἀνδοκίδης ἐν τῷ περὶ μυστερίων· Τῆς μὲν τύχης ᾗ ἐχρησάμην, δικαίως ἂν ὑπὸ πάντων ἐλεηθείην*

extrema in Monac. *ΥΦΥΜωΝ ΔΕΝΕΕΙΝΝ.* ut editt.

quoque pro *πάντων* exhibent. fort. utrumque dedit orator. vid. §. 67 Bkk.

Pag. 194.

ἀνήκει πρὸς τόδε· Λυσίας κατὰ Μικίνου· φόνον οὐ πρὸς ἑταίρας ἀπίας ἀνήκειν δοκοῦντα παραλελείψεται

Ita si Priscianus scripsit, Lysiae locum sane corrupit; sed vide codicis nostri varietatem: . . . *ΜΙΚΥΝΟΥ . . ΟΥΚ ΠΡΟϹ ЄΤЄΡΑϹ ΑΙΤΙΑϹ . . . ΠΑΛЄΙΨЄΤΑΙ.* sine causa Taylorus pag. 25 R. *φόνου* reponendum censet; sed recte Taylorus correxit et Krehlius edidit pag. 221.

μέλλω ποιεῖν καὶ ποιῆσαι καὶ ποιήσειν. Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου κλήρου· Ὡς ἐμέλλεν ἐπί τε τοὺς βωμοὺς εἶναι καὶ νομιζόμενά γε ποιήσειν.

pro vulgato *κλῆρον;* genitivum etiam dat Codex Monac. qui item . . *ΑΙϹΙΑϹ . . ΕΙΓΗϹΑΝΔΡΟΥ . . ΟϹ ΗΜΗΑΛΗΝ* . . Bekkerus pag. 406. scripsit *ἐπί τε τοὺς βωμοὺς ἰέναι;* vulgatum *εἶναι* et noster servat codex, neque Atticis illa dicendi ratio inusitata; conf. Schaef. ad Demosth. tom. I. pag. 195; in Xenophontis loco ex Philelphi codice *ὅταν οἴκοι ἴῃς* reponendum, ut Caesar de B. C. III, 26. *intus est itum;* vid. Oberl. ad Tac. hist. 1, 35. *Κλήρου* ut hic, ita alibi erat reddendum Lysiae pag. 230:

Attici ὅταν ἔλθῃ de futuro dicunt. Isaeus etiam de praeterito: Ὅταν ἔλθῃ ἔσωθεν παρ᾽ ἐμοὶ καταγεσθαι et iterum ὅταν ἔλθω, παρ᾽ ἐκείνῳ κατηγόμην. Antiquiores tamen ὅτε ἔλθοι de praeterito dicunt: Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Διογένους. Καὶ πρωΐ Διογένει δὲ οἰκειοτάτῳ πάντων ἀνθρώπων ἐχρώμεθα καὶ ἕως γε ὑγίαινεν, ἐξ ἀγροῦ ὅτε ἔλθοι παρ᾽ ἡμῖν διητᾶτο.

Haec ex codice Monac. dedisse fatetur Krehlius; tu corrigas in Isaei exemplo *εἰώθει* ex Cod. Monac. qui sic habet *ЄΙωΘЄΙ ΠΑΡΗΜωΙ ΚΑΤΑΓΗϹΘΑΙ.* Res satis mira nec in antiquis scriptoribus id genus inveni exempla. Tum Codex noster: *ΛΥϹΙΑϹ ΗΝ ΤωΙ ΠЄΡΙ ΤωΥ ΔΙΟΓЄΝΟΥϹ ΚΛΗΡωΙ.* pro illis nihili *καὶ πρωΐ*; deinde recte *οἰκειότατα* ut v. c. Isaeus pag. 11 Bkk. *ἡμῖν δὲ πάντων ἐχρῆτο οἰκειότατα;* idem liber *ΟΠΟΤЄ ЄΛΘΟΙ . . .*

ΔΙΑΙΤΑΤΟ. Tertio loco reddendum puto *κλήρου* quod ibi procul dubio excidit, pag. 210: *Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Διογένους· Ἦν κτλ.* Quid enim articulus, nisi aliud nomen sequebatur? Idem factum pag. 187. *Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἡγησάνδρου. κἂν τούτοις ἐγγύτατα γένοιο συνοικῶν·* Addendum esse *κλήρον*, ex superiori patet loco; vestigia apparent in Monac. qui haec . . *ΑΓΗΣΑΝΔΡΟΥ ΚΑΝΡΟΥ* [*κλήρου*] *ΤΟΥϹ . . . ΓϵΝΟΙϹ ϹΥΝωΚΟΙΝ.* Putschius: *πρὸς τοὺς ἐγγύτατα γένους συνοικοίη*, quam lectionem Krehlius ne notavit quidem; ipse quae protulit finxit. Vera sunt *ἐγγύτατα γένους*; genitivi enim affert Priscianus exemplum; ex codice malim *συνῴκουν*, et initio *τοῖς*. Lysiae locus ex oratione in Agoratum laudatur pag. 233, quem fragmentum vendit Krehlius, legitur §. 18. pag. 266 Bkk.

Pag. 263.

ἐπ᾽ ἐμοὶ et ad accusativum ἐπ᾽ ἐκεῖνον. Ξενοφῶν Παιδείας Δ. Καὶ νῦν τὸ μὲν ἐπ᾽ ἐμοὶ εἴκω καὶ τόδε εἰ ποιῶ σέσωσμαι. Λυσίας κατὰ Ἀγοράτου ἐνδείξεως· Καὶ τό γε ἐπ᾽ ἐκεῖνον ἐσώθης.

In Xenophontis loco Putschius *οἴκοι καὶ*; ex conjectura igitur scripsit *εἴκω καὶ* Krehlius, verbaque ubi leguntur ignoravit. Exstant Cyrop. V, 4, 11. laudavitque ibi Priscianum Schneiderus; tum clare in nostro *ϵΠΙ ϹΟΙ ϹϵϹωϹΜΑΙ*, et falsa sunt ea, quae Krehlio ex hoc loco adlata fuerant. Lysiae locum optime ex Codice restituit; sed conjectura ductus id iam Porson. ad Eurip. Orest. v. 1338. assecutus est. cf. et pag. 569. Ed. Lips. II. Quod omisit Krehlius, in Codice Monac. scriptum: *ΛΥϹΙΑϹ ad accuũm* ut Putschius dedit. Exstat locus Lysiae Orat. XIII, §. 58. Bekk. pag. 274.

Pag. 236.

Θουκιδίδης ἐν ἀρχῇ. Καὶ οὐχ ἧττον λησταὶ ἦσαν· ἀντὶ τοῦ· καὶ μᾶλλον ἐλῄστευον. Terentius in Eunucho: nemo fuit minus ineptus, pro magis prudens. Illi οὐδαμῶς οὐ, τοπικόν; nos nunquam. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Κλεόστρατον. Οὐδὲ εἴτις εἰςποιητὸς πάθοι οὐκ ἀποστερεῖ τὴν μητέρα αὐτοῦ τῶν χρημάτων.

μάτων. Abundat altera negatio. Similiter οὐδεὶς ὅστις οὐ. Πλάτων ἐν προτέρῳ Ἱππίᾳ· Ὅτι φήσομεν καταγελῷ ἂν ἡμῶν οὐδεὶς ὅστις οὐ, εἰ φαῖμεν μὴ ἡδὺ εἶναι φαγεῖν.

Vellem, inquit Krehlius, *notasset Riglerus, quomodo haec omnia in Codice leganlur.* Id nos faciamus. In Thucydidis exemplo ille *ουκηττο*, in fine additis *οἱ νησιῶται . . . Eunucho: Hoc nemo . . . Nos nusquam.* Iam in Monac. quae paulo post in omnibus leguntur etiam in nostro repetita, non sine lectionis varietate: *Allici ουχ οπως τοδε ουκ εγενετο αμα τοδε και τοδε κκρατη πλαταικοι πολλοι δε . . . οτι οιτων δεομενων των . . . ωστε ειρηνης και συνθηκης* [sic et in seq. loco; Isocratis libri *εἰρήνης οὔσης καὶ συνθηκῶν*] *γεγενημένων ουκ ολως . . ου* [deest in Isocr. libris et in seqq.] *μετεχομεν . . τυχειν ηξιωθημεν.* [ita et in altero loco et Bekk. Vulgo in Isocr. *ἠξιώθημεν τυχεῖν.*] *Ἐν δε τοις ἑξῆς* [§. 27. Bkk.] *Λακεδαιμονιων μεν ЄІСуNAC* [in seqq. *ΗΙΟΥΜΔC* i. e. *εἰς ὑμᾶς*] . . . *ΔΥNAC CωΘЄNΤЄC* [Isocr. libri et in seq. *δε σωθέντες*] . . . *διηλυεσθαι* [in seqq. *ΔΙЄΛΥЄCΘΑΙ*; Bekk. *διελέλυσθε.* Vulgo in Isocr. *διελύσασθε*] *τον πολει ποντες υμας . . . ειςηλθον. ΔΙCΙΑC ЄN τωλ ΠΡωC . . . ΠΑCΟΙ ΟΥΚ* [Putsch. *πάθος οὐδεὶς*] . . *αυτου του τον χρηματω.* Krehlius quod dedit verbum *πάθοι*, hic sensu caret; vide ne legendum sit *ἔλθοι*; in fine scribendum: *τούτων τῶν χρημάτων.* Putschius et Codex Monac. post haec: *Similiter οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς οὐδὲν εἰπεῖν. Πλάτων ἐν προτέρῳ Ἱππαρχικῷ.* [*ΥΠΑΡΧΙΚΟΙ*] *Οὐδὲ εἷς ὅστις οὐ. Πλάτων Ἱππίᾳ . . .* Quae Krehlius omisit, spuria censuit, nec quid sibi verba velint *οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς οὐδὲν εἰπεῖν* intelligit. Fortasse intelliget, si alterum esse exemplum abundantis abnegationis a Prisciano ex Demosth. oratione *περὶ στεφάνου* init. haustum certiorem fecimus:

ἀλλ' ἐμοὶ μὲν — οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν οὐδὲν ἀρχόμενος τοῦ λόγου κ. τ. λ.

ita et Bekkerus edidit, cuius codices *K. s.* qui frequenter codici *Σ* assentiunt, cum Augustano *I*, eandem quae apud Priscianum est, dant collocationem *οὐδὲν εἰπεῖν*,

haud dubie praeferendam; negatione enim adjectivo subiecta, nec latius a priori οὐ distante maior inest sententiae vis; minor illa post verbum εἰπεῖν posita. Illorum auctoritati accedit Demetrius περὶ ἑρμην. §. 265. pag. 138 Fisch. ubi vulgo:

καθάπερ Δημοσθένης. Ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὐ βούλομαι δὲ οὐδὲν δυσχερὲς εἰπεῖν· οὗτος δὲ . .

restituendum ex duobus codicibus quorum lectiones cum aliis penes me sunt, (alter autem est pervetustus) δυσχερὲς οὐδὲν εἰπεῖν. In Platonis loco Codex noster cum Putschio οὐδὲ εἷς.

Pag. 174.

Ἰσοκράτης Παραινέσεσιν: Οὕτω γὰρ τὴν ἐκείνων τε διάνοιαν αἰσθήσῃ καὶ σεαυτὸν οὐ καταφανῆ ποιήσεις.

Vulgo legebatur in Isocrate γνώμην; Bekkerus γνῶσιν dedit; Codex Monac. διάνοιαν servat, idem αἰσθήσει et σαυτόν. Denuo laudatur Prisciano hic locus pag. 191. Ἰσοκράτης παραινετίκῳ· Οὕτω . . . ποιήσεις ubi Cod. Monac. haec tantum praebet: *ΚΑΙΤΑΥΤΗΙΚωΝ ΔΙΑΝΟΙΑΝ Α. ΙϹΕΝϹΕΙ ΚΑΙ ϹΑΥΤΟΝ κ. τ. λ.* Vides igitur Priscianum vel graecos grammaticos legisse διάνοιαν, quod alteri lectioni quae ex glossemate fluxit praeferendum puto.

Pag. 91.

Codex noster omissa praepositione: *Isocrates Πανηγυρικῷ.* Idem corrupte legit ἀεστερεημένου et συνηκολούθησεν. Praecedit locus ex Terentio: *Idem in eadem: Adeon' ad eum? In eadem: Ad te advenio.* Verba ubi legantur, non notavit Editor. Laudantur supra quaedam ex Eunucho; at frustra in illa quaesiveris fabula verba *Adeon' ad eum;* Scribendum, et ita dilucide in Codice nostro scriptum, *Idem in Andria* in cuius fabulae IV, 1, 15. leguntur:

Sed quid agam? adeamne ad eum et cum eo injuriam hanc expostulem?

ita enim in suo Terentii codice legit Prisc., nec librariorum mendum est; etiam pag. 250 *adeone* laudat.

Pag. 257.

Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ Εἰρήνης. Κατὰ πάντα τρόπον τεταλαιπώρηκεν ἡμᾶς.

Quod Krehlius dicit, se ex Codice Monacensi *κατὰ πάντα τρόπον* edidisse, merum est mendacium, ne iniquius quid dicam; ille enim liber ita exhibet *ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑϹ ΤΡΟΠωΙϹ ΤΕΤΑΛΑΙΠωΡΕΡΕ ΗΜΑϹ*; etiam Bekkerus ex codicibus suis edidit *πάντας τρόπους*. Supra quod legitur pag. 256:

Ἰσοκράτης Φιλιππικῷ· Ἄλλως τε ὅταν καὶ μηδὲν σαυτῷ συνοίδῃς ἐξαμαρτάνων.

recte vulgo *Φιλίππῳ*. Noster Codex *τ' ὅταν*, deinde *ϹΑΥΤΟΥ ϹΥΝΕΙΔΕΙϹ*. optime hoc est *συνειδῇς*, ut et Bekkerus scripsit; an ex scriptis libris nescio; Isocratis Codices *συνίδῃς*; *συνειδῇς* correxit iam Matthiae Gram. graec. pag. 315. Idem Codex Monac. *μηδέ*.

Pag. 201.

Attici ἐμποδίζω ἐκεῖνον. Ἰσοκράτης πρὸς Ἀντίπατρον: Ἔτι δὲ καὶ τόσῳ μᾶλλον εὔκρινες ὄν· ἀλλ' ἔχων ἀνάστασιν ἐνόμιζεν ἐμποδιεῖν αὐτὸν πρὸς πολλὰ τῶν πραγμάτων.

Ridiculus error, notat Krehlius, *sive Prisciani sive librariorum*, vulgo nempe illa epistola Philippi nomini inscripta legebatur. Bekk. ex codd. scripsit *Ἰσοκράτης Ἀντιπάτρῳ* et vide, in optimi codicis *Γ* marg. notatum quod apud Priscianum exstat: *Ἰσοκράτης πρὸς Ἀντίπατρον*. Verba corrupta sunt et ex auctore restituenda. In lemmate codex noster: *ΕΜΠΟΔΙΞΕΙΝ ΗΝΑϹ ΚΑΙ ΗΝ*, i. e. *ἡμᾶς καὶ ἡμῖν*.

Pag. 191.

Isocrates Panegyrico: οὐκ ἀμνημονῶν οὔτε ἐκείνων. Demosthenes etc.

Locum non inveni in illa oratione, neque Krehlius quidquam ubi verba legantur monuit. Accedit sententiam non esse plenam; alterum enim *οὔτε* desideratur, qui laudandi mos Prisciani non est. Codex Monac. *εκεινω*. Sed alius huius verbi locus ibi legitur §. 75. Bekk. *οὐ μὴν οὐδὲ τῶν πρὸ ἡμῶν πρὸ τοῦ πολέμου τούτου γενομένων καὶ*

δυναστευσάντων ἐν ἑκατέρᾳ τῶν πολέοιν δίκαιον ἀμνημονεῖν. Videndum igitur ne hic fortasse a Prisciano laudatus exciderit, et illa verba alius nescio cuius scriptoris sint fragmentum.

Pag. 270.

Illi χάριν ἔχω σοι καὶ οἶδα σοι Δημοσθένης [*ἐν τῷ* om. Cod. Mon.] *περὶ στεφάνου . . . . Ἰσοκράτης Ἑλένης ἐγκωμίῳ: Πλείω χάριν ἔχοντες τοῖς πολλὰ προςτάττουσιν.*

Deest igitur exemplum phrasis *οἶδά σοι* et excidisse credas. Sed Cod. Monac. in Isocratis loco pro *ἔχοντες* dilucide exhibet *ЄΙΔΟΤЄС*; hodie in auctore exstat *ἔχοντες*, illo solemnius, nec Bekkerus ex libris suis varietatem dedit. Utique *χάριν εἰδότες* Prisciani auctoritate reponendum.

Pag. 177.

Similiter Attici: ἀπολαύω τούτου καὶ ἀπὸ τούτου καὶ τοῦτο. Ἀριστοφάνης· Ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς εἰρήνης· Καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπολαύοντας ὧν ἂν λάβωσιν. Idem in sequentibus . . . . ἀπέλαυον. Illi βόσκομαι τόδε καὶ τῷδε.

Aristophanis locus deest in Codd. et apud Putschium, et ab Veneto editore cum plurimis insertus est. Videtur quidem desiderari locus in quo *ἀπέλαυσα* legebatur; Codex enim Monac. in lemmate *ΑΠΗΛΑΥСΑ ΤΟΥΤΟΥ* etc.; sed cum tria adsint ad quamque firmandam phrasin exempla nihil excidisse puto. Codex Monacensis in Isocratis verbis eadem repetens: *καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ΑΠΟΛΑΥωСΙΝ ωΝ ΑΝΑ. ΑΒΟСΙΝ ΟΝ ΑΝΑ. ΑΒΟСΙΝ In sequentibus vero idem . . . ἀπόλαυον illi ait ОСТЄΡΟΥ ΜЄΝ ΟС ΤΟΥΤΟ ΚΑΙ ΤΟΥ.* Putschius in extremis *Illi ἀποστερούμενος τοῦτο καὶ τούτου.* Videntur plura deesse.

Pag. 174. Isaei locum in Aldina exhiberi notat Krehlius: *Ἰσαῖος· Τὰ δὲ τοιούτων δὴ μαρτυριῶν οἱ δικάζοντες, τὰ μὲν αὐτοὶ συνειδότες ὅτι ὑγίαινεν ὁ παῖς τῶν ἑωρακότων αἰσθανόμενοι, τὰ δὲ ἀκοῇ πυνθανόμενοι.* Non inveni Isaei

pervolutans orationes haec verba; quod si revera ibi non exstant, Aldinus editor nisi ex scripto libro aliunde sumere non poterat.

Pag. 194.

Illi ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι τῇ πόλει.

Ita Krehlius scripsit. Editt. Ald. Bas. Colon. Putsch. addunt: *Hyperides ἐν τῷ κατὰ Πασικλέους*, quae ut spuria editor induxit; praeponenda enim erant graecis vocibus, quibus non sententiam scriptoris, sed formulam grammaticam contineri putat. At quomodo illa verba et deperditae orationis nomen illata sint, tacet. Codex Mon. *ἄξιοι μισεῖσθαι τῇ πόλει. Hyperides ἐν τῷ κατὰ ΠΑCΙΚΛΕΟΥ.* Excidit Hyperidis locus et signa lacunae apponenda sunt. Lemma propositum fort. auctoris cuiusdam est; saepius enim ut postea videbimus ita tacite laudat Priscianus. Xenoph. Memor. II, 3, 6, *διὰ τοῦτο γάρ τοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες ἄξιόν ἐστι ἐμοὶ μισεῖν αὐτόν* ut recte nunc pro *ἐμὲ* editum. *Ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι*, sine dativo *τῇ πόλει* legitur apud Aesch. *κατὰ Κτησ.* §. 99. pag. 414 Bkk. Pag. 229 Cod. Monac. *Ὑπερείδης Δηλιακοῦ· Ἐνταυθοῖ . . .*

Pag. 242.

Attici περὶ τόσους καὶ περὶ τόσοις. Θεόπομπος Φιλιππικῶν Θ· τὸ μὲν μῆκος περὶ τοὺς τεσσαράκοντα σταδίους. Lycurgus ἐν τῷ περὶ ἱερείας· Ὡς περὶ εἴκοσιν ἀνθρώπους.

Dativi desideratur exemplum, quod Cod. Monac. praestat, in Lycurgo exhibens . . *περὶ τῆς ἱερείας . . ἀνθρώποις.* Idem codex pro *Θ* habet *VIIII*, omisso *τοὺς*, et pro *μῆκος* ibi exaratum *ЄΚΟC.*

Pag. 194.

Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· Καὶ ὁ μηδέποτε τοὺς πολεμίους ἀντιβλέψας.

Locus Aeschinis a Krehlio non notatus. Codex Monac. *ΚΑΙ ΟΜΗΔЄΠωΙΤΟΤЄ ΜЄ ΤЄ ΤΟΙC ΙΤΟΛЄΜΦyC ΑΝΤΙΒΛЄΨΑC.* Exciderunt quaedam, quae in oratione leguntur §. 151. pag. 432 Bkk. *καὶ γράψειν ἔφη ψήφισμα ὁ τοῖς πολεμίοις οὐδέποτ' ἀντιβλέψας*; codices quidam apud

Bekkerum *οὐδεπώποτε*; sed cave credas Prisciani esse errorem *μηδεπώποτε μήτε*, haec enim vestigia sunt loci qui intercidit. Praecedunt: *Prospicio illum et illi* et utramque structuram Graecis quoque esse docere vult, unde accusativi exemplum laudatum fuisse necesse est. Pag. 177. in verbis *ἀλλότριον τι πρᾶγμα* codex noster *τι* omittit elisum sequente *π*. conf. Schaefer Melet. pag. 12.

Pag. 252.

Illi προςγελᾷ με καὶ προςγελᾷ μοι. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος· Ὁ μὲν Ἀμύντας προσγελῶν τοῖς φωκικοῖς ξένοις·

ita Putschius et Krehlius qui Monac. cod. *ΟΝΥΝ ΠΑΝΤΑϹ* praestare monet. Idem quod ibi neglectum *ΞΕΝΟ* unde quaedam desiderari conjicias. Verba ubi legantur Krehlium fugit; vid. §. 87, pag. 410. *ὅ τ' ἀδελφὸς αὐτοῦ Ταυροσθένης ὁ νυνὶ πάντας δεξιούμενος καὶ προςγελῶν, τοὺς φωκικοὺς ξένους διαβιβάσας ἦλθον ἐφ' ἡμᾶς ὡς ἀναιρήσοντες.* Omisit igitur Priscianus verba *δεξιούμενος καὶ*, quae in tribus Bekkeri cod. melioris notae *e k l*, item desiderantur, nata ex glossemate verbi *προςγελῶν*. Huiusmodi loca dignitatem codicum ut recte cognoscas quam maxime faciunt.

Pag. 244.

Similiter πλείους ἑνὸς καὶ πλείους εἷς. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· Εἴ που εἰσὶ νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως. Δημοσθένης πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει· οὐ πλείους ἢ τριάκοντα.

Loca ex auctoribus restituit Krehlius; alter legitur §. 38. pag. 392. Bkk.; ille Demosthenis pag. 1302 R. Sed in Prisciano vix omnia sunt sana; nam in priori Cod. Mon. et Putsch. omisso *ἑνὸς* exhibent *πράξεως εἷς*, quod in nullo codicum Aeschinis inventum. Deinde Cod. Mon. *Δημοσθένης quoque ἐν τῇ πρὸς* . . At quid hic locus ad lemma propositum nisi addideris *καὶ πλείους ἢ εἷς*? et desideratur quod Priscianus pollicitus est, exemplum ubi *πλείους εἷς* legitur. Quare vera videatur codicis lectio in Aeschine, nisi e Scylla in Charybdim incurramus; tum enim primum deest *πλείους ἑνός*, ut post *πράξεως* locum

excidisse cuius ultimum supersit vocabulum . . . εἷς adducar. Nam mirum illud πλείους εἷς ex Prisciani manu fluxisse, latina ostendunt exempla his subiecta.

Pag. 69.

Demosthenes καὶ ἀφεικότα τοῦτον ἐμαῦτον pro ἐμέ.

Ita Putsch. et Krehlius; Cod. Mon. et Tegerns. *καὶ ἀφικοτα pro ἐμέ.* Locus exstat in oratione πρὸς Πανταίνετον ab initio: οὐκ οἰόμενος δεῖν ἀφεῖσθαι τοῦ δικαίου τούτου, οὐδ᾽ ἐπειδὰν ἐξελέγξω πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις καὶ ἀφεικότα τοῦτον ἐμαῦτον καὶ ἀπηλλαγμένον κ. τ. λ. Ex eadem oratione locus laudatur pag. 256. ubi pro τινὰς ἂν Codex Mon. τινὰ κἂν; prius in Bekk. cod. *r* legitur.

Pag. 196.

Attici ἐκαθῆντο τρεῖς ὅλους μῆνας ἐν Μακεδονίᾳ

Sunt Demosthenis verba, ex oratione περὶ στεφ. pag. 235 R. οἱ χρηστοὶ πρέσβεις οὗτοι κάθηντο [Cod. August. I. cum Prisc. ἐκαθῆντο] ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλους μῆνας. Verba ἐν Μακ. postposita sive Prisciani negligentia, sive ex codicis sui auctoritate. Iterum tacite Demosthenem laudat pag. 224.: Ξαίνει κατὰ τοῦ νώτου πολλάς, *dcest plagas*, hausta ex oratione περὶ τῆς παραπρ. pag. 403 R.

Pag. 250.

Δημοσθένης κατὰ τοῦ Αἰσχίνου· Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ὅσοι πρὸς τὰ κοινὰ δικαίως προσέρχονται.

Recte cod. Monac. τοὺς μὲν οὖν ἄλλους; verba leguntur in orat. περὶ τῆς παραπρ. §. 2. Bkk. Item pag. 254. *Δημοσθένης* [περὶ τῆς om. Cod. Mon.] παραπρεσβείας· τοῖς δὲ πρὸς ὑμᾶς ζώουσιν. Codex noster *ZOCIN*, i. e. ζῶσιν; haec leguntur pag. 411 R. §. 226.

Pag. 211.

Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου· Δυεῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν οἷς μὲν ἐχθρὸς εἴκοι φίλον αὐτὸν γεγενημένον, οἷς δὲ φίλος τοὐναντίον.

Locus exstat pag. 237 R. non 432. δυεῖν ex Monac. dedisse affirmat Krehlius pro vulgato δυοῖν, et ita Bekkeri *k*; at Monac. neque δυεῖν neque δυοῖν habet, sed *ΔΥΙΝ*

media littera omissa. Quid et unde illud *εἴκοι*, tacet editor: Putschius *ἥκοι*; Cod. Mon. ut Demosthenis libri aperte *ἥκει* praebet.

Pag. 243.

> *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου· Οὔτε πιστεύειν ἐβουλήθη πάθη ἃ οὗτος ἀπήγγελλεν.*

Cod. Mon. *ἐν τῷ* omittit; idem pro inani isto *ἐβουλήθη πάθη* habet *ЄΒΟΥΛΘЄϹϹЄ ΠΑΝΗ*, id est *ἐβούλεσθε πλὴν*.

Pag. 174.

> *Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· Εἰ μὲν ἴστε με τοιοῦτον ὄντα οἷον οὗτος ἠτιᾶτο· οὐ γὰρ ἄλλοθί που βεβίωκα ἢ παρ' ὑμῖν, μηδὲ φωνὴν ἀνάσχησθε.*

ὄντα deest in Demosth. libris; Prisciano idem locus laudatur pag. 192. ubi editt. illud omittunt, sed in utroque exhibet Codex Monac. ut Priscianum vel grammaticos *τοῦτον ὄντα οἷον* legisse non sit dubitandum. Priori in loco deest in codice *που*; posteriore vulgo *ἡμῖν* contra codicum auctoritatem. Monac. utrobique *μὲν εἴστε*. Locus ex oratione de corona pag. 181. Krehl. legitur vulgo sic: *Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· τῆς δὲ πομπείας ταύτης ἀναίδην οὕτωσὶ γεγενημένης, ὕστερον, ἂν βουλομένοις ᾖ τούτοις ἀκούειν, μνησθήσομαι.*

Leguntur haec pag. 229 R. Codex Monac. *ταυτησὶ* et *ΑΝΑΥδΝΝ*; sed idem *οὕτωσὶ* cum optimis Bekkeri libris, deinde *γεγενημένης*, et in fine *ἀκούειν* omittit, ut illa, Prisciano ignota ex vulgato Demosthenis contextu illata esse planum sit. Alius exstat pag. 86.: *Demosthenes ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος· Ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς καὶ φοβεροῖς ἐμβεβηκώς.*

Codex Monac. . . . *τῷ ΚΑΤΑΚΤΙΦωΝΤΟϹ ΟΔΝΜΟϹ ἐν αὐτοῖς τοῖς φοβεροῖς καὶ δεινοῖς ἐμβεβηκώς.* Tota sententia haec est pag. 309 R.

> *μετὰ τὴν μάχην εὐθὺς ὁ δῆμος εἰδὼς καὶ ἑωρακὼς πάντα ὅσα ἔπραττον ἐγώ, ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς καὶ φοβεροῖς ἐμβεβηκώς κ. τ. λ.*

ubi Bekkeri codd. *Y. p. r.* cum Prisciano *φοβεροῖς καὶ δεινοῖς*.

Pag. 178.

Δημοσθένης Φιλιππικοῖς· Ἐγὼ μὲν γὰρ [οὐκ ἄν] ἡγοῦμαι Φίλιππον οὔτ' εἰ τὰ πρῶτα βιασθεὶς ἄκων ἔπραξεν, οὔτ' ἄν εἰ νῦν ἀπεγίνωσκε Θηβαίους, τοῖς ἐκείνων συνεχῶς ἐναντιοῦσθαι.

Variant Demosthenis libri; alii enim *οὐκ ἄν ἡγοῦμαι* quod Schaefero pag. 419. verum videtur, alii *οὐδ' ἄν ἡγοῦμαι*, quod Bekkerus recepit. Codex Bavaricus et qui ubique cum hoc consentit, ut alterum ex altero, aut utrumque ex eodem descriptum esse codice certus esse possis, Bekkeri Marci. *F.* item Paris. apud Augerum *ἡγοῦμαι οὐκ ἄν.* Quae varietas de veritate verborum ut dubitemus nos movet. Omnino Prisciani auctoritate delenda sunt *οὐκ ἄν;* desiderantur enim in Codice Monac. et maior iam sententiae inest vis; ne vero librarii negligentia illud accidisse censeas, vid. pag. 196. ubi idem Demosthenis locus laudatur; omissa et illo loco *οὐκ ἄν* in Codice nostro nec in Putschii editione invenias. Krehlius nihil neque de sua, neque de Putschii lectione monens, posteriore loco, nescio quo auctore, *οὐδ' ἄν ἡγοῦμαι* scripsit.

Pag. 174.

Δημοσθένης Φιλιππικῶν Γ. Ὅταν τὲ εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους οὓς ἀκούω.

Sic Krehlius tacite scripsit, ut pag. 191. ubi idem laudatur locus, Cod. Monac. Putschius exhibent; hic vero Cod. Monac. item Putschius *πρὸς τὰ . . πρὸς τοὺς* praebent, quae eadem varietas etiam in Demosth. libris apparet. Vitiose Cod. Monac. *ὅταν δὲ.*

Pag. 268.

Demosthenes pro Ctesiphonte: Καὶ τὸν Ἑλλήσποντον ὑφ' ἑαυτῷ ποιούμενος. Idem in Philippicis: Ὑφ' ἑαυτὸν ποιούμενος. Et nostri: sub imperio et sub imperium suum facit gentes.

Cod. Monac. et Putschius utroque in loco *ὑφ' ἑαυτόν;* Krehlius priore *ἑαυτῷ* scripsit, altero accusativum reliquit. Legitur hic in Philipp. IV, §. 10. Bkk. *τὰ δ' ὑφ' αὑτῷ ποιούμενος Φίλιππος, εἰ μή τις αὐτὸν κωλύσει.* Latinorum ordini si fides tribuenda, recte editor verba

restituit. Mire tamen haec a praecedentibus pag. 265. ubi de vi et usu praepositionis ὑπὸ disputatur, divulsa ut vix suo posita esse loco tibi persuadeas. Paulo supra pag. 266. in Philipp. I. principio vulgo . . *προὐτίθετο Ἀθηναῖοι σκοπεῖν* pro quo Demosth. libri *προὐτίθετο ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι λέγειν.* Codex Monac. *προὐτίθετ' ὦ Ἀθ. σκ.* Illud *σκοπεῖν* haud scio an invitis omnibus oratoris libris Demosthenis sit reddendum. Paulo post vitiose legitur in edit. Krehl. *εἰρήκασι οὗτοι,* omissa littera *ν.* Ibidem *ὑπήκουε δὲ ὁ ταύτην χώραν ἔχων αὐτοῖς ὁ βασιλεύς·* de suo dedit editor articulum qui et apud Putsch. et in cod. Mon. et in omnibus Demosthenis desideratur libris; *ὑπήκουε* servatur et nostro codici idque optimo jure quo res non cito praeteriens significetur.

Pag. 239.

> *Πανταχοῦ tam in loco quam per omnes partes significat. Demosthenes Philippicarum III; Τοὺς ταῦτα διδάξοντας ἐκπέμπωμεν πρεσβεῖς πανταχοῦ: ad locum. Et Philippicarum IV: Οὐ τυραννίδων ἢ δυναστειῶν ἐπιθυμοῦντες κεκρατήκασι πανταχοῦ: quod est in loco.*

Haec Krehlius edidit ex Edd. Ven. 2. Erph. Asc. Ald. etc.; sed delenda priora ab Veneto editore intrusa et quae Putschius primus dedit ex codicibus, reddenda:

> . . . *Demosthenes Philippicarum IV. καὶ κύκλῳ καὶ πανταχῇ μέλλοντας ἡμᾶς καὶ καθημένους περιστοιχίζεται πανταχοῦ; ad locum. Demosthenes πρὸς Ἀρτάβαζον: Καὶ πανταχοῦ ἢ ἄλλως οἴχεται. Idem in Philippicis: Τῆς ἐκείνων προαιρέσεως οὐ τυραννίδων καὶ δυναστειῶν ἐπιχειροῦντες κεκρατήκασι πανταχοῦ . . .*

quae eadem in Codice exstant Monac. Demosth. libri *καὶ κύκλῳ πανταχῇ.* Bekkeri cod. *Υ* et corr. *F κύκλῳ καὶ*; Priscianus utrumque coniunctum invenit. Deinde distinguendum: *Πανταχοῦ ad locum: Demosthenes: Πρὸς Ἀρτάβαζον καὶ πανταχοῦ μᾶλλον οἴχεται*; leguntur verba Philip. I. pag. 46. fine, ubi Bekkerus ex optimo *Σ πανταχοῖ* edidit; alterum aperte legit Priscianus; praebet qui-

dem Codex noster in sequentis exempli fine πανταχοῖ loco πανταχοῦ, sed vitium librarii est; et si hic dedisset grammaticus πανταχοῖ, id lemmati erat affigendum; at tum omnino vocis πανταχοῦ desiderantur exempla. In postremo mirum Krehlium οὐ reliquisse, quod nexui contrarium est. Apud Demosthenem, ut in cod. Monac. οἵ. Priora interpolata esse cum in Veneta editione 1492, utriusque loci verba omissa sunt, apparet; sic enim ibi: *Demosthenes Philipp. G. et Philipp. G.* Inde alius editor quae in Demosthenis orationibus reperit, supplevit et forte accidit ut alterum locum eundem quem Priscianus dederit, laudaret, cuius rei vestigium et hoc esse puto quod editt. cum Demosthenis libris ἐπιθυμοῦντες, non quod grammatici codices, ἐπιχειροῦντες praestant. Demosthenis locus ab editoribus inculcatus erat pag. 263.

> *Demosthenes Philippicarum IV.* Μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις [τόκοις] μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον, ὕστερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέστησαν, οὕτω ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐῤῥαθυμηκότες. *Et nostri frequenter hac figura utuntur: quemadmodum dicis, sic facio, pro: ut dicis, sic facio.*

idem locus occurrit supra pag. 233.

> τὸν αὐτὸν τρόπον . . . Δημοσθένης ἐν τῷ πρώτῳ Φιλιππικῶν· Μὴ τὸν τρόπον ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι· ἀντὶ τοῦ· ὅνπερ.

In priore loco Priscianus aut falsus est, aut ὥσπερ legit, non ὅνπερ [Cod. Monac. ΟΗΙΤΕΡ]. Idem omittit optime τόκοις quod Krehlius ex Demosth. libris uncis inclusit; est enim ex glossemate importune natum, cum hoc μεγάλοις μικρὸν quae arctissime cohaerent, disjungantur, quo eiecto concinne in seqq. οὕτω καὶ ἡμεῖς ἂν [sic enim Cod. Mon. et Putsch.] ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν. Hunc locum Priscianus, ut structuram τὸν αὐτὸν τρόπον . . . οὕτω demonstraret, alterum ut τὸν αὐτὸν πρόπον ὥσπερ firmaret laudavit. Sed in Veneta editione alius apparet ex Philipp. I. pag. 51. R. *Demost. Phil.* IIII καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ τῶν στρατευμάτων ἀξιώσειεν ἄν τις τὸν στρατη-

γὸν ἡγεῖσθαι, οὕτω καὶ τῶν πραγμάτων τοὺς εὖ βουλευομένους ἡγεῖ. (sic.) Nullum neque in Codd. neque apud Putschium vestigium reperitur horum; Krehlius quoque neglexit, sed alium invenit in editionibus suis aperte interpolatum ex Philipp. I., pag. 46 R. *ὥσπερ τοὺς πεζούς, τὸν αὐτὸν τρόπον στρατευομένους;* etenim qui haec inseruit, quid Priscianus voluerit ne intellexit quidem. Exempla locutionis vide ap. Schaeferum ad Demosth. tom. I. pag. 409. 498. 572. Bekkerum miror qui in Isocratis Paneg. cap. 4. *αὐτόχθονες ὄντες καὶ τοῖς ὀνόμασι τοῖς αὐτοῖς ὥσπερ τοὺς οἰκειοτάτους τὴν πόλιν ἔχοντες προςειπεῖν* ex conjectura cum aliis *οἷσπερ* posuerit.

Pag. 185.

Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν· Ὑπὲρ δὲ δόξης οὐδένα πώποτε κίνδυνον ἐξέστησαν.

Sic et apud Putschium; Cod. Mon. *δὲ* omittit, idem *ποτὲ*, ut pag. 206. ubi idem laudatur locus plenior, legitur:

Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν· Πάντα ὑπὲρ φιλοτιμίας ἀνήλωσαν, περὶ δὲ δόξης οὐδένα ποτε κίνδυνον ἐξέστησαν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας προςαναλίσκοντες ἐτέλουν.

quibus Putschius praemisit, quae et in Codice Monac.: *Χρήματα μὲν γὰρ πλεῖστά ποτε κτησάμενοι πάντα* . . idem codex recte cum Demosthenis libris ut supra *ὑπὲρ δὲ δόξης;* in fine Putschius *ἐθέλουν*, Krehl. *ἐτέλουν*, Demosth. libri *διετέλουν*, Prisciani cod. Monac. *ἐςετέλουν*. Alia ex hac oratione laudantur pag. 182.

